PRAXIS NOVISSIMA

Et amplissimus, absolutissimusque

TRACTATVS

DE ELECTIONE, ET VARIATIONE FORI,

SEV DILVCIDA COMMENTARIA

Ad leg. vnic. C. quando Imper. inrer pupill. & vid. & Constitut. Regni Statuimus, de Magistr. Iustitiar.

Pars Secunda.

IO. MARIA NOVARIO

I. C. LVCANO

Nuper post alia gesta Officia pro Catholica Maiestate Philippi IV. in Prouincijs Regni Regio Auditore, & Consiliario, Authore.

OPVS SANE VTILISSIMVM, SINGVLIS VTROQVE IN FORO versantibus apprimè necessarium.

Accessere in calce hac in materia totius orbis Tribunalium integræ Decisiones, variarumque Authorum resolutiones.

ADDITIS LOCVPLETISSIMIS SVMMARIIS, ET INDICIBVS tàm singulorum Capitum, quàm Memorabilium rerum.



VENETIIS, Apud Paulum Balleonium. M.DC.LXX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

ELENCHVS SINGVLORVM CAPITVM TOTIVS OPERIS.

Taliter dispositus, vt littera P. paginam demonstret, littera C. columnam significet.

QVÆ-

Finis Quæstionum Tertiæ, & vltimæ Sectionis.

IO MARIÆ NOVARII
I. C. LVCANI

VTILIS, PRACTICABILIS
& Forenſis Materiæ Electionis, & Variationis Fori.

Iuxta mentem L. vnica, C. Quando Imper. inter pupill. & vid. & Conſtitutionis Regni, Statuimus, ſub Rubrica de Magiſtro Iuſtitiario.

TRACTATVS POSTERIOR.

SVMMARIVM.

1 *Laudatur Diuus Thomas de Aquino.*
2 *Scholares in ſchola non tenentur eſſe docti.*
3 *Religioſi non tenentur eſſe perfecti, ſed tendere ad perfectionem.*
4 *Authores, & ſcriptores à principio non tenentur eſſe perfecti.*
5 *Author quare iterum calamum in materia electionis fori receperit.*
6 *Calamus, quando ab eadem regitur manu, idem tunc ſeruandus eſt ſtylus.*
7 *Author hanc ſecundam partem in plures diuidit ſectiones.*
8 *Operis diuiſio.*
9 *Author poſt tractatum ponit deciſiones in materia.*
10 *Deciſiones faciunt ceſſare inductiones, & argumenta, & faciunt ceſſare à ſuis regulis, nu. 11. & quæſtionem claram reddunt, num. 12.*

PRÆLVDIVM.

REportatur ab illo eximiæ ſanctitatis viro, ſuæ inclitæ Religionis ornamento, & huius nobiliſſimæ Ciuitatis Neapol. ſplen-
1 dore Thoma Aquinate, Reportatur, inquam, exemplum de duobus militibus, quibus exercitus dux mandat, vt fortiter pugnent, ac dimittent, quorum vnus ita hoc adimplet, vt inimicum vincat, & occidat; Alter verò, etſi fortiter dimittet, & pugnet inimicum tamen non interficit, aut ſuperat, vtrumque autem ſuæ ſatisfacere obligationi autumat ſanctus, & doctiſſimus Pater.

Hoc igitur exemplo ad mei defenſionem pro ſcuto vtens, ad propoſitum dicere fas ſit, quod quamuis in edito iam tractatu, ſiue praxi electionis, & variationis fori, nodos in illa materia exiſtentes ſoluendos habita ratione ad proprias imbecilles vires, fortiter pugnauerim, ob quod debito ſatisfeciſſe muneri tutus eſſe poſſim.

Tamen, quia inimicum non vici, nec occidi, materiam ipſam fortaſsè non omnem perfectiſſimè, iuxta meum intentum, minimè exanclando, vt huius pugnæ palmam reportare valeam, nonnullos alios in eadem materia ſuſcitare, & reſoluere articulos, alteram compilando partem, quamuis exiguam in conſonum non eſſe, excogitaui.

De quo quidem admirationem capere nullum debere libenter opinor, ſiquidem quemadmodum ſcholares
in ſchola non tenentur eſse docti, & ſapientes, ſed conari ad doctrinam, & ſapientiam acquirendam, & ad
inſtar religioſi non coguntur eſſe perfecti, ſed tendere
3 ad perfectionem teſte eodem *Diuo Thoma in 2.2.q.184.
art.5. & quæſt.186.art.2. Abulenſ. in cap.19. Matth.* Ita
pariter authores, & ſcriptores à principio eſſe perfecti
4 non adſtringuntur, licèt benè ad illius perfectionem
tendere, ſe præparatos, & accinctos præbere debeant.

5 Quam quidem procurandi perfectionem euadere obligationem ne viderer, ad huius operis editionem exarandam, & ad vtilitatem publicam perficiendam, relaxatum calamum in tali materia re accipere, renitens eſſe nolui.

6 Et quia calamus ipſe ab eadem regitur manu, eandem ſectando normam eundem videbis ſtylum, nec alienam, & transformatam, nec abſimilem reſpicies formam, ſuum ſapit authorem eiuſdem ingenii eſt partus, eiuſdem eruditionis eſt legitimus filius, idem naſcetur fructus.

7 Cùmque varias inueſtigauerim quæſtiones, quæ vno eumdemque ſub titulo procedere in effectu non valent, vt inſtituto diuiſionis ordini innitar, quod eſſe neceſſarium mihimetipſi perſuadeo, plures pariter ſeiungam ſectiones, ſub quibus cadentes articulos reſoluam.

OPERIS DIVISIO.

8 SEctiones tres continebit huiusmodi opusculum.

In prima, inquam, nonnulla generalia præmissa præmittentur,

In secunda, enumerabuntur personæ priuilegio electionis fori gaudentes.

In tertia casus, in quibus eligendi, & variandi forum procedat priuilegium, recensentur.

At quia per plures post editum alterum tomum insurrexere diuersorum Orbis Tribonalium decisiones
9 hac in materia exaratæ post tractatum, prout, & fecimus in priori illæ redigentur.

Quod quidem in commodum lectoris ire non vereor, quia casus decisos statim inueniet, & libros, quibus fortassè caret, non perquirat, vno eodemque instanti cuncta rimabit, & in fonte, quæ ipsemet ex decisionarijs hausi perspiciet.

10 Vltra quod decisionum authoritatem magnam existimo, cum illæ faciant cessare inductiones, & argumenta *Caualc. decis. 5. num. 69. part. 2. Zuccar. decis. Lucens. 10. nu. 23.* nec generales regulæ tunc attenduntur *Monach. decis.* eiusdem *Rota 2. num. 44. Caualc. decis. 44. nm. 39.*
11 *& seq. part. 1.* quia faciunt recedere à iuris regulis *Rota* apud *Duard. de censibus decis. 65. tom. 2. part. 1.* & apud *Cencium in eodem tractatu decis. 65. p. 1.* reddunt in quam
12 ipsæ quæstionem claram, & indubitabilem *Christophor. Martius decis. Senens. 80. num. 18.* communiq; opinioni adhærent, maximè si sublimis Senatus essent, prout de Rotæ Romanæ decisionibus autumat *Marta in præfat. consiliorum num. 58.*

SECTIO PRIMA.

IN QVA NONNVLLA GENERALIA ad Electionis, & Variationis Fori Materiam substantialia vtiliter discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Persona priuilegiata, quibus verbis in electione vti debet.*
2 *Electio, seu variatio quibuscumque modis concipiatur, robur habet.*
3 *Actus sufficit, vt quibusuis verbis concipiatur.*
4 *Animus, & intentio, non verba considerantur.*
5 *Voluntas magis facto, quam verbis declaratur, & à mente regulatur, num. 6.*
7 *Animus manifestatiuus, ex quibus fiat.*
8 *Animus ex verbis cognoscitur.*
9 *Actus quamuis confusis verbis explicetur, non obest.*

ARGVMENTVM.

Electio, variatio, seù Reuariatio Fori, quibus verbis concipiatur facta.

QVAESTIO I.

1 Regula sit non esse necesse priuilegiatas personas per verba formalia, *Elico*, *Vario*, vel *Reuario*, loqui debere, sed sufficere, vt in tali actu confusè loquantur, ita vt percipiatur habere animum eligendi variandi, vel reuariandi forum electum, taliterne requiratur distinctio, & separatio, ac specificatio supradictorum verborum, nempè, vt quando volunt eligere, dicant, *Elico*, quando variare intendunt dicant, *Vario*, & quoties tertia vice reuariare cupiunt dicant, *Reuario*, & sufficiat huiusmodi verba confusim, nec separatim proferri, ita quidem tutatur *Danza in suo tract. de pugna DD. tit. de electione fori, & foro competenti, cap. 2. tom 2.* vbi in fine, sic recenset iudicatum *in Regia Audientia principatus vltra sub die 12. Maij 1634.* & in gradu appellationis ad magnam Curiã Vicariæ confirmatum in illo Tribunali, quod declarauit benè fuisse prouisum per dictam Regiam Audientiam, & proinde causam remisit, vt de iustitia prouideat, *sub die 20. Iunij 1634. in Banca Ioelis*, & iterum interposita appellatione ad Sacrum Regium Consilium, fuit per idem decretum Mag. Cur. Vic. confirmatum, & hoc in causa nonnullorum de buonopane Terræ Mirabellæ cum Susanna de Marino vidua, & Catherina de Virgilio Vergine, quæ proncce Andreæ de Bellis querelantes in actu reuariationis confusè locutæ sunt non autem per formalia Verba, *Vario*, vel *Reuario*, cum dixerint, *Voglio questa causa in questa Regia Audienza à quale* (quatenus opus est) *eliggo in foro*, meminit recentius *Thor. in Compend. decis. Regni in verbo, electio fori, seu variatio, par. 3.*

2 Vndè apertè patet, vt quibuscumque verbis concipiatur Electio, Variatio, seù Reuariatio habeat robur, & in sua firmitate persistat.

3 Quilibet enim actus sufficit, vt quibusuis verbis concipiatur, nec refert ad formalitatem verborum effectus.

4 Indè, si persona priuilegiata dixisset, *Fligo*, & deberet dicere, *Vario*, vel è contra non considerantur verba, sed potius intentio, & animus declaratiuus, cum vo-
5 luntas facto magis, quam verbis declaretur *l. Paulus, ff. rem ratam haberi, l. reprehenbenda, C. de instit. & substit. l. pro harede, ff. de acquir. hared, Valasc. decis. 169. num. 11. Mascard. de probat. conclus. 1415. num. 34. Rot. in recent. decis. 582. num. 7. part. 1. Surd. decis. 194. num. 11. Mendez à Castro in prax. Lusit. lib. 3. cap. 15.*
6 *num. 11.* vbi quod voluntas regulatur à mente, illamque declarari coniecturis, probat *Surd. dec. 7. n. 12.*

7 Per quancumque enim declaratiuam assertionem, vel assertiuam declarationem fit animus manifestatiuus. *l. haredes palam, §. sed & si notam ff. de testament.* & tanquam talis suum gignit effectum, *Castrens. consil. 341. lib. 2.*

8 Non est in quam nouum animum patefieri etiam ex confusis verbis, cum ex illis cognoscatur declarantis animus *Oldrad. cons. 263. nu. 2.*

9 Quare & si confusis verbis explicetur actus non obest, quia quatenus spectat ad fori declinatoriam eligere, & variare parificantur, vt autumat, *Staiban. consil. 74. num. 11.* vbi allegat *Afflict. in Constit. Regni, statuimus, & Caramit. in Rit. Mag. Cur. Vic. 233. num. 9.*

Indè iuxta supradicta erit inconcusè practicandum, prout & ipse practicaui.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori, vt suffragetur, quæ sint necessaria, & num. 2. & 3.*
4 *Actus corruit ex defectu vnius requisiti.*
5 *Conditiones in totum sunt adimplendæ.*
6 *Conditio sufficit, quod per æquipollens adimpleatur, amplia num. 7.*
8 *Forma requirit obseruantiam ad vnguem, amplia, nu. 9.*
10 Forma Concil. Triden. sess. 23. cap. 18. *circa concursum Parrocchialium ad vnguem est obseruanda.*
11 *Collatio Parrocchialis absque examine facta est nulla, amplia, num. 12.*

AR-

ARGVMENTVM.

Electio, & Variatio Fori vt suffragetur, an sit de essentia concursus miserabilitatis, perhorrescentiæ, & iuramenti coniunctim.

QVÆSTIO II.

1 Regula desumitur *ex Constitut. Regni Statuimus, de Offic. Magistr. Iustit.* hoc in Regno necessariò, & præcisè requiri copulatiuè miserabilitatis qualitatem, scilicet personam, perhorrescentiam Aduersarii, & Sacramentum, & ita nouissimè *Merlin. controuers. forens. cap.86. à num.6.*

2 Probat enim ipse, vt deficiente vno ex supra memoratis substantialibus requisitis, euanescere fori electionem factam, nec illam venire quidem recipiendam, vt ita indistinctè practicari vidi.

3 Siquidem huiusmodi conditiones copulatiuè requiruntur, habentque conscriptum, itaut necessariò omnium suprefatorum, & copulatarum singularum concursus interuenire debeat, *ad text. in leg. si hærendi plures, ff. de condit. institut.* Et ex vnius defectu totius actus corruptio exoritur, vt post *Glos. in §. seruus instit. de legat. Rum. cons. 110. lib. 4. Alex. cons. 88. lib. 7.* tuetur *Mendoz. de pact. c. 4. num. 39. lib. 2.*

5 Et conditiones esse in totum, & specificè adimplendas elicitur, *ex l. cohæredi, & leg. Manius, C. de condit. & demonstrat.* & ostendunt *Cardin. Tuschus conclus. 595. num. 4. litt. C. Cardos. in prax. iudic. & aduocat. in verbo, conditio, numer. 3. Caual. commun. contra commun. quæst. 900. num. 56. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. resolut. 56.*
6 *num. 2.* Nec sufficere adimpleri per æquipollens tradit *Surd. de aliment. tit. 5. q. 3. num. 16.* Et si in minimò defi-
7 ciat non dici illi satisfactum recenset *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 3. num. 17.* cum non sufficiat impleri pro parte, *leg. qui duobus de condit. & demonstrat.*

8 Superadditur illas esse de forma, quæ requirunt obseruantiam ad vngnem absque preteritione etiam minima alias curruit actus, *l. enim hi, §. si prætor, ff. de transact. l. non dubium, Cod. de legib. Gam. decis. Lusit. 45. num. 3. Pereira de empt. cap. 3. numer. 15. Card. Tusch. conclus. 415. litt. F. Azened. in l. 18. numer. 4. tit. 21. lib. 4. noua recopilat.*
9 *Rota in recent. decis. 671. tom. 2. part. 1.* Nec ei aliquid addi, vel detrahi potest, *leg. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in leg. final. numer. 4. de suis, & legitim. hæredit.* etiam accedente partium consensu, *Menoch. post cæteros de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 30. num. 6.* cum de genere indiuisibilium sit, *leg. si veritas, Cod. de fideicommis. Escobar. de ratiocin. cap. 11. numer. 19. Rota in recent. decis. 30. num. 3. part. prima, tom. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. num. 17. Gonzalez in regul. 8. Cancellariæ, gloss. 18. à num. 76. Monach.* modernissimè *decis. Lucens. 18. num. 2. & 3.*

10 Indè formam *Concilij Trident. sess. 23. cap. 18.* circa concursum faciendum in vacatione Parochialis Ecclesiæ esse ad vnguem obseruandam, nec posse per æquipollens adimpleri probant *Paris. de resignat. benefic. lib. 8. quæst. 9. numer. 86. Massobr. in prax. habend. concurs. requisit. 17. dub. 4.* & modernus *Barbos. de officio, & potest. Parochi cap. 2. num. 134.* vbi *num. 135.* quod collatio Pa-
11 rochialis facta absque examine per concursum est nulla, & vacat apud Sedem Apostolicam *Rot. diuers. decis. 151. part. 4. Zerol. in praxi in verbo Parochia, §. 2. dub. 2.*
12 *Episc. Ricc. in resol. 75. part. 4.* probans in foro conscientiæ non posse retineri *Vasquez 1. 2. q. 163. Paz. in l. 3. Tauri à numer. 1394. Lorca 1. 2. disput. vigesima prima, de legibus.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica personæ habent fori electionem, & variationem.*
2 *Ecclesiastica persona pupilla potest variare.*
3 *Electio fori datur personis priuilegiatis in Curijs Ecclesiasticis.*
4 *Curia Romana cum causæ cognitione admittit fori electionem.*
5 *Vidua, quando habet fori electionem.*

ARGVMENTVM.

Variatio, & Reuariatio, an sicuti conceditur in Tribunalibus laicalibus, ita pariter in Ecclesiasticis.

QVÆSTIO III.

1 Regula sit affirmatiua concedi, nempè variationem, & reuariationem Ecclesiasticis personis ex vi *leg. vnic. C. quando Imper.* priuilegiatis, ad instar, & sæcularibus priuilegiatis eodem priuilegio elargitur huiusmodi facultas.

2 Itaut persona Ecclesiastica pupilla possit variare tam à Curia Episcopali, seù Archiepiscopali loci ordinaria, quam à Romana Curia ad illas.

3 Cuius sanè ratio in promptu assignatur, si quidem certum est in Curiis Ecclesiasticis dari huiusmodi electionis fori priuilegium personis priuilegiatis, prout in sæcularibus Tribunalibus, *vt quæst. 9. sect. prima, praxis tom. 1.* indè cum in illis variatio, & reuariatio detur *Capiblanc. de Baronibus pragm. 8. p. 1. à num. 345. tom. 1. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 609.* vbi de nobis mentionem facit *in 1. tom. prax. & de allegatis*, pariter per nos, non est ideò quod dubitare, quin, & ipsis minimè liceat variare, & reuariare, Est tamen verum in Romana Curia solere inuestigari cau-
4 sam variationis, quam si non reperiant, sunt renitentes Iudices ibi electi, seu variari ad assentiendum variationi, iuxta sententiam *Afflict. in Constitut. Regni statuimus, num. 18.* Qui tunc concedit viduæ variationem, cum Iudex ab ea electus fauet alteri parti, & iuxta opinionem *Nigr. in capit. Regni, quod decretam, num. 15.* existimantis, tunc concedendam variationem, si subsit causa illam faciendi, alias denegandam fore tamquam illicitam.

Inde consultus a quodam Illustrissimo, & Reuerendissimo Præsule, iuxta supradicta litteris certioraui, qui mea consultatione perlecta, aliquid fortasse prætendens, vlterius non curauit de variatione facta à Clerico suo subdito pupillo.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori in foro Ecclesiastico, an possit introduci coram Metropolitano omisso Episcopo, & num. 4.*
2 *Curia Romana est Tribunal Principis.*
3 *Princeps est specialis protector miserabilium personarum.*
5 *Curia Metropolitana est Iudex appellationis.*

6 An-

6 *Authoritas Archiepiscopi circa suffraganeos in quibus consistit, & num. 7.*
8 *Archiepiscopus est Iudex appellationis.*
9 *Archiepiscopus in diœcesi suffraganei potest habere Indicem appellationis.*
10 *Archiepiscopus non potest adiri, nisi per viam appellationis.*
11 *Appellatio per viam nullitatis datur à Vicario ad Episcopum, & nu. 17. & 19.*
12 *Nullitas dicitur species appellationis.*
13 *Appellatio non datur à Vicario ad Episcopum.*
14 *Sententia lata a generali Vicario coram Episcopo potest dici nulla.*
15 *De nullitate potest dici coram eodem Iudice.*
16 *Tribunali, Vicarij, & Episcopo idem.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num possit introduci coram Archiepiscopo Metropolitano omisso loci ordinarij Episcopo.

QVÆSTIO IV.

1 Regula sit (supposito, quod in foro Ecclesiastico detur fori electio) minimè illam subsistere, si introducatur coram Archiepiscopo Metropolitano, omisso loci ordinarij Episcopo.

2 Quoniam tali in casu est adeunda Romana Curia, vti Principis Tribunal, & ad illam conuolare possunt Miserabiles, & priuilegiatæ personæ, cum Princeps istarum personarum sit specialis protector, vt post 3 *Cald. in l. vnic. C. quando Imper.* notat *Tiraquell. in tract. de priuileg. pia causa sub priuileg.* 150.

4 Indè *in vna Baren.* minimè fuit admissa electio fori facta contra quendam Presbyterum à quodam pupillo, stante, quod Curia Principis dici non poterat me sic consulente requisitus deuoto ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Ascanio Iesualdo tunc temporis Archiepiscopo, & vltimo loco iterum pro hac eadem opinione transmissi votum Reuerendissimo Episcopo Oriæ, qui in hoc meam auscultare voluit sententiam.

5 Non dicitur inquam circa id competens Iudex, quia Metropolitana Curia repræsentat Iudicem appellationis secundarum causarum solummodo, & tali in casu de ordinario loci Episcopo ad Archiepiscopum habetur aditus, vti ordinarium Iudicem suffraganeorum, quibus præest. *Isidor. lib. 7. Ethimologiarum, cap. 12. cap. cleros, vers. Archiepiscopus 21. distin. Azor. instit. moral. lib. 3. part. 2. cap. 33. quæst. 1. Laiman. de Prælat. Eccles. cap. 4. quæst. 151. Galganet. de iure publico, lib. 3. tit. 18. Homobon. in tract. de humana vita stat. cap. 6. par. 1.*

6 Certum est enim Archiepiscopi authoritatem circa subditos suffraganeorum suorum consistere in causis, quæ per appellationem deuoluuntur, *cap. Romana, & cap. venerabilibus de sent. excommunic. in 6. cap. Pastoralis, & cap. duo simul de offic. ordin. cap. 1. de suppleud. neglig. prælat. Quaranta in summa* 7 *Bullar. in verbo Archiepiscopi authoritas*, Amplians regulam, *num. 13.* procedere nedum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus *Scaccia de appellat. quæst. 8. à num. 90.* Annuens Archiepiscopum esse Iudicem appellationis in exercitatis ab Episcopo etiam ex iure accidentali, & sic nedum in ijs, quæ de iure communi exercet, sed pariter in ijs, quæ de iure speciali, & ex priuilegio operatur, subdens *num. 91.* procedere, quoties iurisdictio temporalis est totaliter translata in Ecclesiam, adeò vt pro illa minimè temporalem recognoscat superiorem, vt latius apud eum *loco citato num. seq.* vbi declarationes reportat.

8 Tali modo, vt valeat in diœcesi suffraganei habere Iudicem pro appellationibus audiendis, *capit. 1. de officio ordin. in 6. Sebast. Cæsar. in relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. §. 2. num. 12.* probans non posse 10 adiri Archiepiscopum, nisi per viam appellationis, & proindè non per viam querelæ, seu nullitatis sententiæ Episcopi, post cæteros. *Scaccia de appellat. quæst. 19. remed. 1. conclus. 6. num. 85. Genuen. in praxi Curia Archiepiscopalis cap. 70.* qui multa cumulat in 11 materia, licet a sententia Vicarii Generalis per viam nullitatum posse adiri Episcopum vna vice responderim verbis, de quibus infra videlicet.

12 Quamuis nullitas, appellationis species dicatur, iuxta theoricam. *Andr. in capit. 1. §. his enim non cogentibus si de inuestitur. inter domin. & vassal.* his ornatur, quam reportat *Rouit. in pragmat. 5. num. 23. de offic. Sacri Regij Consilij* reddens rationem, quia ambæ tendunt ad infringendam sententiam, *l. non distinguemus, §. cum quidam, ff. de recept. arbitr.*

13 Et appellari nequeat de sententia generalis Vicarii ad Episcopum *capit. Romana de appellat. in 6. cap. 2. de consuetud. eod. libr.* cum latius adductis *in tract. de priuileg. miserabil. personar. priuileg. 50. Scacc. de appellat. q. 8. num. 53. & seqq.*

14 Tamen contra sententiam latam à Generali Vicario coram Episcopo posse dici de nullitate docuit, *Franc. in cap. dilectis, quæst. 10. & 11. de appellat.* quem referendo sequitur *Maranta in pract. seu specul. aur. part. 6. in verbo, & quandoque appellatur num. 382. pag.* mihi 467. & ita extitit iudicatum per me in causa vertente in Curia Archiepiscopali Surrentina inter illos de Maresca, & alios de Massa.

15 Recipit incrementum talis opinio, siquidem non est nouum coram eodem Iudice posse de nullitate dici *l. 1. in fin. C. de sent. l. accusatoribus, C. de accusat. l. si preces §. quomodo, & quando Index Vant. de nullit. in tit. de nullitat. ex defectu iurisdict. ordinar. num. 115. Viuius decis. 459.*

16 Certique iuris est Episcopi, & Vicarii idem esse Tribunal, vnumque constituere adiutorium, *d. cap. 2. de consuetud. Sbrozz. de offic. Vicarij, lib. 1. in proem. nu. 18.* fusè *Narbona de appellat. de Vicario Episcopi ad Episcopum, Alzad. de excellent. Episcop. dignit. par. 2. cap. 2. num. 12.*

17 Indè sicuti coram Vicario de nullitate posset dici, ita, & coram Episcopo dici potest ad instar respectu interlocutorii decreti enunciat, *Barbosa de potest. Episcopi, allegat. 54. sub num. 50. part. 3.* vbi quod cum 18 Episcopus eandem iurisdictionem cum Vicario habeat sententiam, quam Vicarius inter loquendo pronunciauit ipsimet Vicarius emendare valet, *l. quod iussit §. de re ind. cap. cum cessante de appellat.* cum adductis *per Grattian. forens. discept. cap. 47. num. 11. & cap. 155. num. 16. cum seq.* Ita, & Episcopus quoque poterit, & proindè appellatio ab interlocutoria Vicarii ad Episcopum benè procedet, cum nihil impediat, quominus ab ea ad Episcopum appellatio per viam recursus à grauamine interponatur, *Gloss. Gemin. & Franc. in dicto capit. 2. Laurent. de induc. suspect. cap. 4. num. 12. Puteus decis. 503. lib. 3.*

His suffragatur *Viuius dec. 378. num 8.* quatenus tutatur licere Curiarum coadiutoribus de sententiarum nullitate diceret testando sic per Regiam Audientiam fuisse declaratum, & tamen Curiæ coadiutori appellari non esse licitum idem demonstrat *ibid. num. 15. & de fisco* stat prouisum in Regno vigore *Ritus Mag. Cur. Vic. 186.* & nos latius recensuimus *de iure Pontificio. conclus. 6. de appellat.* cuius locum Curiarum Baronalium coadiutores subintrare probat *Regens Valenzuel. in addit. ad primum volumen consiliorum post secundum volum. consiliorum consil. 50. fol. 650. col. 2.*

Concinit, vt possit dici de nullitate, quamuis delegatio esset concessa appellatione remota, & sic reperiretur prohibita *Caualcan. de brachio Regio part. 4. num. 302. lit. F. Danza de pugna Doctor. tit. de potestat. ad modum belli, cap. 6. in fin. tom. 1.*

Igi-

19 Igitur per viam nullitatum à sententia Vicarij ad Episcopum recurri posse concludo, prout & sic prætensum fuit ad instantiam Horatii de Aquino, & Philippi Candidi litis consortium in causa, quam habebant cum Alexandro Niglio.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori nequit introduci à miserabilibus personis in Curia Admiratia.*
2 *Curia Admiratia non repræsentat Principem.*
3 *Barones quando possint prohibere nè vassalli forum eligant.*

ARGVMENTVM.

Electio fori num possit fieri in Curia Admiratiæ, Baiuli, Artis Serici, vel Lanæ, & similibus.

QVAESTIO V.

1 REgula sit negatiua, minimè quidem posse introduci causas per viam electionis fori à miserabilibus & priuilegiatis personis in Curia Admiratiæ Baiuli, Artis Serici, vel Lanæ, & similibus, de quibus *Reg. Constant. in l. vnic. à num. 72. C. de classic. lib. 11. Gallup. in praxi Sacri Consil. capit. 6. part. 2. Tasson.* latè *in obseruat. ad pragmat. de antefat. versic. 3. obseruat. 3.* & nouissimè *Carleual. in tractat. de iudic. disput. 2. quæst. 6. à num.* 688. *cum seq.* vbi de pluribus Tribunalibus, & Curiis existentibus hac in Ciuitate discurrunt.

2 Siquidem huiusmodi Curiæ, vt supra nominatæ, minimè repræsentant Principem, & proindè in illis electio fori fieri nequit. prout in puncto scribit *Capiblanc. in pragmat. 8. par. 1. num. 336. tom. 2. fol. mihi* 247. vbi sic loquitur.

3 Verumtamen, si Barones non habeant derogationem huius priuilegii, vel, vt dicunt, clausulas abdicatiuas, *vt Vrsill. decis.* 257. *& Franch. decis.* 517. aduertas, quod possunt tueri eorum iurisdictionem, si vasalli, sine remediis iuris requisitis forum elegerint, vel variauerint, nam dico, quod istæ personæ habent electionem fori superiorum, veluti Regiæ Audientiæ, Magnæ Curiæ, Sacri Consilii, alios verò Iudices incompetentes eligere non poterint, vti si velint adire Iudicem alterius Terræ, vel Iudicem alicuius officii, vti Admirati, & cæterorum, hæc *Capiblanc.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori datur coram Regiis Audientiis.*
2 *Electio fori non potest fieri ad Regias Audientias extra Prouinciam, & num. 3.*
4 *Iudex debet esse competens coram quo fit fori electio.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num possit fieri in Regia Audientia, non propriæ Prouinciæ.

QVÆSTIO VI.

1 REgula sit, vt quamuis apud Prouinciales Audientias per viam electionis fori conuolari iuridicè valeat, cum illæ Regiam repræsentent personam, sicq; in dies practicatur.

2 Tamen claudicabit electio fori, nec admittenda erit, si fortasè fiat à priuilegiatis in aliqua Regia Audientia non propriæ Prouinciæ, ita in terminis *Capiblanc. in pragmat. 8. part. 1. numer. 336. de Baronibus tom. primo*, vbi quod non potest per viam electionis fori eligi Regia Audientia non de sua Prouincia, quia esset Iudex incompetens.

4 Certique iuris est, competentem debere esse Iudicem, ad finem vt coram eo lis, siuè causa per viam electionis fori introduci valeat, vt latiùs probauimus *part. 1. eiusdem tractatus de electione fori, quæst. 2. à num. 12. cum seq. sect. 1. in vltima editione*, & obseruat *Amat. cons. 31. num. 4. & 14.*

Indè iuridicè vidi reiectam electionem fori factam in Tribunali Ciuitatis Luceriæ Apuleæ, in quadam causa vertente inter nonnullos habentes incolatum extra Prouinciam Apuleæ, & tali Tribunali minimè subiectos, quamuis enim vna ex partibus esset priuilegiata poterat conuolare ad Tribunal collegiatum suæ Prouinciæ per viam electionis fori, non autem ad aliud extraneæ Prouinciæ.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori à miserabilibus personis, non coram Capitaneis Regiis, seu Demanialibus est facienda, sed coram Tribunalibus Collegiatis.*
2 *Iudices Demaniales, & Regii Terrarum, & Ciuitatum Demanialium sunt Iudices inferiores.*
3 *Electio fori est facienda coram Iustitiario Prouinciæ non coram locorum Capitaneis.*
4 *Electio fori in Regno fit in Regiis Audientiis.*
5 *Debitores carcerati quando possint relaxari cum iuratoria cautione.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori, an possit fieri coram Capitaneis Demanialibus, siuè Regiis.

QVÆSTIO VII.

1 REgula sit, electionem fori à priuilegiatis, & miserabilibus personis non posse fieri coram Capitaneis Regiis, seù Demanialibus, sed solum coram Tribunalibus Collegiatis Prouincialibus, quando priuilegiatę personę nolunt adire Sacrum Regium Consilium, vel Magnam Curiam Vicariæ.

2 Siquidem certi iuris est, Iudices & officiales, etiam Demaniales, & Regios Terrarum, & Ciuitatum Demanialium esse Iudices inferiores, & certum est secundum inueteratam praxim, & bonam Theoricam ad tales per viam electionis fori conuolari non posse, quia *text. in l. vnic. C. quando Imp. inter pupill. & vid.* Principi dat protectionem miserabilium personarum, & non aliis, vt autumat *Capiblanc. pract. quæst. de Baron. cap. 44. sub n. 1.* congruit *Scaccia in tract. de appell. q. 7. n. 137.*

Iuuat hanc partem *Viscont. in conclus. iur. in verbo, fori*
3 *priuilegium fol. 103. columnn. secunda*. Quatenus ibi firmat coram Iustitiario Prouinciæ esse introducendum iudicium electionis fori, nec coram locorum Capitaneis, quasi quod illi non repræsentent Principis Curiam, quæ erit adeunda ad hunc effectum, *ex d. leg. vnic. C. quan-*

C. quando Imper. ibi, *lenitatis nostra iudicium*, & ibi,
comitatui nostra copiam sui facere, vbi *Gloss. in d. verbo*,
comitatui explicat, idest, *præsentia nostra*.
4 Indè in Regno non possunt adiri, nisi Regiæ Prouin-
ciales Audientiæ per viam electionis fori, quando no-
lunt priuilegiati conuolare ad alia Tribunalia superio-
ra huius Ciuitatis Neapolis, cum dicta Auditoria pro-
uincialia sint collegiata, & habeant causam à Principe,
vt diximus *decis. R. A. Apulea* 31. *num.* 3. vbi fundaui-
mus ideò illis licere impartire dilationem debitoribus
5 carceratis cum sola obligatione iudiciali iuratoria sol-
uendi mensatim debitam summam, quam iurisdictio-
nem concessam esse aliquibus Regis Audientijs patefa-
cit *Capiblanc. pract. q. de Baron. tom. 2. cap. 42. num.* 13. &
meminit *Rouit. in pragmatica* 3. *de visitat. num.* 8. in vl-
tima editione.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori à Iudice domicilij ad Iudicem originis non da-
tur, & de ratione.*
2 *Forum quis sortitur ratione domicilij tàm in ciuilibus,
quàm in criminalibus, sic etiam ratione originis pro-
pria, num. 4. & paterna, num. 5. sed & auerna, num.
6. sed quomodo id intelligatur, num. 7.*
8 *Nepos qualiter naturalis aui sortiatur originem.*
9 *Electio fori nequit fieri à iudice domicilij ad Iudicem ori-
ginis.*
10 *Forum sortitur ratione rei sitæ, numer. 21. & beneficij,
num. 14.*
11 *Ordinari quis potest in loco domicilij.*
12 *Patronus nequit ordinari ab Episcopo in cuius Diœcesi est
ius patronatus, amplia num. 13. & 15.*
16 *Subditi, qui dicantur ad effectum vt possint ordinari.*
17 *Beneficiatus, & possessor beneficij differunt.*
18 *Beneficij appellatione non comprehenditur habens ius præ-
sentandi.*
19 *Ius patronatus dicitur ius honorificum.*
20 *Patronus non potest se ipsum præsentare.*
21 *Patronus potest conueniri in loco vbi beneficium extat.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori, an possit fieri à foro domicilij ad forum originis, & è contra, quando illa non sunt Tribunalia Regia.

QVÆSTIO VIII.

1 REgula sit non posse dari fori electionem à foro
domicilij ad forum originis, & è contra, sed
ad Regia Tribunalia esse conuolandum, *Capiblanc.
pract. quest. de Baron. tom. 2. cap. 44. num. 1.* vbi plu-
ries iudicatum recenset, præcipuè in Tribunali Pro-
uinciæ Principatus Citra, dum casus accidisset quod
quædam mulier vidua contraxisset in certo loco non
sui domicilij, vel originis, sed extero, ibique sol-
uere cum iuramento promisisset, renunciando suo fo-
ro, dum esset ibi conuenta adueniente die, & habuis-
set recursum ad Regiam Audientiam petendo vti vi-
dua prouisiones, vt deberet causam remittere ad suum
domicilium, quod eligebat in forum iurando perhor-
rescentiam, puta licet fuissent concessæ preuocatæ,
cum causa fuerit remissa ad locum contractus seclusa
fori electione petita per dictam viduam.

2 Electio siquidem fori non potest fieri apud Iudices
inferiores, sed ad Regia Tribunalia, quamvis alias
Iudices inferiores essent competentes respectum eli-
gentium, vt puta ratione domicilij, vigore cuius sor-
3 titur quis forum, vt apud eius loci Iudicem ordina-
rium conueniri possit, & ille sit Iudex competens, &
legitimus in omnibus causis eorum qui domicilium ha-
bent in territorio subdito ipsius iurisdictioni tàm ciui-
libus, quàm criminalibus, *ad text. in leg. hæres absens,
§. si quis tutelam, §. proinde, & §. illud sciendum, leg.
si fideicommissum, §. sed & rescriptum, ff. de iudic. ca-
pitul. licet ratione de foro competenti*, cum adductis per
Illustrissimum Ricc. collect. decision. 615. fusissimè *Carle-
val. in tractat. de iudic. disput. 2. quæst. 1.* vbi ampliatio-
nes, & declarationes ad nauseam vsque cumulat idem
respectu originis probans *quæst. 2.* vbi statuit conclusio-
nem generalem ratione originis propriæ quem forum
4 sortiri, *l. 1. & leg. assumptio, §. filius, cum seq. leg. liber-
tus, §. patris, & leg. incola ff. ad municipal. Cardinal. Tusc.
conclus. 436. lit. F*, & ampliationes quoque coadunat,
interquas reponit nedum illam, vt procedat respectu
originis paternæ, *ex leg. filios, Cod. ad municipal. & ori-
gin. lib. 10. dict. leg. assumptio, Boer. decision. 13. num. 5. Af-
flict. 384. num. 4. Rota diuers. decis. 414. part. 1. Episcopus
5 Ricc. collect. decis. 925.* Sed etiam respectu originis auer-
næ ex *dict. leg. assumptio, §. libertini, leg. libertus, §. in adopti-
ua, ff. ad municipal. Soccin. in rubric. de foro competent. nu-
mer. 15. Siluan. consil. 1. Boer. decis. 13. num. 6. & 7. Bar-
bos. in leg. hæres absens, §. proinde* in articulo de foro ori-
6 ginis, *num. 27. & 28.* limitans tamen procedere, quan-
do nepos viuo esset conceptus ex *Cyn. in l. 2. numero 2.
Cod. de iurisdict. omn. iudic.* & post cæteros *Surd. consil.
343. num. 28. lib. 3.* quamvis in potestate aui non nasca-
tur *ex leg. libertus, §. in adoptiua, ff. ad municipal.* vbi ne-
8 pos sequitur originem aui naturalis, quantumcumque
sit natus in adoptiua familia, quo casu certum est non
nasci in potestate aui naturalis, & ita dicit tenere *Bar-
bos. loco citat. dict. articulo de foro originis, num. 30.* quam-
vis non desint contrarium tenentes, vt apud eum cerni
poterit, & præcisè pro indubitato præsupponit *Gregor.
Lopez in l. Hispan. 32. tit. 2. part. 3. gloss. 4.*
9 At regrediendo ad propositum articulum firman-
dum est electionem fori non posse fieri à priuilegiatis,
& miserabilibus personis a Iudice domicilij ad Iudicem
originis, & è contra, nisi tamen ibi existant Tribunalia
Regia.
10 Sicque pariter firmabis respectu fori rei sitæ, quam-
vis ibi regulariter posset quis conueniri. *leg. sed & susce-
pit, §. final. de iudic. leg. actor la fin. & ibi DD. Cod. vbi in
rem actio, cap. sane, cap. si Episcopi, & cap. fin. de foro compe-
11 tenti*, licet non per hoc ibi quis ordinari valeat, nisi
habeat domicilium, prout respectu patroni habentis ius
12 præsentandi beneficio iuris patronatus existente in ali-
qua diœcesi, ne valeat ab Episcopo illius ordinari, si ipse
alterius diœcesis sit, & in loco in quo possidet ius præ-
sentandi non inhabitet in facti contingentia scripsi alle-
gationes, quas hac occasione imprimendas, nunc cura-
ui, earum autem tenor sequitur, vt infrà.
13 Quamvis patronus sit iurisdictionis illius Episcopi,
sub cuius diœcesi beneficium illud est situatum, *ad
text. in cap. 2. de supplend. negligent. prælat.* per quem sic
consuluit *Roman. consil. 361. & 376.* refert *Cassau. consil.
31. num. 26.* & ambos reportat *Veral. decis. 178. part. 1.*
vbi quod ratione beneficij siti in diœcesi, illius quis sor-
titur forum.
15 Tamen hoc axioma claudicat, ne patronus benefi-
cij valeat ordinari ab illo Episcopo, in cuius diœcesi
est fundatum beneficium iurispatronatus, si ille de ta-
li diœcesi non sit ortus, vel in illa non habeat domici-
lium, vel pater eius ab illa descendat *ad text. in capit.
cum nullus de temporibus ordinat. in 6.* vbi statuitur,
16 subditos ad effectum ordines suscipiendi dici ra-
tione originis, domicilij, vel beneficij, de quo latè
*Barbos. in tractat. de potestat. Episcopi allegat. 4. nume-
ro 4. part. 2.* vbi quod origo pariter patis in hoc inspici-
tur ex cohorte DD. quos secum velut *Molfes. in summa
Theolog. Moral. tractat. de Sacram. ordin. capitul. 2. Epi-*

ſcopus Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 417. *part.* 4. *Bonacin. de ſacram. diſput.*8.*quæſt. vnica punct.*4.*num.*13.

Et quatenus ſpectat ad beneficium, non intelligitur
de patrono habente ius præſentandi ad beneficium, ſed
de poſſeſſore beneficij, & ſic beneficiato, quia aliud eſt
17 eſſe beneficij patronum, & aliud poſſeſſorem beneficij,
18 & beneficiatum, & beneficij appellatione, minime
comprehenditur habens ius præſentandi, ſed beneficia-
tus fructus è beneficio percipiens, quia ille eſt tempo-
ralis dominus, & vigore ipſius efficitur Ciuis loci, in
in quo habet beneficium. *Angel. conſ.* 23. *Alber. in l.* 1.*ff.quod cuiuſque Vniuerſitat. Nomin. Boer. deciſ.* 260. *num.* 20. *Mar. Antonin. var. reſolut. lib.* 1. *reſolut. fin. caſ.*28. modernè *Barbat. in tract. de diuiſ. fruct. part.*1. *cap.*16. *num.* 114. *Cordoſ. in praxi iudic. & Aduocat. in verbo, domicilium, n.*6.

Quid enim habet patronus, niſi quandam honorifi-
19 centiam, vt conſtat ex definitione iuris patronatus,
quod ſit ius honorificum, habens patronus in præſen-
tando Rectorem, cum ſine tali præſentatione ligatæ
ſint manus Epiſcopi dandi inſtitutionem intra quatuor
menſſes *cap.decernimus* 16.*quæſt.* 7. nec non quia in Ec-
cleſia patronata eſt præferendus alijs *c. nobis de iurepa-
tron.* nec per hoc patronus dicitur verè Eccleſiæ domi-
nus *Paul. de citadin. de iurepatronatus part.* 6. *quæſt.* 12. *Vivian. in ſimilis nominis tract. part.*1.*cap.*2.*lib.*2.

20 Imò patronus Eccleſiæ vacantis non poteſt ad illam
ſe ipſum præſentare *cap. per noſtras, & ibi Gloſſ. de iure-
patronat. cap. fin. de inſtit. Mar. Antonin. variar. reſo-
lut. lib.*1. *reſol.* 51. *Tuſcus concluſ.*138. *lit.P. Rot. diuerſ. deciſ.*185.*part.*1. *Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. gloſſ.*2.*num.* 57. *Campanil. in diuerſ. iur. canonic. cap.*13.*rub.*11. *num.* 398. etiam mediante procuratore *Veral. deciſ.*397.*part.* 2. *Pariſ. de reſignat. benefic. lib.*9. *quæſt.*17. *num.* 102. *& ſeq. Paleott. deciſ.*249. poſt cæteros *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat.*72. *num.*78. *part.*3. nouiſſimè *Ciarlin. controuerſ.* 68. *num.*12.

21 Nec obſtat ratione rei ſitæ quem ſortiri forum, vt
poſſit conueniri coram Iudice territorij, in quo res eſt
ſita etiam ſi ibi nulla alia ratione forum ſortiatur, etiam
in in corporalibus, videlicet actionibus iuribus ſerui-
tutum patronatus, & alijs nominibus debitorum, *Lap. alleg.* 91. *Alex. conſ.* 16. *lib.* 1. *Simanch. de Catholic. inſtit. tit.* 9. *num.*130. *& ſeq. Peregr. de iure fiſc. lib.*5. *tit.* 1. *num.* 142. *Praſ. de Franch. deciſ.* 93. cum innumeris recollectis nouiſſimè *per Carleual de iudic. lib.*1.*tit.*1. *diſput.*2. *quæſt.*3.*num.* 146.

Quia huiuſmodi concluſio non adaptatur, quin ra-
22 tione iuris patronatus exiſtentis in loco apud diœce-
ſanum ipſius exter poſſit ordines recipere, ſed vt ibi
poſſit conueniri pro cauſa ſpectante ad ius patronatus
exiſtens in loco, & ſic intelligo poſſe procedere, & ha-
bere locum dicta *per Verallum in cit. deciſ.* 177. alias ſi
contrarium diceretur, vtique deſtueretur diſpoſitio
nuper *allegati text. in c. cum nullus de tempor. ordinat.*
in quo nulla mentio de ſubdito ratione rei ſitæ, ſed tan-
tum ratione originis, domicilij, vel beneficij, vndè
talis forus quo ad iſtud videtur excluſus.

Inde cum caſus mihi conſulendus tranſmiſſus fuiſſet à Reuerendiſſimo Epiſcopo Alexani in hanc deſcendi ſententiam, quam pariter approbauit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Epiſcopus Riccius Dominus, & Magiſter meus obſeruandiſſimus.

SVMMARIVM.

1 *Baro non eſt citandus, quando electio fori petitur per vaſallos.*
2 *Baro eſt audiendus in probatione paupertatis, & num.*3.
4 *Baro ſi prætendit aliud circa prouiſiones pro electione fori eſt audiendus.*
5 *Terminus datur Baroni, & vaſallo forum eligenti.*
6 *Baro poteſt comparere pro cauſa remiſſione, & variationi inhærere.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori, vbi petitur à miſerabilibus perſonis num debeat citari Baro, ſi fortè illius eſſent vaſalli.

QVÆSTIO IX.

1 Regula ſit, quod ſi electio fori petatur à miſerabili-
bus perſonis tamquam talibus, in probatione
qualitatis miſerabilitatis probandæ per fundantes ſe in
ea, non erit citandus Baro, ſi fortaſsè petentes electio-
nem fori eſsent vaſalli, cum ſufficere debeat Iudici
conſtare de hac qualitate ad eius informationem pro
concedenda petita electione.

Et licet in probatione paupertatis ad effectum eligendi forum vti tali eſse audiendum Baronem de cuius intereſſe agitur autumet *Danza in tract. de pugna DD. tit.de contumac.capit.*4.*num.*6. *& tit.de elect. fori num.*51. *tom.*2.

3 Tamen hanc opinionem non agnoſco practicabilem,
quia daretur anſa procratinandi, & efficeretur lis or-
dinaria inter vaſallum volentem Curiam declinare per
electionis fori viam, & proindè id non ſeruatur in Re-
giis Tribunalibus.

4 Cæterum ſi poſt expeditas prouiſiones inhibitoria-
les à Tribunali electo Baro aliquid prætendere vellet
aduerſus illas, & electionem fori factam, tunc ex ſuo
intereſse erit audiendus, & ſuæ exceptiones recipien-
dæ forent, & admittendus ad faciendas probationes
in contrarium eorum, quæ forſitam prætenderet vaſ-
ſallus, qui elegit in forum Regia Tribunalia, & tunc ſo-
let, & debet dari terminus, qui erit communis vtrique
7 parti *Muſcatell. in praxi S.C. gloſ. competentes, num.*79. &
vide latius ſcripta *p.*1.*prax. quæſt.*19. *ſect.*1. & ita practi-
catur.

Conducit *Danz. in tract. de pugna DD. tit. de elect. fo-
6 ri, cap.*4. *num* 30. *tom.*2. quatenus enunciat Baronem
poſse pro cauſæ remiſſione comparere, & variationi
factæ per miſerabilem perſonam inhærere.

Hinc cum caſus ex facto accidiſſet, & trutinaretur articulus inter doctos viros, ita fuit communi voto pronunciatum, & iterum conſului ad fauorem Io: Hieronymi de Marolla aduerſus prætendentiam ſui Baronis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex primus eſt incompetens facta electione fori, & vide, num.*11.
2 *Acta facta poſt electionem ſunt nulla.*
3 *Teſtes examinati poſt electionem factam, acta ſunt nulla, amplia, num.*4.
5 *Priuilegium fori, an ſubſiſtat, à quo Iudice declaratur.*
6 *Inhibitio rotalis, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta eſt timenda.*
7 *Inhibitio iniuſta tenet, & acta poſt illam ſunt attentata.*
8 *Inferior non poteſt ſuperioris reſcindere factum.*
9 *Iudex variatus, & inhibitus non dicitur durante inhibitione.*
10 *Manus Curiæ ſunt Iudex ligata, ſi allegetur variatio, aut electio fori.*
12 *Priuilegium conceſſum miſerabilibus dicitur generaliſſimum.*
13 *Variatio procedit, non obſtante quod iudicium ſit captum coram Iudice ordinario.*

AR-

ARGVMENTVM.

Electione, vel Variatione Fori facta, si Iudex à quo videat illam non posse subsistere num procedere possit ad vlteriora in causa, & acta valeant.

QVÆSTIO X.

1 REgula stat, vt facta electione, vel variatione fori petita primus Iudex remaneat incompetens
2 etiam ante expeditionem litterarum inhibitorialium, & acta omnia subsequentia sunt nulla, vt post antiquorum scholam probat nouiter *Carleual. in tractat. de iudic.disput.2.quæst.6. num.*610. vbi *nos in prima parte praxis* adducit, & sequitur.
3 Indè electione fori facta per miserabilem, & priuilegiatam personam, si primus Iudex recesserit ad receptionem testium, vel aliorum iurium inualidantur acta, vt decisum cernitur apud *Præsid.de Franch.decision.*294. de quo memores sunt plures apud *Thor.in Compend.decis.Regni in verbo,electio fori, part.*1.
4 Ampliabam hanc conclusionem in facti contingentia rogatus de voto habere locum,& esse veram, quamvis Iudici declinato,vel variato innotesceret priuilegiatæ personæ aliqua de causa in casu quo elexit, vel variauit forum,priuilegium non suffragari,quia adhuc se abstinere debet, quovsque à Iudice ad quem id declaretur.
5 Idque tantò fortiùs, si inhibitio fuerit eidem facta, nam illi erit parendum, nec Iudex à quo de ipsius inualiditate cognoscere valet *Put. decis.*395. *lib.*2. *Achil. de Grassis decision.*29. *num.*6. *de appellat.* nouiter *Martinus Andraa decision.*16. *Rot.in recent. decision.*670. *parte*
6 2. *tom.*1. vbi etiam, quod inhibitio rotalis, siue iusta, siue iniusta timenda est *Rota antiq. decision.* 26. *de appellat. Cæsar. de Grassis decision.* 3. *eodem titul.* illaque tenet
7 taliter, vt acta post illam fiur attentata *Veral. decis.*92. & 93.*part.*1. quia inferior non habet rescindere factum
8 superioris, *cap.cum venisset de institut. cap.vt nostrum de appellat.Castill.decis.*130. *num.*3.

Quare iuxta supradicta fuit meritò ad mei consultationem secretam,sic determinatum a quodam Collegiato Tribunali, quod declarauit omnia acta nulla gesta post electionem factam a priuilegiata persona, quamvis causa deindè fuerit remissa ad Curiam declinatam,quia erat casus exceptus, in quo cessabat beneficium electionis fori.

Suffragatur supradictis,quod diximus *in pragmat.*10. *de offic.iudic.& aliorum official. numer.*98. Ne Iudex va-
9 riatus, & inhibitus dicatur durante inhibitione Iudex, nec inhibitionem declarare possit,scilicet quem casum, vel quam causam comprehendat,*Rot.in recent. decis.*74. *num.*3.*part.*1.*tom.*1.

Et quia in materia reperi quasdam allegationes antiquo tempore editas in sua iuuentute per Domin. Genitorem meum Io: Dominicum Nouarium placuit illas hic reponere, quarum tenor sequitur, vt infrà.

10 Perallegatam perhorrescentiam, cum iuramento, & variationem formitet factam à Curia tamen Pittitij ad Magn. Cur. Vicar. Iudicem electum ab Isabella Amendola, sunt adeò ligatæ manus dictæ Curiæ, vt etiam litteris inhibitorialibus non præsentatis effecta sit incompetens, nihil innouare, vel attentare possit, decisio est clara *Præsidentis de Frach. sub numero* 294.
11 cum per solam allegationem Iudex coram quo litigabatur non valeat vlterius procedere, nec habet in quo se intromittat, secundum doctrinam *Andreæ in Constitut. Regni, si quem nostrorum*, imò nec terminum statuit eligenti addeundum, & prouisiones obtinendum à Iudice electo, & licèt de hoc termino dubitari possit, quicquid tamen sit in casu nostro, de quo agitur, allegatur incompetentia Iudicis, ob variationem factam ad Mag. Cur. quæ iurisdictionem haber, & illa habendus est recursus, quod cum sit clarum disputatione nonindiget.

Quatenus opponatur electionem fori factam non posse subsistere, quia est de causibus exceptis, & proindè Iudicem à quo non teneri parere inhabitioni factæ,idest ridiculum, nam inferior non debet,nec potest superioris agnoscere inhibitionem, sed illi obedire tenetur, alias de cauda euaderet caput, & nullum appareret, parendum est inquam superiorum mandatis,nec de illorum validitate discutiendum.

Nec habenda est ratio in obligationibus, & instrumentorum liquidationibus, non habere locum variationem, cum nec procedat declinatotia fori,quæ à pari debent procedere.

12 Nam priuilegium, concessum viduis per Imperatorem *in rubrica C. quando Imper. inter paup. & vid. & in Constit. Regni, statuimus*, generalissimum est in omnibus causis, etiam criminalibus, quando inquiruntur, vt per *Afflict. in d. Constit. num.*17. & *Vin. decis.*65. & si pro causis in totum criminalibus gaudent quando magis procedere debet in liquidationibus instrumentorum, & obligationum,quæ feræ reductæ sunt ad meram ciuilitatem.

Nec termini remissionis pro liquidationibus instrumentorum possunt extendi ad variationem, nam va-
13 riatio procedit, non obstante, quod iudicium sit cæptum coram ordinario, & sic non procedit, cum *reg. text. in l. vbi cæptum, ff. de iudic.* vt videri potest *Anton. Tesaur. decis.* 177. *numer.* 6. & pro liquidationibus instrumentorum non sit remissio, nec admittitur exceptio declinatoria fori; nam in ipsis Mag. C. cum alijs Curijs, iudicibus competentibus habet iurisdictionem cumulatiuè, & non priuatiuè, & propterea non datur declinatoria fori, vt considerat *Rouitus in d.pragmat.*1.*de liquid. instrument.* quod non est in casu, de quo agitur, nam per electionem cessat omnis iurisdictio, & tota competentia Iudicis, à quo fit variatio, & priuatiuè remanet ad Iudicem electum, vt superius fuit allegatum, nec à pari procedunt exceptio declinatoria, cum variatione, cum exceptio declinatoria, omninò sit opponenda ante litem contestatam, ne videatur in Iudicium consentire, & variatio potuit fieri, etiam lite contestata, & instrumentum post conclusionem in causa, & appuntatione facta, & vltra alios nouissimè est videre, *per Vinc. de Franch. dec.*100.

Vndè nondata paritate,non potest fieri extensio maximè cum habeamus legem claram, cui stari debetur.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datur pro transmissione actorum in causa fori electionis.*
2 *Terminus competent, quando dicitur.*
3 *Terminus competens datur in transmissione actorum.*
4 *Dilatio ad consulendum dominum quomodo datur.*
5 *Dilatio non debet angustari, vt partes iura proponere nequeant.*
6 *Appellatio datur à termino incompetente.*
7 *Iudex procedens elapso termino in competente, acta sunt nulla.*
8 *Citatio continens breue terminum est nulla, & num.*9.
10 *Terminum breuem dari, & non dari idem sunt.*
11 *Terminus in fori electione arbitrio Iudicis est impartiendus, etiam parte non citata.*
12 *Terminus etiam non vetenti datur in Regno.*

ARGVMENTVM.

Terminus competens pro actorum transmissione Fori variatione facta qualiter præfigendus sit etiam non petenti.

QVÆSTIO XI.

1 REgula desumitur *ex pragmat. Regni* 10. §. 20 *sub rubrica de ordine iudic.* vt fori variatione facta in causis criminalibus pręfigendus sit terminus competens pro actorum trasmissione.

2 Et competens appellabitur, & iuridicus, quoties cum commoditate, & non præcipitanter persona priuilegiata, quæ variauit forum potest intra illum adire Tribunal electum, & procurare copiam actorum.

Ita vt sit habenda ratio distantię locorum, & voluminositati processus; nec non habenda est consideratio temporis, puta si sit hiems, vel æstas, si sint transeunda flumina, quæ in hieme, cum difficultate transeuntur statim, sed sole expectari cursus aquarum per aliquot dies, vt in regionibus Basilicatæ, & Calabrię cernitur.

3 Suffragatur *Rit. Mag. Cur. Vic.* 69. vbi in Regno videmus in omnibus causis impattiri terminum qui terminus debet esse competens iuxta, & loci distantiam *ad text. in l. qui bona §. fin. cum l. seq. & l. si finita, §. 3. ff. de damn. infect. l. nonnunquam, ff. de iudic. l. a. ff. de re iudic. cap. cum longe* 13. *quæst.* 2. fusè *Specul. de citat. §. nunc sub num.* 4.

Conferunt nuper tradita *per Hieronym. de Leo decis.*
4 *Valentia* 97. *lib.* 1. Quatenus fundauit dilationem ad dominum consulendum esse concedendum, iuxta locorum distantiam cum dilationes, quæ conceduntur pro loci distantia impartiantur *Afflict. decis.* 124.

5 Iuuat pariter, quod licet dilationum materia veniat tollenda, non per hoc iudici licebit adeò angustare, vt nequeant partes eorum iura proponere, & demonstrare, sed debet habere considerationem, vt possint ire, & regredi *ad text. in cap. final. de dol. & contumac. & Constit. Regni lite legitime contestata in vers. terminum autem, vbi Gloss. & Affl.* annuunt Iudicis in considerati esse dare breuem terminum infra quem impossibile sit fieri probationes.

6 Quæ omnia adeò sunt vera, vt si terminus concessus non sit congruus, & competens habito respectu ad supra dicta posset ab illo appellari, *Benuenud. decis. Bonon.* 40. *Gallupp. in praxi S. C. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 62.

7 Imò Iudex illo elapso non posset procedere. & si procederet stante breuitate termini acta vitio nullitatis laborarent, iuxta dicta *per Crescent. decis.* 6. *de dolo,*
8 *& contumacia*, vbi citatio continens terminum nimis breuem ad comparendum est ipso iure nulla, & proinde iudicatum recenset sententiam latam ex citatione nimis arcta, & breui esse nullam.

9 Citatio in quam habetur pro non facta vbicumque continet breue tempus ad notificandum *Gloss. & Imol. num.* 41. *de iudic. Veral. decis.* 3. *num.* 8. *par.* 3. *Viu. decis.* 361.

10 Parificantur inquam dari terminum breuem, vel illum non impartiri, vt probauimus *in collect. decis. super d. pragmat.* 10. *a num.* 95. *cum seq. de offic. iudic.* vbi plura huius farinæ reperias cumulata.

11 Amplia, vt prælibatus terminus facta variatione fori sit officio iudicis impartiendos etiam parte non instante, sicque indistinctè practicatur.

Suffragatur ad coadiuuamen huius opinionis, quia
12 in hoc nostro Regno in omnibus causis datur à Iudice terminus etiam non petenti, qui est communis *Rouit. in prag.* 7. incip. *post prædictas num.* 7 *de ordin. iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus pro fori electione, currit de momento ad momentum.*
2 *Dies termini imputatur in termino, & num.* 3. 4. *&* 6.
5 *Dies datus à Iudice non imputatur in termino.*
7 *Dictio* hinc, *vel* ab hinc, *quid importat.*
8 *Dictio* ex tunc, *quid denotat.*
9 *Terminus, quando apponitur infra certum tempus, quomodo intelligitur, & num.* 10.
11 *Terminus ad comparendum pro iure congruo currit de momento ad momentum, & n.* 12.

ARGVMENTVM.

Terminus competens pro actorum transmissione facta variatione fori elargitus qualiter currat.

QVÆSTIO XII.

1 REgula sit terminum competentem pro actorum transmissione facta fori variatione elargitum currere de momento ad momentum, cum ita regulariter cautet regula *l.* 3. *§. minorem, ff. de minor.* & ibi *Gloss. Alexand. cons.* 75. *volum.* 2. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 73. *num.* 6. vbi pariter adducit *Corn. cons.* 279. *volum.* 4. *Guid. Pap. decis.* 270.

2 Indè computati in termino diem termini probauit *Gregor. in sintag. iur. lib.* 48. *cap.* 8. *num.* 13. *Tiraquel. de retract. consangu. §.* 1. *glos.* 11. *a num.* 23. vbi fusè, *Duen. regul.* 197. *Gomez in l. Tauri* 70. *nu.* 25. vbi declarat intelli-
3 gi de die artificiali viginti quatuor horarum, quod anteà docuerant *Io. Andr. in cap. super eo de appellat. Zabarell. in clem.* 1. *quæst.* 1. *eod. tit. Angel. cons.* 404. *Borrell. in tract. de compromissis, §.* 2. *glos.* 4. *num.* 10. vbi *num.* 8. ob-
4 seruat quod si diceretur a tali die, vel hinc vsque ad talem diem tunc curret de momento ad momentum, & numerabitur dies termini *cap. super eo, il secondo de appellat. l.* 4. *ff. de conatio. & demonstrat. l.* 1. *§. biduum, ff. quand. appelland. sit cap. ieiunium, il secondo, §. non autem*
5 76. *distinct. Bald. in l.* 2. *§.* 1. *C. commun. de leg.* licet regulariter quando dies assignatur à iudice dicente do terminum decem dierum, tunc dies quo terminus datur non computetur in termino *ad text. in l.* 1. *vbi Bart. Bald. & Soccin. ff. si quis caut. vbi Fulgos.* ita in foro, & Tribunalibus obseruandum putauit *Renat.* Koppm. *in consuet. Andegauens. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 10 confirmat *Borrel. cons.* 19. & iuxta supradicta vidisse seruari in Regio Prætorio Capitinatæ, Apuleæ, & Comitatus Molisij, & in alijs Regijs Tribunalibus testati fuimus *in collect. decisio. ad pragmat. Regni* 10. *num.* 107. *sub rubr. de offic. iudic. & aliorum offic. iuxta coadunata per Trentacinqu. in lib. variar. resolut. tit. de dilationibus resol.* 1.

6 Vbi post recitatas opiniones contrarias si dies termini computetur in termino scribit obseruari in Regno per *Ritum Mag. Cur. Vic.* 119. vbi *Carauit.* annuit, vt statuto termino in aliqua citatione dies qua fuit intimata citatio, & sic notificatus terminus non computatur in termino dicens sic seruari vbique etiam hodie non solum in citationibus, de quibus loquitur Ritus, sed etiam in quibuscumque decretis, & prouisionibus, quæ per Curiam assignando terminum expediuntur, declarat autem hanc conclusionem cessare quoties in datione termini ponerentur hæ dictiones *hinc*, vel *ab hinc* exemp. gr. hinc ad decem dies, aut decem diebus, nam tunc diem termini annuit nō computari in termino ex cumulo DD. adductorum à *Tiraq. de retr. lignag.*
8 §. 1. *glos.* 11. *n.* 23. qui *n.* 39. pariter post cęteros declarat

non

non procedere, vbi dispositio vteretur hac dictione *ex tunc*, quæ denotat extremitatem illius temporis, vt tempus currat de momento ad momentum, de qua dictione *ex tunc* plura coadunant *Cardinal. Tusc. conclus. 279. lit. D. Mathiens. in l. 14. gloss. 1. num. 44. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilat. Barbosa* modernè *de diction. vsu frequent. dict.* 118.

9 Insuper declarat non procedere quoties certum tempus apponitur, quod dupliciter intelligit, videlicet, primò quando actus, cum tempore iniungitur respectu principij, vt si dicatur si quis instituerit nepotem, qui nasceretur intra decem menses à die mortis filij; nam tunc dies ille mortis computatur in illis decem mensibus, *l. Gallus in principio, ff. de liber. & posthum.* Secundò intelligit, quando actus cum tempore iniungitur respectu finis, vt si dicatur, quod in pascate futuro causa sit expedita, nam tunc tempus statim currit, *Abb. Imola, & alys in cap. de causis de offic. deleg.*

Præterea declarat non procedere, quando statuitur terminus ab actu non à die actus, vt exempli gratia in materia iuris congrui si dicatur, quod consanguineus admittatur intra annum à venditione, seu notificatione venditionis, nam tunc tempus computatur
11 de momento ad momentum, vt scilicet tempus ab ipsa venditione, seù notificatione incipiat *ex Gloss. in cap. anteriorum 2. quæst. 6.* & alijs, licet contrarium tenētes allegat *Specul. & Blad.* quorum opinionem hoc in Regno *per Ritum 119. & 123.* seruari, & probari *ex Rit.* 123. considerando eius verba autumat.

12 Tandem alijs omissis declarat non procedere, quando dies fuit datus ad aliquid agendum, vel postquam aliquid factum fuerit, exemplificando in materia iuris congrui intra annum postquam emptor notificauerit, &c. nam tunc dicit tempus currere de momento ad momentum, statim ac illud gestum fuerit *per text. in l. in vsucapionibus, cum l. seq. de vsucapion. Angel. cons. 404. Domin. in cap. Feliess, §. final. de pœnis in 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Electione fori facta coram Iudice excommunicato, acta non valent.*
2 *Processus compilatus coram excommunicato est nullus.*
3 *Sententia lata à Iudice excommunicato est nulla, limita, num. 4.*
5 *Factum ab excommunicato occulto valet.*
6 *Instrumentum confectum à Notario excommunicato occultè valet.*
7 *Iudex si esset excommunicatus, & deinde communi opinione si reputatus absolutus valent acta ab eo gesta.*
8 *Sacerdos non approbatus, si audiat confessiones, an pœnitentes excusentur.*
9 *Sententia lata coram Iudicibus ordinarijs quorum vnus est excommunicatus, an valeat, & quid in actis ordinatorij, num. 12.*
10 *Iudices ordinarij habent iurisdictionem insolidum.*
11 *Sententia lata ab vno ex Iudicibus valet.*

A R G V M E N T V M.

Electione, seu Variatione Fori introducta coram excommunicato Iudice, quando acta facta reddantur nulla.

Q V Æ S T I O XIII.

1 Regula stat, vt electione, seu variatione fori facta coram excommunicato Iudice acta facta reddantur nulla, iuxta theoricam *Abbat. in cap. ad probandum, num. 6. de sentent. & re iudic.* vbi pariter *Bald. Rimi-*
2 *nald. sen. cons. 101. nu. 22. lib. 1.* vbi quod processus compilatus ab excommunicato dicitur nullus.

3 Prout sic in sententia lata à Iudice excommunicato, vt nullius sit momenti patet *ex cit. cap. ad probandum*, vbi *Gloss. in verbo, innodatus, & alij DD. cap. excommunicamus, §. credentes de hæretic. cap. aduersus, §. quia verò, vbi Gloss. in verbo, valitura de immunit. Eccles. capit. præsidentes de hæretic. in 6.* etiamsi esset simplex decretum, seù interlocutorium, *Bald. in rubr. Cod. qui admitti, num. 19.*

4 Cæterum claudicabit Regula, quoties Iudex esset occultus excommunicatus, *dict. cap. ad probandum, & ibi Gloss. & cæteri, Soccin. in cap. in sacris, num. 267. de sentent. excommunicat.* omnia enim gesta per excom-
5 municatum occultum, maximè existente communi errore valet *Sanchez de matrimon. lib. 3. disputatio. 22. num. 31.*

6 Et proindè instrumentum confectum à Notario occulte excommunicato valet *cap. decernimus, & ibi Glos. de sentent. excommunicat. in 6. Coccin. decis. 322. num. 8.* nouissimo *Vbertus de citationibus, cap. 5. num. 83.* licet secus si fuerit factum à publicè excommunicato, vt post antiquiores *Alter. de censur. lib. 2. disput. 3. cap. 4. Suarez de censur. tom. 5. disput. 16. sect. 5. Gama dec. Lusitan. 133. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 8. Farinac. in pract. crimin. quæst. 56. num. 268. par. 2.*

7 Idemque esset, si Iudex aliquoties fuisset excommunicatus, & deinde communi opinione reputaretur absolutus, quia ratione communis reputationis valerent gesta ab ipso ratione publici officij, *cap. infamis, §. tria 3. quæst. 7. l. 2. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. Bart. & Ias. in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. Abb. & Butr. in capit. fraternitatis, de testibus.*

8 Hinc descendit, quod si sacerdos non approbatus reputatus tamen talis audeat publicè confessiones, pœnitentes excusantur quoad Deum ob communem errorem *Gloss. in clement. dudum de sepultur. in versic. Auditura. Felin. in cap. si verè num. 7. de sentent. excommunicat. Caietan. in summa in verbo, confessio*, quia licet communis error quod sacramenta nihil operatur, tamen multum suffragatur hoc in casu ob fidem sacramenti, non quod talis confessio sit sacramentalis, nec per eam fiat quis de attrito contritus, sed quia excusatur quoad Deum, & Ecclesiam, qui cum tali bona fide confitetur, dum est ignorans *Valer. in different. inter vtrumque forum, dict. verbo, Nullitas differentia quinta*, reportans *differentia 2. num. 3.* dictum *Glossa* famosæ *in capit. dudum de elect. in verbo decepta*, vbi quod si quis laicus segerat pro sacerdote, cum re vera non sit, & audiat confessiones fidelium, taliter confessi benè saluabuntur propter fidem sacramenti quam habuerunt *Arian. quodlib. 5. quæst. 3. Paludan. in 4. distinctio. 17. quæst. 6.* & ita declarauit Sacra Congregatio Eminentissimorum Concilij interpretum hisce verbis videlicet.

Fuit dubitatum, an is qui confessus fuerit peccata confessario non approbato fuerit bene absolutus, vel potius dicatur confessio nulla, & fuit dictum confessionem nullam.

Fuit item resolutum, quod si ille, qui confessus fuerit ignorauerit Confessarium non esse approbatum, vel cogitauerit non requiri approbationem, tunc ob fidem quam habuit in sacramento quoad Deum esse absolutum, & si deindè sciuerit illum non esse approbatum, vel requiri approbationem teneri reiterare confessionem.

9 Pariter cessaret regula vbi vnus ex Iudicibus ordinarijs esset excommunicatus, & alij non, quia sententia sustineretur ex persona non excommunicati, vt nouiter probat *Riccinllus in tractat. de iure personarum*,

lib. 4. cap. 18. num. 9. reddens rationem, quia Iudices
10 ordinarij habent iurisdictionem insolidum, *ex Gloss. in cap. prudentiam de off. deleg. Bart. in l. Pomponius, ff.*
11 *de re iud.* Ideòque sententia, quamuis ab vno lata suo robore nititur *Abb. in cap. fin. num. 9. de sentent. & re iudic.* quod secus est in delegatis *d. cap. probandum*, vbi *Innocent. Butr. Hostiens. & alij Rota in Mantuan. contractus coram R.P. Perouano.*
12 Sed si acta ordinatoria fuissent gesta coram Iudice excommunicato alicuius Tribunalis Collegiati, & si plures sint ibi Iudices in iudicando, tamen quia solus fuit in acta ordinaria faciendo, proindè reddentur nulla, nec poterit iuuari ex iurisdictione insolidum, prout in sententia, sicque in facti contingentia consultus dicebam, dum casus accidisset in quodam Auditoir Prouinciali, pro parte, inquam, tunc Iudex videtur vti iurisdictione, quo in casu vitiatur actus.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori ad Tribunal Menepecudum, non conceditur miserabilibus personis, & num. 2. & 4.*
3 *Tribunal Dohanæ ad certas causas tantum est destinatum.*
5 *Dohana, vndè dicatur, & quid significat.*
6 *Tribunal Dohanæ in Ciuitate Neapolis, à quo regitur.*
7 *Appellatio à decretis dohanerij datur ad Reg. Cameram Summariæ.*
8 *Dohanerius cognoscit fraudantes sal.*

A R G V M E N T V M.

Electio, seu Variatio Fori, an possit introduci coram Dohoana Menepecudum Apuleæ.

Q V E S T I O XIV.

1 REgula sit negatiua, non posse scilicet à miserabilibus personis vigore eorum priuilegij introduci causas in Tribunali dohanæ Menepecudum Apuleæ, in Terra Fogiæ residente.
2 Indè cum in facto fuisset introducta causa per viam electionis fori in Regia Audientia Captinatæ, & Comitatus Molisij, & deinde per viam variationis fuisset aditum Tribunal Dohanæ Menepecudum, minimè fuit admissa non obstante, quod plures litteræ hortatoriales fuissent relaxatæ per dictum Tribunal Dohanæ ad Auditorium præfatæ Regiæ Audientiæ, quæ nullatenus acta transmittere voluit, sed in causa ad vlteriora processit.
3 Datur ratio, nam prælibatum Tribunal Dohanæ est deputatum ad certas causas, & ad speciales personas sidatas, qui vulgò *Dohanati* vocantur in Regno, vt de ipsius initio, & institutione loquuntur, *Frec. de subfeud. lib. 2. author. 46. num. 15. & 16. Reg. de Ponte in tract. de potest. proreg. tit. de regalibus impositionibus §. 8. à num. 46. cum seq.* & nouiss. de Tali tribunali, & ipsis dohanatis, *Danza in tract. de pugna DD. tit. de elect. & foro competenti cap. 5.*
4 Indè quamuis Regius assistat Auditor, non potest cognoscere per viam electionis fori competentis miserabilibus personis, sed alia via inter proprios subditos, vel in spectantibus ad normam prædicti Tribunalis, nisi in specie haberet facultatem ab Excellentissimo Prorege circa alias causas.
5 Sed cum in materia dohanæ reperiamur, obseruabis dohanam esse verbum Normandum, & aliquid speciale ius non significare, sed combinationem, & vnitatem multarum gabellarum, & iurium, quæ sub vno verbo comprehenduntur continere *Auar. in cap. 1. §. similiter, de prohib. feud. alienat. per Federic. & in c. 1. de controuers. feud. apud pares termin.* quem refert, & sequitur *Tasson. super pragmat. de antefat. obseruat. 3.*
6 *vers. tertiò*, vbi *sub num. 322.* dicit quod Tribunal Dohanæ regitur in Ciuitate Neapolis à Dohanerio, & ab
7 eius decretis appellatur ad Regiam Cameram Summariæ, & Dohanerius iste cognoscit etiam fraudantes
8 circa materiam salis, sed ciuiliter tantum, subiungens in materia Dohanæ quamplurima esse notata *per Reg. Moles in suis decis. manuscriptis, sub tit. de iur. dohana.*

S V M M A R I V M.

1 *Barones petentes remissiones causarum vassallorum petentium fori electionem, debent ostendere priuilegium.*
2 *Priuilegium non præsumitur, nec alleganti creditur.*
3 *Priuilegij tenor est ostendendus.*
4 *Mens, & non verba attenduntur.*
5 *Præsentatio priuilegij non sufficit, vt causa Baroni remittatur.*
6 *Terminus datur super remissione causæ Baroni, & parti, & num. 8.*
7 *Factum præsumitur, nisi probetur.*

A R G V M E N T V M.

Præsentatio sola priuilegii contra miserabiles, & priuilegiatas personas, an sufficiat vt Baroni causa remittatur, non obstante electione Fori facta.

Q V Æ S T I O XV.

1 REgula stat esse exhibendum, & præsentandum priuilegium pro parte Baronum petentium remissiones causarum suorum vassallorum non obstante electione fori facta à priuilegiatis, & miserabilibus personis, cum de illo constare debeat, quia non præsumitur, nec alleganti creditur *cap. porrò, vbi Abb. num. 1. de priuileg. cap. cum persona, eodem tit. in 6. Mascard. de probat. conclus. 1200. num. 36. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. n. 15. Cardin. Tuscus conclus. 762. litt. P. Cabed. decis. Lusit. 93. num. 3. part. 2.*
3 Inde priuilegii tenorem attendendum esse, nec de illo iudicandum, nisi ipsius tenore inspecto patet, *ex d. cap. porrò, c. recepimus de priuileg. cap. fin. l. de translat. prælat. cap. considerauimus, de elect. Surd. consil. 1. à num. 32. Tiraquell. in leg. si vnquam in verbo libertis, num. 8. C. de reuoc. donat. Burg. de Paz quæst. 2. num. 17.* idque nedum
4 quoad verba, sed fortius quoad mentem, vt si de illa quidem appareat à verbis recedatur; ad finem sectandi, id quod senserit concedens *c. quanto, vbi Gl. in verb. sola, de priuil. Sanch. de matr. lib. 8. disput. 1. num. 11.*
5 At sola priuilegii præsentatio, minimè sufficis, vt Baroni causa remittatur, sed praxis inoleuit (quæ stat in
6 viridi obseruantia) dari terminum super remissione audito fisco in criminalib. & parte in ciuilibus, *Capiblanc. in pragm. 8. p. 2. de Baron. num. 75. tom. 1.* annuens tantò magis, quod ex inspectione priuilegii constare posset solum concessio, & probandum erit Baronem illum esse in possessione, & reum esse subditum, pro quo remissio petitur, hæcq; debent constare apud superiora Tribunalia, in quibus remissiones petuntur, cum ista
7 sint facti, quæ non præsumuntur, nisi probentur *l. in bello, §. facta, ff. de captiuis, & postlimin. reuers. l. si emancipatio, vbi I. s. C. de collat. l. assecurario, C. de non num. pecun. c. licet, de consil. in 6.* cum latius adductis à *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. Card. Tuscus conclus. 10. in F.*

8 Vbi

8 Vbi tamen ex reuolutione processus, vel informationis constaret reum esse vassallum Baronis, tunc quoties non requiritur alia probatio, terminus minime impartitur, *Praes. de Franc. decis. 221. Rouit. in pragmat. 15. de militibus, num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium totum est ostendendum quando Baro petit remissionem causae contra personas priuilegiatas, & num. 2. & 3.*
4 *Priuilegium, quando praesentatur coram Iudice est totum legendum coram parte.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium integrum num sit exhibendum per Baronem, quando praetendit habere derogationem contra miserabiles, & priuilegiatas personas.

QVAESTIO XVI.

1 Regula quamuis videatur firmanda esse exhibendum totum, & integrum priuilegium, quando Barones praetendentes habere derogationem contra miserabiles, & priuilegiatas personas, eorundem remissionem petunt, itaut iudicari, minimè debeat, nisi toto priuilegio inspecto ad *textum in l. in ciuile, ff. de legibus*, cum plerumque principium per finem corrigatur, *l. si tibi, ff. si cert. petatur.*
2 Tamen vtique dicendum est non esse necessariam exhibitionem integri ad decisionem capitis, de quo disceptatur, *Magonius decis. Rota Lucens. 25. Praes. de Franch. decis. 207. in fin.* modernè *Danza in tract. de pugna DD. tit. de priuileg. & eorum prioritate, tom. 2. cap. 3.* vbi testatur sic semper practicasse, & practicatum vidisse, vt exhibita copia inter cetera in priuilegio contenta fuisse
3 adhibitam fidem subiungens id habere locum parte non opponente, quia si pars peteret esse integrum priuilegium exhibendum totus tenor foret exhibendus, & ita seruatur.
4 Videndus tamen *Couarru. pract. qu. cap. 20. num. 7.* vbi quod quando agitur de priuilegio exhibendo Iudici, tunc oportet totum praesente parte coram Iudice legi, & Iudice petenti exhiberi, at quando agitur de eo parti exhibendo, tunc illud tantum capitulum esse edendum, quod ad eum spectat, & subiectam tangit materiam, *iuxta textum in cap. contingit de fide instrumentorum*, & longam distinctionem *Gloss. in l. 1. §. editiones in verbo, die, & consule, ff. de edendo* refert, & sequitur *Barbos. in axiomat. vtriusque iuris axiomat. 190. sub num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia, in quibus Baronibus datur iurisdictio cognoscendi causas miserabilium personarum, quando exemplatur, an pars citetur, & num. 2.*
3 *Citatio partis est necessaria vbi exemplum ab originali desumitur, amplia num. 4.*
5 *Copia extracta absque partis citatione nullam facit fidem, intellige, vt num. 6.*

ARGVMENTVM.

Priuilegia Baronum contra miserabiles, vbi sunt exemplanda, vt praesententur, num partis citatio sit necessaria,

QVAESTIO XVII.

1 Regula sit, quod vbi exemplanda sunt à persona publica priuilegia, in quibus Baronibus stat concessa iurisdictio cognoscendi etiam de causis miserabilium, & priuilegiatarum personarum, ita vt derogatoria sint, *l. vnic. Cod. quando Imperat. inter pupil. & vid.* tali casu non est necessaria citatio partis, ita quidem nouiter probat in praxi seruari, *Danza de pugna DD. tit. de priuilegijs, & eorum prioritate, c. 3. tom. 2.* vbi quod
2 semper copiae priuilegiorum sunt extractae, & in dies extrahuntur parte in citata, & nullo praecedente Iudicis praecepto.
3 Quamuis in theorica contrarium reperiam sancitum esse, scilicet necessariam esse partis citationem, vbi exemplum sumitur à suo originali, ita *Gloss. in authent. ad hac, C. de fide instrum. Bart. in l. chirographis, ff. de administr. tutor. Bald. in l. 2. Cod. de fid. instrum. Franc. Marc. decis. 457. tom. 1. Rot. decis. 1. de fide instrum.* latè *Gratian. forens. discept. lib. 5. cap. 859.* vbi ampliat, quamuis exem-
4 platio de ordine Iudicis fiat, licet in hoc obstet *Praes. de Franch. decis. 207. num. 2.* vbi videtur annuere non requiri citationem partis in exemplatione priuilegij, dummodò fiat ordine Mag. Cur. Vic. quo casu fidem adhiberi per totum Orbem ex praeminentia eiusdem Tribunalis autumat.
5 Et copiam extractam absque partis citatione nullam fidem facere probat nouissimè *Reg. Tapia decis. suprem. Ital. Senat. 3. num. 78.*
6 Quod verum habeo parte opponente, alias secus, vt post ceteros enunciat *Veral. decis. 3. num. 10. par. 2.* & nos demonstrauimus *in praxi noui iuris Pontificij, conclus. vnica de Archiuo, Borrell. in summa decis. eodem tit. num. 30. tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio habentis interesse requiritur, vbi presentatur priuilegium, vt Baro cognoscat causas miserabilium, & priuilegiatarum personarum.*
2 *Priuilegium producitur in iudicio parte citata, aliàs non probat.*

ARGVMENTVM.

Priuilegia derogatoria, l. vnic. C. quando Imperat. &c. vbi sunt praesentanda pro remissione causarum, num sint citandae partes interessatae.

QVAESTIO XVIII.

1 Regula sit, quod vbi producuntur priuilegia ad fauorem Baronum derogationem, *l. vnic. C. quando Imper.* habentia contra priuilegiatas, & miserabiles personas ad finem obtinendi remissiones causarum introductarum in superioribus Tribunalibus per viam electionis fori, tunc omninò requiritur citatio habentium interesse.

2 Si-

2 Siquidem ſtat de iure probatum in iudicio parte citata producendum fore priuilegium, vel inſtrumentum, cum termino ad opponendum, & ad dicendum contra illud, alias fidem non faceret, nec probaret *Alex.conſil. 185.volum.6.Calcan.conſ.16.num.5.Marſil.ſingul.81. & 170. Natta conſ.140.volum.1.Cacher.dec.1. num.47. Viu. deciſ.118.num.9.Veral.dec.99.par.2.Caualc. deciſ.2. num. 79.Rota in recent.deciſ.192.tom.1.par.2.*

Indè iuridicè ita dicebam requiſitus de voto in facti contingentia ab Illuſtriſſimo Domino Marchione Orioli olim Præſide in Prouincijs Barenſibus, & Lucerinis, qui fuit litteris à quodam ſuo Amico Titularo ſignificatum, vt meam in hoc articulo expeteret ſententiam, quam ſicuti voce tunc dixi, hodie ſcriptis, nunc & repeto vti ſanè iuri conſonam.

Et ita deindè reperi fuiſſe practicatum nonnullis vicibus in caſibus occurſis priſcis temporibus, vt vidi in quibusdam ſcedis manuſcriptis antiquorum Aduocatorum noſtri Sacri Regij Conſilij penès manus aliorum hodie exiſtentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex Senatorum, & Curialium tàm Vrbis Romæ, quàm aliorum locorum quis ſit, num.2.& 6.*

3 *Priuilegium Curialium reſpectu fori fuit renouatum per Archadium, & Honorium Imperatores, & poſtea per Eugenium Quartum Papam, num.4.*

5 *Ex proemio colligitur cauſa finalis.*

7 *Priuilegium*, l.vnicæ, C.quando Imper.inter pupill.& vid.*an potius ſit attendendum, quam Eugeniana ad fauorem Curialium, & an illi ſit derogatum, numero 10. & 17.*

8 *Clauſulæ generales ſufficiunt ad tollendum priuilegium conceſſum miſerabilibus.*

9 *Clauſula quorum tenores operatur expreſſam mentionem derogandi cuicumque priuilegio etiam habenti clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia.*

11 *Limitatio priuilegij facilius permittitur quam derogatio, amplia, vt num.12.*

13 *Priuilegium* d.l.vnicæ, *an fuerit ſublatum per facultates Auditoris Cameræ.*

14 *Miſerabiles perſonæ eligunt Iudicem dummodò talis electus habeat iuriſdictionem in reum conuentum.*

15 *Noua diſpoſitio, cum clauſula non tollit priuilegium clauſum in corpore iuris intellige, vt num.16.*

18 *Metus, & dolus ceſſant in Curia Principis.*

19 *Libertas ſumma eſt viuere ſub iuſto Principe.*

20 *Diſpoſitio* cap. oblatæ de appellat. *de non præueniendo partem appellantem in impetratione reſcripti, non habet locum in Curia.*

21 *Lites ſunt abbreuiandæ.*

A R G V M E N T V M.

Priuilegium l.vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. An cenſeatur derogatum, & ſublatum per Bullam Eugen.IV.ad fauorem Curialium Vrbis Romæ.

D E C I S I O XIX.

Regulam fundat affirmatiuam *Gratian.* (quamuis contra eius opinionem ſententiatum ſit) *diſcept. forenſ.tom.3.cap.421.* vbi loquitur, vt infra.

Curiales Vrbis Romæ tam in criminalibus, quàm in ciuilibus debent conueniri coram Magiſtratu Decurionum, qui eſt ſpecialis eorum Iudex quamuis Senatores,
1 qui etiam ipſi ſunt Curiales habeant alium ſpecialem Iudicem ſcilicet Præfectum Prætorij, & Præfectum Vrbis, & Magiſtrum Officiorum, quicquid aliud ſit in cæteris curialibus, qui poſſunt conueniri coram quolibet Iudice Prouinciæ, cum in hoc magis ſint priuilegiati Curiales Vrbis Romæ ita omnia prædicta declarat *Io: de Platea in l.1.C.de Curialibus Vrb.Rom.lib.11.* vbi cum
2 ſupradicta diſtinctione concordat *l.omnes Iudices, C.de Decurion. & fil.eorum, lib.10.& gloſ.in d.l.1.in verbo, Iudicem in fine, C.de Curialibus, lib.11.*

3 Hoc autem priuilegium Curialium reſpectu fori, cum alijs eiſdem competentibus fuit reuocatum per Archadium, & Honorium, quia vel erat perditum, vel antiquatum, vel de conſuetudine inumbratum, vel quia ſucceſſerunt noui Imperatores, vel Pontifices per quos ſolent renouari priuilegia, *cap.cum olim, il primo, de priuilegijs, gloſſ. in l.fin.in verbo, Ciuitatibus, Cod. de diuerſ. prædict.Vrban.& Ruſtic.lib.11.& in l.euidenter, Cod.de excuſat. muner. lib.10. & in l.ne caſu de diſcuſſoribus eodem libr.*

4 Superuenit poſtea Conſtitutio *Eugenij IV.* per quam in ſpecie confirmatur huiuſmodi priuilegium officialib. conceſſum ad hoc, vt tutius, & quietius ſe promptiores exhibere valeant obſequijs Sedis Apoſtolicæ ad quam veluti omnium fidelium matrem pro animarum ſalute quærenda, & iuſtitia conſequenda de diuerſis mundi partibus multitudo confluit, vt in *proemio eiuſdem conſti-*
5 *tutionis*, ex qua colligitur cauſa finalis, *Bart.in l.vltim de hæredit.inſtitut. Aym.conſ.192.num.21.*

6 Et ne ambigeretur circa Iudices iſtorum officialium cum multi adſint in Vrbe ſtatuit Summus Pontifex, vt debeant conueniri coram Auditore Cameræ, qui ſolus priuatiuè quoad alios erit eorum Iudex competens, vt in facultatibus eiuſdem Auditoris Cameræ latius continetur.

7 Quibus ſtantibus dicebam non eſſe reuocandam inhibitionem de qua agimus fuit enim rectè conceſſa non obſtante priuilegio, quod ex diuerſo prætenditur, *ex l. vnica, Cod.quando Imperat.inter pupil.& vid.* Cum vltra ius commune per quod officiales in hoc ſunt priuilegiati, vt ſupra dictum eſt adſit etiam *Eugeniana*, per quam eſt ſublatum omne aliud priuilegium, quamuis de eo eſſet facienda expreſſa mentio, maximè cum Summus Pontifex motus ſit propter fauorem Sedis Apoſtolicæ, ex quo magis, & clarius eius voluntas colligitur,
8 ita vt tunc ſufficiant etiam clauſulæ generales ad tollendum quoq; priuilegium perſonis miſerabilibus conceſſum, *Ripa in cap.1.num.54.de reſcript. Gabr. de regul.iur. concluſ.9.num.6.& 7.*

9 Præſertim ſtante clauſula quorum tenores, & alijs, de quibus in eadem *Conſtitutione Eugeniana*, quæ operatur indiuiduam, & expreſſam mentionem derogando quibuſcumque priuilegijs in contrarium facientibus etiam habentibus clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia, *Abb.in cap.cum inſtantia 17.num.5.ff.de cenſibus, Rota diuerſ.deciſ.137.lib.1.Put.deciſ.109.num.3.lib.1.Aym. conſ.126.num.6.& conſil.241.num.20.Gambar.de legatis, lib.8.tit.de poteſtate legatorum in legibus, & ſtatuis condendis, num.38.*

10 Quod magis procedit, quia ſumus in priuilegio *d.l. vnic.* cuius notitiam Princeps præſumitur habuiſſe, cum ſit priuilegium vulgare, & notorium, adeò vt ex tot clauſulis ampliſſimis, de quibus in dicta *Eugeniana* per hoc ſecundum priuilegium cenſeatur facta derogatio, quamuis de primo nulla fuerit facta mentio, *Ripa in cap.1.num.57.de reſcript.* cum alijs per *Menoch.præſumpt. 40.num.16. verſic.declaratur quarto, lib.6.*

Accedat, quod in hoc caſu non tollitur priuilegium pupillo in totum, ſed limitatur, & minuitur tantum in
11 cauſis officialium Vrbis Romæ, quod facilius permittitur, cum limitatio minus præiudicet quam derogatio, *Franc.in c.ſi duob.7.§.denique, n.5.verſ. & aduerte de appellat.Butr.in capit. quod clericus, columm.*8. & ibi *Imol. columm.1. in fine de for.compet.*

12 Adeò vt quando per ſecundum priuilegium derogatur primo in aliqua parte non in totum cenſeatur facta derogatio, quamuis in ſecundo nulla fiat mentio

tio de primo Menoch. dict. præsumpt. 40. num. 21. lib. 6.
13 Prout dicimus de facultatibus concessis per Summum Pontificem Auditori Cameræ per quas est derogatum priuilegio dict. l. vnic. respectu obligationum Cameralium, & executionum cum non sit totalis derogatio.
14 Vlterius neque obstabit priuilegium d. l. vnica, cum Iudex aditus sit incompetens officialium Vrbis Romæ, quasi tunc permittatur miserabilibus personis electio iudicium dummodò tales electi habeant iurisdictionem in ipsum conuentum, vel ratione causæ, quæ tractatur Afflict. super constitut. Regni rubr. 37. incip. statuimus, colum. 5. in fine, versic. an autem Ecclesia, num. 17. lib. 1. post Isern. ibidem versic. item si fuit pupillus, & vidua, idem Afflict. decis. 257. num. 2. & 3. & ibi Vrsil. num. 3. in fine, Menoch. de arbitr. cas. 66. colum. vltima ad med. num. 50. in addit. Carauit. Ritu Magnę Curiæ 233. colum. 3. in principio, versic. & aduerte in ista materia, num. 7. Nevizanus in silua nuptial. lib. 6. num. 44. post princ. versic. & limitat procedere Io. Ant. Nig. super cap. Regni in tit. de offic. iustit. num. 10.

Non obstat, quod noua legis dispositio etiam facta cum clausula (non obstantibus) non tollat priuilegium clausum in corpore iuris, Franch. decis. 181. num. 8. &
15 decis. 192. num. 6. cum alijs ex aduerso allegatis, quia supra ostensum est nos esse in priuilegio inserto in cor-
16 pore iuris, & confirmato per Summos Pontifices, cum clausulis, quæ important expressam derogationem; imò cum simus in derogatione facta in propria materia sufficiunt dictæ clausulæ etiam ad tollendum priuilegium clausum in corpore iuris, & ita declarat idem met Surd. ex aduerso allegatus consil. 325. num. 8. lib. 3. post Lancellot. Gallia in l. centurio, num. 168. de vulg. & pupill.
17 Neque obstant disparitates priuilegiorum ex aduerso adductæ, quia illæ non attenduntur stante derogatione ex superius allegatis, & fauore Sedis Apostolicæ considerato in Eugeniana, cum clausulis amplissimis in ea allegatis, præsertim, cum simus in eo, qui est nixus pluribus priuilegijs, & illis conuenientibus iuri communi respectu proprij fori, & domicilij; quo casu excludetur priuilegium pupilli, Couar. pract. quæst. cap. 7. colum. 5. post medium, versic. sexto idem probatur num. 4. post Bald. in l. si quis in graui §. vltimo, & in l. qui posthumos, ff. ad Syllan. Aret. cons. 83. col. 4. Dec. in cap. in præsentia. num. 51. de probat.
18 Consideratio fauorum, & aliorum, quæ ex aduerso adducuntur non militat in Curia Principis, in qua cessat omnis suspicio doli, & machinationis, itaut nec aliquis metus allegari possit ad comparendum coram eo Aym. consil. 253. num. 8. & 9. maximè hisce temporibus, in quibus adest Princeps iustissimus sub quo viuere
19 summa libertas est, iuxta illud Senec. de quo per Angel. in l. 1. ad finem, ff. de seruit. Vrban. prædior. Aym. cons. 241. num. 14.

Minus obstat cap. oblata de appellat. de non præueniendo partem appellantem in impetratione rescripti,
20 quia dispositio illius text. non habet locum in Curia, vti statim pars appellata potest impetrare commissionem super appellatione Io. Monach. in rubr. de rescript. & ibi Prob. in verbo, valet impetratio Rot. decis. 16. de appell.
21 in nouis, vt citius imponatur finis litium cap. finem de dolo, & contumacia, & vt circuitus euitetur Clement. auditor de rescript.

S V M M A R I V M.

1 *Mandata iustificata possunt relaxari ad instantiam miserabilium personarum contra Baronum vassallos etiam alibi domicilium habentes, & num. 2.*
3 *Iudices ordinarij sunt Mag. Cur. Vic. & Regia Audientia.*
4 *Iudices ordinarij nequeunt citare habentes alibi domicilium.*
5 *Mala, & infortunia debent euitari.*
6 *De iure communi potest quis conueniri extra proprium domicilium.*
7 *Archiepiscopus debet cognoscere, vel delegare causas appellationum sed non extra.*
8 *Clericus nequit cogi vt compareat coram suo Episcopo in aliena diœcesi existente.*

A R G V M E N T V M.

Mandata iustificata in Regno ad instantiam miserabilium personarum à M. C. V. vel Reg. Aud. contra habentes alibi domicilium, an relaxari possint.

Q V AE S T I O XX.

Regula sit affirmatiua ex priuilegio, l. vnic. C. quando Imperat. &c. necnon Constitut. Regni, Statuimus, descendere ad instantiam personarum miserabilium, electionis fori priuilegio gaudentium, tàm in Magna Curia Vicariæ, quàm in Regijs Prouincialibus Audientijs proprijs posse legitimo iure relaxari man-
1 data iustificata tàm contra Baronum vassallos, quàm cęteros alibi domicilium habentes.

Stat enim cautum in pragmat. 8. sub rubr. de citation. & in pragm. 2. rubr. vbi delict. quis conueniri debeat, supradi-
2 ctos citari posse à Regijs Tribunalibus, & contra illos expediri mandata iustificata ad instantiam præfatorum miserabilium, vel aliorum priuilegiatorum, licet secus respectu non habentium priuilegia, quod probauimus dec. Regia Audientia Apulea 216. vbi reperies, vt quam-
3 uis Magna Curia Vicariæ in toto Regno, & Regiæ Audientiæ in earum Prouincijs sint Iudices ordinarij ex Frecc. in tract. de subfeud. de offic. Magistr. iustitiar. Cara-
4 uit. in Rit. Mag. Cur. 62. Tamen non possunt citare habentes alibi domicilia, nec Baronum vassallos, & contra ipsos iustificata mandata expedire ad instantiam quorumlibet, nisi sint priuilegiatæ personæ, vt nouissimè stat cautum in pragmat. 79. sub rubric. de offic. Sacr. Reg. Consil. in vltima editione, vbi hæc in sunt verba.

Sestodecimo ordiniamo espressamente, che s'osserui la Pragmatica dell'Illustre Conte di Beneuente à 13. Maggio 1605. con la quale stà publicato, che non si riceuano suppliche, ò comparse contro di persone, che habitano fuor di questa Città, suoi Borghi, ò Casali, in altre parti di questo Regno, se dentro la medesima supplica, ò comparsa non sarà espressa la spetie del priuilegio per lo quale possa l'attore tirare lo reo estra del proprio domicilio sotto pena di più al Mastri d'atti di tre anni di sospensione dall'vfficio, e beneficio; oltre l'altre pene apposte nella detta pragmatica, & il medesimo s'osseruerà nella Vicaria ciuile con la medesima pena al Mastro d'atti, e con la nullità dell'atti tutti.

5 Quæ sanè sanctio rationabilis est, vt euitentur mala, & infortunia, quæ incurrunt ij, qui litigant extra propriam patriam, prout narratur miserabiliter in §. hæc considerantes, auth. vt omnes obedian. iudic. Prouinc. ita etiam probat Rouit. super pragmat. 2. rubr. vbi de delict. quis conuenir. debet, vbi num. 2. ampliat si de iure com-
6 muni potuisset quis conueniri extra proprium domicilium, Foller. in Constitut. Regni Capitaneorum, num. 110. & seq. vbi num. 114. intelligit etiam respectu Regiæ Curiæ supradictam pragmaticam, procedere, vt scilicet non possit quis auocari in Mag. Cur. seù Prouinciali Audientia extra domicilium, seù districtum incolatus.

Indè meritò de iure canonico habemus dispositionem Archiepiscopum debere cognoscere, vel delegare
7 causam appellationum ad ipsum delatas, iure Metropolitanico, vel in illius diœcesi, à quo est appellatum,
nec

nec posse alibi, nisi de consuetudine hoc illi competat, *cap. ut litigantes de offic. ordin. in 6. Viuian. in rational. iuris Pontific. lib. 1. pag. 457. Palat. in repetit. cap. per vestras, not. 2. §. 1. num. 29. de donat. inter vir. & vxor.*

3 Quare meritò in vna Caluen. consultus respondi non potuisse cogi quemdam Reuerendum Presbyterum eiusdem diœcesſ. comparere coram Illustrissimo Episcopo sui loci ordinario degente hic Neapoli, & habente potestatem exercendi iurisdictionem ibidem præuia licentia Eminentissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi, nec ex citatione eidem facta potuisse incusari contumaciam, & exigi pœnam contrauentionis prætensæ à dicto Episcopo, sed causam esse actitandam, & iudicium peragendum in loco propriæ diœcesis à qua nullatenus ipso dissentiente poterat extrahi, & sic fuit exequutum, ita vt præfatus presbyter non fuerit amplius molestatus, & iniunctus ordo, quod admodum Reuerendus Vicarius Generalis in causa procederet in dicta Diœcesi Caluen.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori non datur in Ciuitate Neapolis, nec in Casalibus, num. 4.*
2 *Suspicio doli cessat in Curia Principis.*
3 *Decretum Collateralis Consilij circa fori electionem.*
5 *Casalia sunt membra Ciuitatis.*
6 *Perhorrescentia cessat ex assistentia Principis.*
7 *Electio fori non datur absque perhorrescentia.*
8 *Neapolitanus dicitur, qui est de Casali Neapolis.*
9 *Priuilegium concessum pro libito voluntatis Principis reuocari potest.*
10 *Persona mutata, quæ mutantur.*
11 *Priuilegium extinguitur separata iurisdictione.*
12 *Concessione facta non veniunt, quæ speciali iure Principi competunt.*
13 *Castro vendito, quænam veniant.*
14 *Iurisdictio territorio cohæret.*
15 *Priuilegium non debet lædere personam concedentis.*
16 *Princeps est fons omnium iurisdictionum.*
17 *Iurisdictio etiam minima à Principe habetur.*
18 *Iurisdictio concessa officiali dicitur cumulatiuè.*
19 *Iurisdictio cumulatiuè concessa ad Principis nutum reuocari potest.*
20 *Concessio in perpetuum, & concessio in dominium æquiparantur.*
21 *Magistratus creantur ab habente dominium.*
22 *Iurisdictio, quando censeatur concessa abdicatiuè.*
23 *Castrum concessum, an censeatur abdicatiuè.*
24 *Prouisiones, vt Mag. Cur. prò hac vice tantum procedat, quando expediantur.*
25 *Verba concessionis sunt attendenda.*
26 *Regula certa in feudis dari nequit.*
27 *Tenor priuilegiorum est obseruandus.*
28 *Regalia non veniunt in generali concessione.*
29 *Merum, & mistum Imperium, quando censeatur concessum.*
30 *Quæ specialem notam merentur, in generali concessione, quando veniant.*
31 *Dictio nihil quid importat, & num. 33.*
32 *Separatio, an priuet quem priuilegio.*
34 *Casalinenses habent priuilegium, quod extractare à conuicinio honestarum personarum non teneantur.*
35 *Casalinenses non torquentur ex processu informatiuo.*
36 *Baro si segreget rem vnitam castro cum Regio assensu, an remaneat vnicum feudum.*
37 *Res alienata remanet sub eadem natura feudi quaternati.*
38 *Casale separatum à Ciuitate retinet idem priuilegium, & num. 40.*
39 *Natura feudi si alteratur in vno remanet in alijs.*
41 *Princeps non potest derogare priuilegio alteri concesso per aliud tacitè.*
42 *Ciuitas si eximitur quoad iurisdictionem intra certos limites, territorium remanet vnum.*
43 *Casale Ciuitatis Neapolis, quando separatur quoad iurisdictionem, iurisdictio in personas ipsius concessa intelligitur.*
44 *Delicta commissa in villa, puniuntur ac si essent commissa in Ciuitate.*
45 *Casale, quid dicitur habere.*
46 *Iurisdictionem, qui habet, habet territorium.*
47 *Iurisdictio venit concesso Castro.*
48 *Territorium venit appellatione pertinentiarum, & vide num. 49.*
50 Rit. Mag. Cur. Vic. 301. *quid mandat.*
51 *Priuilegium concessum Ciuitati, an extendatur ad Casalia.*
52 *Delicta vassallorum ad concessionarium spectant.*
53 *Iurisdictio à quocumque abdicatur per clausulam abdicatiuam, & num. 54.*
55 *Testis falsarius efficitur illius fori, in quo falsum commisit, limita num. 56.*
57 *Magna Curia, an cognoscat de delictis commissis in territorio Neapolitano, & num. 63.*
58 *Dictio* enim *quid significat.*
59 *Concessum generaliter, generaliter debet intelligi.*
60 *Cognitio delicti commissi in territorio Neapolitano, cui competat.*
61 *Concessum maius, dicitur concessum minus.*
62 *Qualitas alteratur, vel minuitur.*
64 *Princeps præest in toto Regno.*
65 *Admiratus habet merum, & mistum Imperium.*
66 *Doctori attestanti, quando non creditur.*
67 *Sacrilegi sunt irruentes in Ecclesiam.*
68 *Decretis M.C. & Sacr. Consil. in dubio est standum.*
69 *Principis facultas in concessione facta, non restringitur.*
70 *Iudex quantò minus, potest denegare remissionem debet.*
71 *Remissio non de facili est deneganda.*
72 *Baro est Iudex ordinarius suorum vassallorum.*
73 *Iudicatum dicitur, quod est discussum.*
74 *Initium semper attenditur.*
75 *Initium delicti est attendendum, non vbi consummatum.*

A R G V M E N T V M.

Variatio Fori qualiter in hac Ciuitate Neapolis non detur de vno Tribunali ad aliud, videlicet de Magna Curia Vicariæ ad Sacrum Consilium, ob assistentiam Excellentissimi Proregis.

Q V Æ S T I O XXI.

1 Regulam sunt, qui fundant hac in Ciuitate Neapolis ob assistentiam Excellentissimi Proregis, non dari electionem, & variationem fori de vno Tribunali ad aliud, & non sic procedere textum *in l. vnic. C. quando Imperat. inter pupil. & vid. & Constitut. Regni, Statuimus*, ita *de Bottis in annotat. ad cit. Constitut. Regni, statuimus in verbo, miserabilium personarum, Reg. Tapia* post alios *decis. Sacr. Consil. 43. Merlin. controuers. fo-*
2 *rens. capit. 100. numero* 3. cum in Curia Principis cesset omnis suspicio doli, & machinationis, ita vt nec aliquis metus allegari possit, *Gratian. forens. discept. tom. 3. capit. 421. num. 18. Restaur. Lact. in tractat. de Imperat. qu. 110. vers. 185.*

Et licet ego Ipse, *in part. 1. tractatus, quæst. 3. à numero 10. cum seq. sect. 1. in vltima editione*, satis mordicus, & fortites contrariam putauerim veriorem sententiam, quam optimis fundamentis roborare non prætermisi.

Tamen pro regula reperio quidem nouiter iudicatum per Supremum Collaterale Consilium, cuius decretum hisce sub verbis continetur videlicet.

3 *In causa Francisci Monsolino, cum Lucretia Dattola, die 3. Iuly 1634. Neapoli.*

Facta relatione S.E. in Regio Collaterali Consilio per Illustr. Regent. Carolum Tapiam Marchionem Belmontis Regium Collateralem Consiliarium, & Commissarium de contentis in relatione in scriptis facta per spectabilem Præsidentem.

Illustrissimus, & Excellentissimus D. Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet decernit, & mandat, quod Mag. Cur. Vic. procedat in causa prædicta, non obstante variatione facta ad S.C. & commissione causæ vigore dictæ variationis cessante perhorrescentia in hac Fidelissima Ciuitate ob præsentiam Principis hoc suum &c.

Tapia Regens. Enriquez. Regens. Rouitus Regens.

4 Ampliat regulam hanc nouissimè *Merlin. cit. controuers. forens. cap.* 100. nec dari electionem fori in Casalibus eiusdem Ciuitatis Neapolis, quæ habent secum illa per modum vnius, & ante eum *Palmer. in allegat. insertis per Thor. in Compend. decisio. Regni, in verbo, remissio, fol. 582. par. 2.*

5 Vbi annuit, quod cum Casalia sint de pertinentijs, &
membra Ciuitatis, vt etiam fundant *Rouit. dec.* 11. *num.*
11. *Episcopus Riec. dec.* 84. *part.* 3. vbi fusè (ex nostris ta-
6 men scriptis) in illis cessat perhorrescentia ex assisten-
tia Principis in Ciuitate, sine qua perhorrescentia non
7 datur electio, nec variatio fori, ex *Præsid. de Franc. dec.*
257. *num.* 5.

At contrarium iudicatum iunctis duabus aulis per S.C. recenset *Reg. Tapia dec. S.C.* 43. *num.* 7. hoc eodem in articulo.

Cæterùm in materia allegationes infrascriptæ poterint videri, quas hic imprimerem amaram habere manum mihimetipsi non persuasi, earum tenor autem sic sequitur.

Monarcha noster Inuictissimus concessit Casale, seù Villam Paniscoculi cum iurisdictione primarum, & secundarum causarum etiam cum causis pendentibus non diffinitiuè per M.C. decisis.

Comparauit Baro, & bis obtinuit ad relationem Consiliarij D. Ferdinandi Mugnos remissionem tàm Ferdinandi de Auterio, quàm Laurentij Cici inquisitorum de homicidio, & diuersis delictis ante concessionem patratis.

Habita deinde notitia, quod in M.C. reperiebatur carceratus Iosephi Magliola inquisitus de diuersis delictis commissis in Casali Iuliani, vbi habitabar, & quod forum dicti Casalis vti Neapolitanus originarius Paniscoculi, cum priuilegio, declinauerat, ipsam M.C. eligendo.

Comparauit idem Baro, & vigore dicti priuilegij causam remitti petijt.

Et similiter Hieronymi de Auterio inquisiti de homicidio commisso propè Piscinolam in personam alterius vassalli.

Prætendit Regius Fiscus ex traditis per *Merlinum controuers. forens. cap.* 99. & 100. non debere remitti.

8 Quoad primum, quia tempore delicti Panecoculum erat sub ditione tantum M.C. vti Casale Neapolis, & successiuè Ioseph erat Neapolitanus.

Et licet fuerit postea ab eius iurisdictione separatum, & alteri cum iurisdictione concessum, remanent Panicoculenses, vt cæteri vassalli ordinarij Regni Baronibus concessi, non autem Neapolitani.

9 Ea ratione, quia pro libito voluntatis Principi priuilegium concessum reuocare licet, ad quod allegar *Glos. in cap. decet de reg. iur. in 6.* maximè causa cessante, *num.* 17. & *seq.*

10 Secundò ex regula, quia mutata persona tàm ius dicentis, quàm vassalli causa priuilegij extinguitur, *l. Paulus, vbi Bart. de acquir. hæredit. num.* 20.

11 Nam separata iurisdictione extinguitur priuilegium in consequentiam, alias sine effectu remaneret concessio, ex in *l. nec Auus, C. de emancipat. liberor.*

12 Tum, quia in concessione non veniunt, quæ speciali
13 iure Principi competunt, *l.* 1. *ff de offic. eius*, & vendito
castro non veniunt, nisi quæ sunt de ipsius natura, cique cohærentia, ab eoque dependent, *l. si mercedem. §. si cum fundum, de act. empt.* non autem ea, quæ ex priuilegio concedens habet.

Tum ex absurdo, nam si Panicoculenses idem retinerent priuilegium ad dictæ Villæ Curiam traherent, & sic æqualis esset M.C. allegat *Staiban. consil.* 17. *numero* 22.

14 Quo vero ad Hieronymum *dict. cap.* 100. supponit idem Regius Fiscus non esse similiter locum, quia concessio est cum territorio, & districtu & sic iurisdictio territorio cohæret, & si non habet territorium, sufficit habere Casale cum districtu, & eo casu iurisdictio non est in personas, sed in Casali, & districtu.

Item, si hoc daretur, dignitas, & Proregis maiestas
15 læderetur eiusque potestas restringeretur, & priuilegium concedentis personam lædere non debet.

Insuper, quia idem Baro si in territorio Neapolitano cognitionem haberet, etiam delictorum intus Ciuitatem cognitionem prætendere posset. Præterea, quia esset prætendere iurisdictionem extra territorium sine speciali concessione.

Et dum vrgebant aliquæ rationes, allegationibus pro Barone adductis, & præsertim conclusio traditur per *Reg. Tapiam*, aliam tradidit interpretationem, *num.* 22.

Et tandem exempla remissionis tradita in *forens. q.* 2. *num.* 12. *par.* 2. & *per Tassonum de antefato obseru.* 4. *vers.* 3. *num.* 66. ad causam non facere.

Et sic iurisdictionem concedit intra Casalis muros, & de delictis extra territorium Neapolis, *num.* 24.

Quod his non refragantibus omni iure vterque ad Baronis Curiam sit remittendus, his breuibus luce clarius ostenditur.

16 Et supponendo conclusiuè primo omnium iurisdi-
ctionum Principem esse fontem, à quo tamquam riuuli
à magno flumine, siue mari fluunt, & refluunt, *cap. ad
hoc de pac. iuram. firm.* vbi *Iacob. de Beluis. Bald. Aluar.* &
Afflict. & vlla iurisdictio quantumuis minima, nisi ab
17 mediatè, vel immediatè haberi potest, *Afflict. in
capit.* 1. *notab.* 1. quis dicatur Dux. idem *Merlin. capit.*
31.

18 Quæ tripliciter concedi solet, in officium nempè, si-
uè administrationem officialem creando, & ista semper
cumulatiuè concessa censetur, *l.* 1. *vbi Bart. Cod. de offic.
præfect. vrb. Bald. in l.* 1. *versic. extra quæritur*, *ff. de offic.
consul.* & post *Angel. Ancharan. Dec.* & *alios D. Regent
de Curte diuers. iur. feud. cap.* 10. *num.* 8. & ista est quæ ad
19 Principis nutum reuocari permittitur, idem *de Curt.
loc. præcit.* & locum habet conclusio per *Merlinum* tra-
dita, quod non est in casu nostro.

Secunda est illa, quæ antiquitus in Capitaniam, siuè
20 Gubernium, temporale vel ad certos gradus, vel in
perpetuum, vt fuit concessio Turris Octauæ, aliorum-
que Casalium, & si in perpetuum, nihil prorsus differt à
concessione in dominium. nam idem sunt, ita notabili-
ter *D. Curt. præcit. cap.* 3. *num.* 16. *part.* 2. de qua loquitur
text. in cap. 1. *de feud. Guard. Mastrill. de magistr. libro* 2.
cap 2. *num.* 59.

21 Quod probatur, nam sicuti habens in dominium magistratus creat, emolumenta percipit, successores habet, & singulares, & vniuersales, eamque pro se, & hæredibus detinet, ita & habens in Capitaniam, & Gubernium perpetuum pro se, & hæredibus.

22 Conceditur tertio in vtile dominium (vt nostris tem-
poribus, vtimur) gratuito, vel pretio, & tunc vtroque
casu abdicatiuè, & priuatiuè concessa semper intelligi-
tur, etiam si in inuestitura non diceretur, vt specificè
hac nostra continetur, *Abb. in cap. cæterum,* 3. *colum.* vbi
23 etiam *Dec. de iudic.* vbi concesso castro cum iurisdictio-
ne semper priuatiuè, & abdicatiue, & quoad ipsum
Principem concedentem, & quoad eius Officiales cen-
setur, ita quod nemo alius quam concessionarius illam
exercere poterit, idem *Abb. in c. ex tenore de foro compet.
Frec. de subfeud. art.* 9. *Ann. allegat.* 44. *de Franc. dec.* 370.
& 500. sequitur idem *Curt. præcit.* 1. *tom. n.* 9. & 2. *par. cap.*
3. *num.* 17. *fol.* 95. & nec emolumentorum perceptionem

im-

impedire, nec in vasalli concessionarii præiudiciu n gratiam facere permittitur, *Thes.dec.266.n.4.*

24 Vnde sequitur prouisiones illas, quod pro ista vice tantum procedatur in Mag. Cur. nisi maxima vrgente publica vtilitate fieri non posse, & esse contra pactum, & promissionem, & iuris dispositione non valere, nam & si Princeps sit legibus solutus, suis tamen contractibus contrauenire non permittitur, post *Dec. cons.528. num.6.& cons.600. Loffred.consil.38.in fine, Foller. super constit.non sine grandi, num.14.* idem *Curt.* tam *cap.10. par.1.* quam *cap.3.num.18.& seq.part.2 Gram.decisio.30. num.11. Thesaur.dec.131.* & post *Schrader. Cancer. & Rosental. Mastril.loco præcit.num.46.& seq.*

Ob quod secundo, dum post Regem Carolum non assecuratione vassallorum, sed inuestitura concessio probatur, ad illam vti legem est recurrendum, & in quali-
25 bet controuersia illius verba sunt attendenda, *cap.1.§. sin autem, & §.hoc etiam notandum, de his qui feudum dar.poss.* quæ feudi naturam demonstrat, post *Frecc. de form. inuestit.lib.3.* idem de *Curt.parte prima numer.64.*
26 *fol.37.* dum in feudis certa regula propter pactorum diuersitatem dari non possit, *Andr. in cap.1. de duobus fratr. Speculator in tit.de feud. Schrader.de feud.parte prima cap.5. Intrigliol.1.cent.quæst.10.* idem de *Curt. cap.11.*
27 *num.34.& seq.part.1.* priuilegiorum tenor est inspiciendus, & seruandus, *de Franch.dec.166.num.4.* eius verò hæc sunt verba.

Ex nunc separando prius supradictum Casale Paniscoculi à iurisdictione huius Ciuitatis Neapolis, etiam respectu Monterij maioris pro venatione, & Caualleritij maioris, & Palea, & à quolibet onere, & seruitute asportandi ligna ad Regium Palatium ex conuentione sic habita stante solutione integri pretij ad maiorem summam quã fuerunt alia Casalia alienata, libere, & absque pacto de retrouendendo vendidit, & alienauit, & sub verbo signanter *cum Banco iustitia, & cognitione primarum, & secundarum causarum ciuilium criminalium, & mixtarum etiam personas, & homines dicti Casalis territorio, & districtu tam habitantes, & habitaturos in eo, quàm originarios priuatiuè, & abdicando eos ex qualibet alia iurisdictione, & foro, ita quod nullo modo possint cogi in prima, & secunda instantia, & à nullo alio Tribunali, etiam à M.C.V. & alijs supremis Tribunalibus, etiam si delicta essent talia de quibus sola M. C. recognoscit, etiam contra viduas, pupillos, Ecclesiasticas, alias miserabilibus personas, derogando expressè dictus Excellentissimus Dominus Vicerex dicto nomine authoritate Dominica, vt supra dispositioni l.vnica, Cod.quando Imperator mero, mistoque Imperio, & gladij potestate, quatuor litteris arbitrarijs, potestate componendi delicta pœnasque commutandi de corporali in pecuniarias, illasq. remittendi in toto, vel in parte, satisfacto prius partis læsæ prouentib. & emolumentis dictæ iurisdictionis, & cum officio magistri actorum prædictarum iurisdictionum, iurisdictione Portulaniæ, ponderum, & mensurarum, ac illarum prouentibus, & emolumentis, & integro statu, ac causis prædictis pendentibus, & non diffinitiuè decisis in ipsa* M.C.V. Et alibi.

Nihil dictus Excellentissimus Dominus Vicerex quo supra nomine dictæ Regiæ Curiæ in dicto Casali reseruans, nisi ius exigendi tertiariam Regiæ Curiæ competentem pro venditione vini ad minutum, & onere feudalis seruitij siue adhoa pro summa ducatorum trium ex conuentione, omniaque alia bona, & iura voluit, quod intelligantur, & sint vendita dicto Doctori Saluo, &c. Et alibi.

Alienauit, & titulo venditionis, & alienationis prædicta per anulum Regium, vt moris est, iure proprio, & in perpetuum dedit, &c. dicto Doctori Saluo præsenti, & acceptanti, pro se, suisque hæredibus, & successoribus ex corpore legitimè descendentibus, natis tam, & in antea nascituris, vtriusque sexus, & pro omnibus, & quibuscumque vocatis de iure constitutionum, capitulis, & gratijs huic fidelissimæ Ciuitati & Regno concessis, in feudum tantum, & sub contingenti feudali seruitio, siue adhoa Regiæ Curiæ debendis, toties quoties, & quando feudale seruitium, siue adhoa per Regiam Curiam in hoc Baronibus feudatarijs generaliter indigetur sub seruitio, & adhoa prædictis pro summa annua ducatorum trium supradictum Casale Paniscoculi, positum in pertinentijs, & territorio huius Ciuitatis Neapolis cum eius districtu, & territorio, iuxta fines appositos, eiusque vassallos, vassallorumque redditibus, rendentibus angarijs, per angarijs, feudis, subfeudis, quaternatis, & non quaternatis, nobilibus, & rusticis, planis, & de tabula, redditibus, & censibus quibuscumque, massarijs, iardenis, hortis, oliuetis, terris, cultis, & incultis, seruitutibus, & iuribus seruitutum, territorijs, tenimentis, Communitatibus, vsibus, & iuribus platearum, nemoribus, glandaticis, herbatijs, pascuis, pratis, querquetis, castanetis, fidis, diffidis, franchitijs, immunitatibus, honoribus, priuilegijs, gratijs, aquis, aquarumque, decursibus, fluminibus paludibus, pantanis, fontibus, molendinis, balcherijs, battenderijs lacubus, riuis, piscationibus, ferris, venationibus, bonis vacantibus morticijs, defensis, forestis, montibus, planis, vallibus, campicijs, iuribus, & patronatus Ecclesiarum, & iuribus præsentandi in eis, si qui, vel si qua, aut si quæ ex prædictis sunt, & ad prædictam Regiam Curiam spectant, & pertinent, & non aliter, nec alio modo, &c.

Ex qua quidem inuestitura infrascripta desumuntur.

Paucoculum totaliter, a iurisdictione Neapolis separatum speciali priuilegio cum iurisdictione concessum Baroni tam in primis, quam in secundis causis abdicatiuè, & priuatiuè ab omnibus, & quibuscumque Officialibus, & præsertim à M.C.V. Monterio maiori, maiordomo Regalis Palatij, Cauallieritio maiori cum cognitione ponderum, & mensurarum, Portulania, & omnibus iuribus, & iurisdictionibus, nihil sibi reseruans, nisi tantum venditionem vini ad minutum.

20 Vnde sequitur quod facta concessione aliquorum iurium particularium, etiam quod sint de Regalibus, & in generali concessione non venirent, ad *tex. in c.1. quæ sint regalia*, comprehenduntur tamen non expressa, etiam verbis generalibus expressis similia, ita *Paul. de Castr. cons.63.volum.1. Rom.consil.27. Lanar.cons.34.n.5.* nam concessis omnibus iurisdictionibus per dictionem vniuersalem, vti genus concessum intelligitur, & merum, &
29 mistum Imperium, ac omnimodam comprehendit iurisdictionem, & omne quod Rex in re concessa, & respectu ipsius habet, *Glos. est notabilis in auth. de defens. Ciuit. §.iniurandas, ver. iurisdictione, Glos. & Scribentes in l.1. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, & vniuersalis in concessionarium transfertur, ita notabiliter *Card. Paris. cons.9.nu.4.& seq. volum.1.* & etiam illa, quæ specialem requirit concessionem, *Glos. in clem. vnic. ver. omnimoda, de caus. possess. & propriet. Abb. & Felin. in c. conquestus de for. com-*
30 *pet.* ea etenim, quæ specialem notam merentur in generali concessione, & obligatione veniunt, quando verba sunt geminata, & prægnantia, vt in casu nostro, *Gloss. est in l. balista versic. quasi specialiter, ff. ad Treb.*

Si etenim Excellentissimus Dominus Prorex, attento tam magno pretio, tam liberaliter concedendo est elargitus, propria commoditate non modo Regem inuictissimum, verum seipsum priuando, & nihil respectu dictorum vassallorum, nisi venditionem vini ad minutum non est certè, vnde dubitari possit, cognitionem tam leuem de delictis in territorio Neapolitano sibi iure speciali, vt prætenditur, competentem, quod iure, meritò negatur, reseruasse.

Quibus accedant illa verba, *nihil Excellentissimus Dominus, &c.* & ibi, *omniaque alia iura voluit quod intelligantur, & sint vendita.*

Facta cum concessione aliquorum regalium, prout sunt ius ponderum, & mensurarum, & Portulaniæ, ac
31 seruitia prædicta, sequuta postea generali concessione, cum dicta dictione, nihil, cætera omnia, quæ specialem requirunt mentionem, ac si specialiter fuissent expressa, veniunt *cap. sedes, de rescript. cap. qui ad agendum ac procurat. l. fin. §. cui dulcia, ff. de vin. trit. & oleo legat. l. si fugitiui, Cod. de seru. fugit. iuncta glos. verb. alia pœna*, nam exceptio est regula *l. nam quod liquide, de pen. legat. & l. cum domibus eodem titul. l. quæsitum, §. idem respondit, de fund. instruct. & instrumento legat. Lanar. præcit. consil.34. 3. limitat. Bamacar. in repetit. si de feud. defunc. quæst.*

quest.15.num.167. Paris.citat.consil.9. num.11. volum.1.

Et sic dubitari nequit, Principem à seipso talem potestatem exemisse, tum verbis generalibus, tum speciali priuilegio dum nihil sibi reseruauit.

Eò magis dum sequitur inuestitura, verbis clarissimis idem enixè demonstrans. Cum declaratione, quod per dictam descriptionem corporum particularium, nullum intelligatur fieri præiudicium generali venditioni omnium, & quorumcumque bonorum, introytuum, & iurisdictionum ad dictam Regiam Curiam spectantium & competentium, seu quæ spectant, & competere possent in dicto Casali.

Et duo tantum requisita reseruauit, quod illi vassalli super quibus exercenda erit iurisdictio, sint vel originarij, vel habitantes, & quod de cætero, nullum possit fieri dubium, quominus cognitio permittatur.

32 Et dicere quod per separationem Panicocolenses amiserunt priuilegium, & amplius Neapolitanos non haberi, sed vt cæteros vasallos Regni contradicit *text. in l. vnic. C. Metrop. Berit. lib.* 10.

Erant enim in Prouincia Fœniciæ duæ Ciuitates, Tirus, & Berito, quarum Tirus erat Metropolis, mandauit Imperator iuxtis de causis, diuideretur, & Berito similiter sit Metropolis, conquæritur Tirus de separatione, & titulo, respondet Imperator Tiri nihil de iure suo derogetur, sit illa Prouinciæ mater, &c.

33 Dictio, *enim*, illa (nihil) vniuersalis est negatiua, & omnimodam importat exclusionem *leg. is qui ducenta, §. verum de rebus dubijs, l. 2. ff. commun. diuid. Glos. in auth. de hæred. & falcid. in verbo, nihil, Cened. singul. 64. Tusc. conclus. 313. litt. D, tom. 2.* vbi plura consarcinat, ob quod remanet Tiro sicut ante separationem, & omnia in eodem statu, ac si separatio facta non fuisset; per quem text. omnes vno ore in diuisione Casalium Ciuitatis Neapolis sic tenuere, & iurisdictionis cognitio, & exer-
34 citium tantum à M. C. separatur. Vnde Casalinenses, vt cæteri Neapolitani, gaudent priuilegio, quod exfractare à conuicinio honestarum personarum non teneantur, esto quod essent quoad dictam iurisdictionem separati, *de Franch. decis. 316.* nec etiam ex processu in-
35 formatiuo torquentur, vt sic fuit practicatum cum Turri Octauæ, Casale Mileti, & alijs, *decis. 143.* sequitur *Molf. super Consuet. tit. de pers. p. 2. q. 9. n. 7. Tap. dec. S. C. 4.*

Quod idem inuestituræ verba demonstrant, dum dicit, ex nunc separando Casale prædictum à iurisdictione huius Ciuitatis Neapolis, & verbum nullũ de separatione territorij, & alijs, quæ modo Regius Fiscus prætendit, idque similiter euidenter ostenditur ex *Lanar. in repetit. capituli primi, de his qui feud. dar. poss. num. 122. vers.*
36 *tertio principaliter*, vbi concludit, quod si Baro cum Regis assensu rem vnitam Castro segregat, & in feudum concedit, & res illa describitur in cedulario, & quinternionibus Regiæ Cameræ, non per hoc non dicitur vnicum feudum, & territorium cum illa re segregata, & diuisa, verum, res illa remanet de per se feudum tanquam pars diuisa, *per text. in l. si qui, §. si quis partem, ff. commun. præd. Andr. in cap. 1. versicul. & olim in princip. de success.*
37 *feud.* vbi tenet, quod res illa, provt erat ante concessionem, remanet, & sub eadem natura feudi quaternati, & adducit exemplum, quando Casale separatur, & à Ci-
38 uitate eximitur, quod non per hoc eadem non retinet priuilegia, quæ ante separationem habebant, ad quod allegat *Castr. consil. 307. volum. 2.* nam si feudi natura in
39 vno alteratur, remanet tamen in alijs, provt erat *idem Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior, numer. 35. quæ sit prima caus. benef. amittendi, & in cap. 1. §. huius autem generis, num. 12. ex quib. caus. feud. amitt. &c.*

40 Hinc *Maur. allegat. 4. num. 11.* concludit, per separationem iurisdictionis Casalium Insulæ, & Casapesenne priuatiuè quoad Officiales Auersæ, Auersanibus Ciuibus, nihil fuisse detractum, *ex l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public.* non enim valet Princeps
41 priuilegio alteri concesso per aliud tacitè derogare, non facta specifica derogatione, *cap. cum ordine, extra de rescript. l. de curionibus, C. de silent. lib. 12. Gloss. in cap. 1. de constitut. idem Maur. loco cit. num. 12.*

Corroborabatur *ex Couarru. pract. quæst. cap. 37. ver-*

42 *sicul. secundo potest contingere*, vbi si Vicusa Ciuitas eximatur quoad iurisdictionem intra certos limites speciatim designatos, non per hoc homines Vici, & Vicus communem territorij vsum, provt ante diuisionem habebant, amittunt, nam vnicum, & vnitum remanet territorium, & sic sæpissimè Granatensi Prætorio fuisse decisum, provt in nostro Sacro Consilio, teste *de Franc. decis. 22.* quo casu fuit disceptatum, si homines Casalis Belmontis pro bonis, quæ possident in territorio Ciuitatis Amanteæ, à quo erat diuisum quoad iurisdictionem, teneantur cum Amantea contribuere, an cum Casali vbi habitabant, & deciditur, quod cum Casali, ex quo & si territorium non habeat, indiuisum tamen & vnitum, & idem permansit.

Et hac ratione *Regens Tapia de Iure Regni pragmat. 1. num. 20. septima declaratione*, firmando conclusionem
43 dicit, quod quando Casale Ciuitatis Neapolis quoad iurisdictionem separatur, iurisdictio in personas ipsius concessa intelligitur, ex quo vnum & idem remanet territorium.

Et quamvis talis opinio aliter interpretetur, tamen in rei veritate tergiuersari nequit.

Nam conclusio prædicta rerum iudicatarum authoritate est etiam fulcita, quarum exempla adducuntur tam in *præcitat. allegat. Palmer. volum. 2. Compend. decis. Thor. verbo, remissio*, Turris Octauæ, & Casalium in perpetuam Capitaniam, & Gubernium in territorio Neapolitano delinquentes, ad Principem Hostiliani ipsorum Dominum fuisse remissos, ex quo vnicum est territorium, & iurisdictio si sit separata, competit concessionario insolidum in qualibet parte, *Castrens. consil. 187. volum. 2.*

Et si *decis. 43.* eiusdem *Tapia* persunctoriè dicatur, Princeps in eis habet iurisdictionem in personas, ex quo non habet Turris territorium, & districtum, *num. 6.* produxi fidem, & territorium, & districtum habere.

Et quod conclusio prædicta sit vera, & realis, legantur exempla Sancti Ioannis ad Theodutium; habet enim Baro in Casali eiusdem nostræ Ciuitatis iurisdictionem in vasallos habitantes, & habitaturos in Turri, & masseria, & sic cum descriptione territorij, & nihilominus semper quod commiserunt delicta in villa, quæ
44 est Casale similiter eiusdem Ciuitatis, fuerunt per M. C. & Sacr. Consilium ad Baronem remissi, de quibus *Merlinus* nullam *dictis controuersijs* mentionem fecit, & sic in dies seruatur in Casalibus Auersæ cum Casalibus, quoad iurisdictionem diuisis, nam vasalli quoad cognitionem attenduntur, nam autem territorium.

Vndè solida remanet conclusio per diuisionem quoad iurisdictionem vasallos Neapolitanos remansisse, sub exercitio tamen iurisdictionis concessionarij, & territorium omnibus commune remansisse, provt antea, & successiuè idem concessionario quocumque deliquerit, cognitionem competere.

45 Nec dicatur quæso, Casale non habere, nisi quod muretenus continetur, ex *Medices consil. 149. num. 6.* nam quòd controuerterbatur, erat, nùm in concessione facta de iurisdictione criminali per Ducem Nuceriæ in homines Sirignani comprehenderetur territorium, quod erat alienatum, & dicto Casali separatum, & tenet quod non, & sic ad rem nostram adduci non posse, ex prædictis patet.

46 Et indubitati iuris est, habentem iurisdictionem, habere territorium, dum iurisdictio territorio cohæret, *vulgat. l. pupillus, §. territorium, de verbo significatione, ex Socein. consil. 181. 3. col. volum. 2. Capye. decision. 27. num. 31. Tusc. conclusion. 49. numer. 11. litt. I*, quod procedit,
47 etiam si simpliciter castrum concederetur, nam venit & iurisdictio, & territorium, si tamen ante concessionem aderant, ex improbati nominis Authore *Banbacar.*
48 *ad tit. si de feud. defunct. milit. quæst. 10. in fine*, & appellatione pertinentiarum territorium venit, *Paris. consil. 9.*
49 *num. 20. volum. 1.* provt districtus appellatione totum continetur territorium, vltra *Doctor. in præcit. §. territorium Clement. Romani, §. sanè, vbi Card. quæst. 5. de elect. Aretin. consil. 77. Felin. in cap. Rodulphus, num. 17. de rescriptis, Molfes. d. part. 2. de person. quæst. 9. num. 4.*

C Circa

Circa vero argumentum ab absurdo, similiter de fa-
cili diluitur, tum quia per diuisionem nihil Panicocu-
lensibus fuit detractum, tum etiam quia iuxta prædi-
cta semper sic fuit seruatum, & numquam neque di-
ctum, neque scriptum reperimus, vassallos Casalium
sic diuisos hoc prætendisse, nec potuisse, maxima cum
ratione, siquidem priuilegium Neapolitanis conces-
50 sum in *Ritu* 301. descriptum, mandat, quod extra Ci-
uitatem non extrahantur, & sic Ciui Ciuitatem, &
successiuè Magn. Cur. Vicar. Iudicem ordinarium eli-
gere permittitur, non autem Casale, ex quo priuile-
51 gium concessum est loco, & sic Ciuitati, & ad alte-
rum non extenditur, *& Stauban. nullo pacto* casui no-
stro applicari poterit; dubitatum enim in eo fuit, num
separatio Casalis Longobardorum à Terra fluminis fri-
gidi per Marchionem Vallis subsistere posset, & tenet,
quod non, absque Regis assensu, & postea vti necessa-
rius fuit impetratus.

Secunda verò conclusio ex clausula illa abdicatiua,
& priuatiua, à quibuscumque etiam ab ipsa Magn. C.
enixam Regis voluntatem desumi, dictos originarios,
& habitantes penitus à prædictis cognosci posse præter
ab ipso Barone, quæ clausula similis est causæ clericali,
Capyc. decision. 122. *num.* 6. *de Franch. decision.* 183. *num.*
5. *& decision.* 417. *num.* 8. & sic penitus Magn. Cur. cum
eis se intromittere valet, *Capyc. decis.* 9. *num.* 15. *Gram.*
decis. 30. *num.* 8. quod *Merlinus* non negat *cap.* 99. & sic
52 quocumque vassalli deliquerint, ipsorum cognitio ad
ipsum concessionarium tantùm spectat. *ex Felyno, Ro-
mano, & Decio numer.* 22. & non datur præuentio, *de
Franch. decis.* 142. *&* 722. *Afflict. decis.* 41. *Grammat. de-
cis.* 30. *Foller. in pract. crim. verbo audiantur excusatores,
numer.* 160.

Et licet huic motiuo respondere conetur, quod non
per hoc casum nostrum comprehendit, dum iure spe-
ciali Principi cognitio competit, & nisi specialiter ex-
prescrit, non venit, *num.* 25.

Fuit tamen luce clariùs demonstratum in concessio-
ne, seu inuestitura, hoc de quo disceptatur, iuris disposi-
tione esse comprehensum, & successiuè responsionem
Regij Fisci non substinere.

53 Per quam clausulam priuatiuam, & abdicatiuam non
modo abdicatur à Magn. Cur. iurisdictio, verum re-
spectu vassallorum prædictorum in primis, & secun-
dis causis, Iudex penitus incompetens est effectus,
etiam si cognitio ipsi speciali priuilegio in corpore iu-
ris clauso, vel quacumque alia prærogatiua compete-
ret, etiam si præuenit, vel subditorum consensu iuris-
dictio prorogaretur, *post Barz. decision. Bonon.* 15. *Vant.
de nullitat. titul. ex defect. iurisdict. numer.* 51. *Surd. consil.*
56. *Capiblanc. pragmat.* 8. *cap.* 37. *per totum part.* 2. *num.* 8.
54 *& seq.* & est adeò priuilegiata, vt quamvis reus esset
quovis priuilegio alterius fori munitus, non per hoc
Baroni, cui cum dicta clausula est concessa iurisdictio,
cognitio tollitur, & ponitur exemplum, quando quis
55 committit falsitatem coram Iudice incompetenti, quo
casu proculdubiò efficitur illius fori, ex quo illius aures
sunt offensæ, *leg. nullus, Cod. de testibus*, & nihilominus
quando adest clausula prædicta in priuilegio, tollitur il-
la dispositio, *Couarruu. practic. quæst. capitul.* 18. *Thes.
decision.* 266. *Peguer. decision.* 60. & sic in offendente
Ministros Magn. Cur. cum Magno Admirato, virtu-
te dictæ clausulæ fuisse iunctus Aulis inquisitos ad
eius Curiam remissos, *de Franch. decision.* 722. *Anna
consil.* 107.

57 Vnde meritò fatendum est, eidem Magn. Cur. præ-
tensionem de cognoscendo de delictis in territorio
Neapolitano esse sublatam, eò magis dum illam com-
petere non in priuilegio, non iuris dispositione, sed tan-
tùm quadam suppositione, ex quo sic fuit practicatum,
quod hucusque non vidi quo casu dum post practicam
prædictam priuilegium superuenit cum dicta clausula,
& derogatum censetur, ita in terminis *Franc. cit. decis.
Castill. decis.* 248. *num.* 2. *&* 3.

Et quod hoc sit verum, legatur quæso eadem inue-
stitura, concessit etenim Princeps Baroni non modo
cognitionem prædictam respectu causarum futurarum
in dictos vassallos, verum de delictis ante concessio-
nem, & diuisionem patratis, quæ quidem delicta
proculdubiò in territorio Neapolitano erant commis-
sa, nihilominus mandauit Regiæ Cameræ, quod pro
obseruantia concessionis mandet, quod causæ prædi-
ctæ cum effectu ad ipsum Baronem remittantur, &
iam fuerunt expeditæ litteræ hortatoriales firmatæ
tam a Domino Marchione S. Iuliani Regiæ Cameræ
Summariæ Locumtenente, & DD. Præsident. Salinas,
& Cacacio, & Fisci Patrono, quorum interuentu fue-
runt facta venditio, diuisio, & concessio, quarum vi-
gore fuerunt ad relationem Consiliarij Muñoz remissæ
causæ Ferdinandi de Auterio, & Laurentij Cicæ inquisi-
torum de delictis ante concessionem.

Vndè sumitur, Principem solum oculos habuisse,
quod vassalli sint originarij, vel habitantes, tali tantùm
qualitate ipsorum personas describendo, quod quidem
motiuum, si verum amamus, solum pro causæ victoria
sufficere posset.

Accedat & tertia, nam facta concessione prædicta
in forma communi, pro maiori gratiæ cumulo, at-
tenta maioritate pretij, vt diximus, non modo, vt
iuris communis erat in territorio iurisdictionem
concessit, *dict. leg. pupillus*, *§. territorium de verbo si-
gnific.* verum per hæc verba, *etiam in personas, & homi-
nes dicti Casalis*.

58 Dictio enim, *etiam*, extensiua, & augmentatiua est
præcedentium, & casum ampliat, *l.* 2. *Cod. de testament.
Surd. decis.* 8. *num.* 11. *Menoch. consil.* 331. *num.* 7. *&* 336.
num. 17. *Rot. in recent. decision.* 367. *num.* 1. *tom.* 1. *part.* 1.
& sic vltra concessionem in territorio auget, & exten-
dit, alias nihil operetur, & quando conceditur in perso-
nas, & nihil concedens sibi reseruat, in personas conces-
sa intelligitur, vt in casu nostro, & successiuè quocum-
que deliquerint, remittuntur, *Minad. decis.* 18. *& Mo-
nach.* ibidem addens, quam sequuntur *de Franch. decis.*
458. *num.* 3. *Ann. consil.* 107. *numer.* 15. *&* 14. alias nihil
operaretur *ad l. si quando, de leg.* 1.

Quod eadem inuestitura demonstrat ex concessione
causarum prædictarum pendentium, vt diximus; nec
dicatur quæso, concessionem esse intelligendam prout
ius intelligit, & quod per hoc non comprehendantur
delicta ante, extra Casale commissa, & in territorio
Neapolitano, vt ad præsens Regius Fiscus dicit, nam
priuilegij verba hoc non patiuntur, & iurisdictio
tempore delicti non modo non erat separata, verum
integra penes ipsam Magn. Cur. & si Princeps hoc vo-
luisset, dixisset, dum cæta tantorum Eminentissimo-
rum Virorum omnia iura in scrinio pectoris habe-
re præsumitur. Nimirum si vna pars priuilegij per al-
teram declaretur, *leg. qui filiabus. ff. de legat.* 1. *de Franch.
decis.* 499. *num.* 7.

59 Eò quod generaliter concessum, generaliter debet
intelligi, idem *de Franch. decis.* 458. *num.* 2. & sic aut illud
priuilegium est clarum, vt re vera est, & fundatam ha-
bemus intentionem, aut dubium, & contra conceden-
tem est interpretandum, & eodem expresse idem Prin-
ceps mandat, & in iurisdictionalibus, quod sic interpre-
tari debeat, *per text. leg. fin. ff. de constit. Princip. de Franch.
decis.* 116. *numer.* 8. & dum non distinguit, an delicta sint
commissa in territorio Neapolis, vel extra, comprehen-
dit territorium Neapolitanum, nam priuilegium con-
tra concedentem latissimè est interpretandum in ter-
minis idem *de Franch. decis.* 129. *num.* 4.

60 Competit etenim cognitio de delictis prædictis in
territorio Neapolitano commissis, etiam alia du-
plici ratione, nam Magn. Cur. aut hanc habent co-
gnitionem ex consuetudine, aut iuris dispositione, &
dum Princeps cum eadem dictione, *etiam*, de delictis,
de quibus Mag. Cur. cognoscit, iurisdictionem Baroni
tribuit, proculdubiò & ista cognitio comprehanditur,
eò magis dum sub ista clausula, venit etiam cognitio
cognoscendi de delictis contra Officiales actiuè, & pas-
siuè, de qua non est amplius disputandum *Reg. Tap. de-
cision.* 11. *S. C.* & tamen iure speciali ex Ritu Magn. C.
61 est tributa, ob quod succedit in regula cui conceditur,
quod est maius concessum, & videtur quod est minus,
Auth.

Auth. multò magis de Sacrosanct. Eccles. Nec dicatur
62 quæso, quod ista clausula intelligitur de qualitate de-
lictorum, nam qualitas alteratur, & minuitur, vel re-
spectu personæ, vel respectu loci, ad tradita *per Mer-
linum controuers. forens. cap.66.*
63 Secunda est ratio, quia non cognoscere de electis in
territorio Neapolitano commissis nulla lege prohibe-
tur. Imò est contra priuilegia omnium Baronum Re-
gni, qui iurisdictionem cum vassallis habent tàm si
adest clausula de delictis extra territorium, quam si
non adest, nam iuris communis dispositione debetur,
de Franch.decis.66. & ante ipsum *Couarruu. pract. quæst.
cap.11.numer.6.Rot.Lucens.decision.41. numer.16.Thes.
decision.90.* & tantum ratione reuerentiæ ob Principis
64 præsentiam in Ciuitate Neapol. dubitatur; quæ qui-
dem ratio militat etiam in toto Regno, cui præest, *leg.
congruit, ff. de offic. Præs.* nec ista cognitio in tanta
magnificentia est ponenda; nam videmus intus Ciui-
tatem Magnum Admiratum in facinorosos merum,
65 & mistum Imperium exercere, & similiter Tribunal
Artis Serici, Iustitiarij, Artis Lanæ, & similium: Et
si his permittere non dedecet, ex quo causam habent à
Rege; tantò magis extra Ciuitatem Baronibus, qui
pretio tam magno illam obtinuerunt, & confiteor
veritatem hanc prætensionem in iure fundatam non
vidisse, & non sine causa *Præs. de Franch.* hanc tangen-
do quæstionem de delictis intus Ciuitatem: Et si con-
trarium sit de iure, non remittere consueuisse, & de
delictis in territorio cogitandum dixit *decision.* 129. &
66 dicere, quod ita fuit iudicatum, Doctori attestanti
non creditur, ex quo iura interpretandi, non autem
de consuetudine testandi data est potestas, *Decian.con-
sil.472.* & dum dictus *Præs.* in consuetudine se fundat,
& ipsam intus Ciuitatem restringit, in contrarium est
ius commune, & maxima cum ratione; nam disceptan-
do *DD. si text. in leg. si quis in hoc genus, Cod. de Epi-*
67 *scop. & cleric.* quo cauetur irruentes in Ecclesiam, &
ministros vti sacrilegos esse puniendos, dictam disposi-
tionum locum non habere, nisi tantum triginta passus
in circuitu Ecclesiæ, ratione reuerentiæ, & agitur de di-
uina Maiestate, quantò magis in casu nostro, *de Franch.
decis.402. & 499.*
Et dum contrarium iudicatum per decreta M. C. &
S. ostenditur diuersis causis, hoc controuerso articulo
non modo, consuetudinem pro Fisco sic iudicandi non
68 adesse; verum contrarium, quibus decretis in re du-
bia standum esse; nam sunt tamquam iuris regulæ pun-
ctuales decisiones, *Marzar. de fideicommiss. 2. parte
quæst. 8. in fin.* & tamquam casus legis habentur, & se-
cundum eas iudicans, tutus est conscientia, *Magon.
decis.Flor.66.num.21.*
Et si male per Baronis officiales causa terminetur
propè est M. C. Tribunal, ob quod obseruato priuile-
69 gio Iustitiæ cultui nihil detrahitur, Principis facultas
in concessione facta non restringitur, ipsiusque contra-
ctus largissimè in concedentis beneficium interpretan-
dus, firmus, & stabilis permanet, dixit *Andr. in Constitu-
tion. Regni, ea quæ ad decus, & in cap.1. de vassall. de-*
70 *crep. ætat. Afflict. decision.128. numer.10.* nam Iudici,
quantò minus potest remissionem denegare permitti-
tur, nam esset ius Baroni tollere. *leg. fin. ff. de Constitution.*
71 *Gizzarell.decision.24.numer.10.* & non sic de facili, vt
ideò, denegandum est remissio, nisi præcedente matu-
72 ra discussione, & causa, nam Baro est suorum vassallo-
rum Iudex ordinarius, *Andr. in Constitut. Officiorum pe-
riculosa, & in Constitut. post mortem, & in cap.1. §. hære-
ditatem, de pact. tenend.* sequitur *Reg. de Ponte potestat.
Prereg. de promis. fieri solit. §.* & alij moderniores pas-
sim vno ore.
Et si exemplo relato *forens. quæst.2.num.12. part.2.* de
remissione causæ facta per M. C. & S. C. ad Curiam Ca-
salucis de delicto commisso intus Ciuitatem fuerit re-
sponsum, quod ea de causa fuerat remissa, quia & si fur-
tum Neapoli fuerit commissum, bona tamen Casalucis
fuerant reperta, & sic attenditur magis locus contra-
ctionis, quam furti, *Capyc.decis.104.*
73 Animaduertatur quæso, quod illud dicitur iudica-
tum, quod est discussum, & discussum est illud, quod
est oppositum, *Bald. in leg. receptitia, Cod. si certum peta-
tur*, sed sic est, quod querelans grauatus à remissione
per M. C. concessa, obtinuit supplicationem, in qua di-
xit, non esse locum remissioni, ex quo furtum intus Ci-
uitatem fuerat commissum, & sic de isto articulo fuit
disceptatum, necessariò sequitur, hunc articulum fuisse
decisum, nam *decisio Capyc*, si veram iurisprudentiam
attendimus, non est vndequaque tuta.
Oritur enim ista decisio, *ex Bar. in leg. si dominum, ff. de
furt.* cui contradixit *Bald. consil.491.* vbi dicit, non esse
receptam, nec seruari, & dubiam asserit, *Couarruu. va-
riar. resolut. lib.2. cap.20. numer.15. & in cap.11. practic.
quæst. numer.9.* eam iure non probati, nec esse admitten-
dam confirmat, nam vera iniuria, & proprium furtum
ex illa prima acceptione iniqua nascitur, & si delictum
74 vlterius procedat, & sic initium esse attendendum, &
per hoc esse remittendam Iudici loci delicti, vbi Res-
publica fuit offensa, sequitur ante ipsum *Fulgos. consil.
149. volum.2. Marcus Mant. & plurib. citat. Clar. quæst.
38. §. final. numer.15. Boss. de furt. numer.18.* & sic ibi ser-
uari, & contra *Bartol.* fuisse in secunda instantia deci-
sum, testatur *Mastrill. decision.147. numer.5. & seqq.* &
75 initium delicti esse attendendum, non autem vbi est
consummatum, & sic decisum ostendit *Merlinus cap.80.
forens. controuers.* & in fortiori casu.
Quare pro remissione speratur oppositis pro parte
Fisci nihil refragantibus.

SVMMARIVM.

1 *Electioni facta est in dubio deferendum, sic etiam respe-
ctu variationis dicas, numero 4. sed limita vt nu-
mero 12.*
2 *Appellatio regulariter est permissa.*
3 *Appellationi in dubio est deferendum.*
4 *Causa iusta requiritur pro admissione variationis fori.*
5 *Causa iusta præsumitur.*
6 *Actus licitus, & validus præsumitur in dubio, etiam quod
verba impropriarentur, num.7.*
8 *Interpretatio qualibet admittitur pro sustinendo actu.*
9 *Præsumptio pro validitate actus quanta sit.*
10 *Verba, vbi possunt referri ad actus validos, & in validos
referri debent ad validos.*
11 *Fraudis pro exclusione iudicandum est in dubio.*

ARGVMENTVM.

An in dubio pro admissione electionis, vel variationis Fori factæ sit iudicatum.

QVÆSTIO XXII.

1 REgula sit, quod quando dubium est, an electioni
fori factæ sit deferendum, nec ne pro ea iudican-
dum venit.
2 Recipit incrementum hoc ab illo simili de appella-
tione, quæ cum in omni casu regulariter sit permis-
sa, nisi expresè prohibita reperiatur, *l. 1. ff. de probat.
leg. in maioribus, Cod. eodem cap. de appellationibus extra
eodem titul.* cum latiùs congestis à *Scacc. in tractat. de
appellat. quæst. 17.* si quando dubium sit, an illi deferen-
3 dum sit pro ea iudicandum, appellationi scilicet locum
fore, vt testantur *Gloss. & DD. in cap. vt debitus,* in ver-
bo *ex rationabili causa de appellation.* cum alijs apud *Ti-
raquell. in tractat. de iudic. in rebus exiguis ferend. versicul.
nemo facit,* quibus iungo *Lancellott. de attentat. capit. 12.
ampliat.5. num.8. part.2. Christophor. de Paz. in tractat.
de tenut. cap.4. num.9. part.1. Surd. de aliment. titul.8. pri-*

uileg. 60. vbi id etiam in casibus, in quibus alioquin
prohibita est appellatio dicit procedere, *ex Bartol. in*
l.6.ff.nihil innouar. Bald.consil.141.lib.1. Gratian.consil.
final.num.11.& num.51. lib.2. Contard. in leg.vnic.limi-
tat.27.Cod.si a moment.possess. fuerit appellatum.
4 At quod diximus respectu electionis, ita planè fir-
mabis respectu variationis, vel reuariationis fori, quæ
in dubio erint admittendæ ex dictis per *Castill. quotid.*
controuers.iur.cap.25. à num.13.lib.3.
5 Et licet variationem fori non esse concedendam,
nec censendum licitam, nisi subsit iusta causa variatio-
nis ipsæ moderne autumet *Carlenal.in tractat.de iudicijs*
disput.2. quæst.6. numer. 611. post *Afflict. in Constitut.*
Regni, Statuimus, num.18. & Nigr. in capit.Regni quod
decretam num.15.
Tamen in dubio illam præsumi inesse, nisi contra-
rium appareat dixit *Rota in Conchen. iurisdictionis coram*
R.P.D. Luta, vbi reddit rationem id causari, vt
6 actus licitus, & validus in dubio interpretetur, iuxta
præsumptionem legis *leg. quoties, ff. de reb. dubijs, leg.*
quoties, ff.de verb.obligat. leg.si quando, ff.de legat.1. Ro-
land. a Valle consil. 61. numer. 23. lib. 3. vbi extendit ad
omnem actum fusè *Roman. consil. 180.* vbi extendit ad
omnem dispositionem scilicet contractus testamenta
iuramentum priuilegia, & attestationes, *Rota in re-*
cent.decision.469 part.2. Ferrer.in Constitut.Cathaloniæ,
gloss.1. num.151. Tusc. conclus.136. litt. A, vbi ampliat
7 etiam quod verba impropriarentur *Fulgos. consil. 87.*
Abbat. consil. 62. cum omnis interpretatio admittatur
8 ad substinendum actum, & ista quæ fit pro validitate
actus aliarum interpretationum sit regina *Cephal. con-*
sil.51. num.39. Mantic.de coniect. vltimar. voluntat. lib.
12. titul. 17. num. 13. quia tanta est præsumptio, quæ
9 oritur propter validitatem actus, vt cæteras omnes
superet præsumptiones *Ruin.consil.72. lib.2. Alciat.de*
præsumpt.reg.1.præsumpt.30. num.5. ante illos *Decian. in*
cap.quoniam Abbat.num.49. de offic. delegat. taliter, vt
10 si verba possint referri ad actus validos, & inualidos,
etiam quod sint prolata in genere, & in certa scientia
referri debent ad actus validos *Bolog. consil.21. num.14.*
relatus *à Tusc.conclus.330.num.60. litt. I.*
Plus reddit insuper aliam rationem *Rota* ipsa *loco in-*
11 *dicato*, & est, quia in dubio est iudicandum pro ex-
clusione fraudis, & illiciti actus, *ex Abbat. in cap.cum*
tu de testibus conferunt *Mascard.de probation.conclusion.*
496. Farinacc.in practic.crimin.quæst.85. part.3. Ludo-
uis. decis. 169.
12 Quod si tamen appareret iniusta, siue illicita causa,
tunc esset benè obuiandum, & occurrendum, *leg. in*
fundo, ff. de rei vindicat. Tusc.conclus.475. litt. F.
Ita quod contra electionem, & variationem fori
factam esset determinandum, prout sic solet seruari
à conscientiatis Iudicibus, & patet ex adductis *part. 1.*
eiusdem tractatus sect.1. quæst.4. num.12. in secunda edi-
tione, & *quæst. 5. eodem numero* iuxta tertiam edi-
tionem.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia iuris vbi stat pro fori electione facta, in contra-*
dictorio iudicio erit manutenenda.
2 *Manutenentio datur habenti assistentiam iuris, etiam non*
probata possessione.
3 *Assistentiam iuris habens, in concursu possessionum, in du-*
bio venit præferendus.
4 *Episcopi habent intentionem fundatam exercendi iuris-*
dictionem quoad omnes Ecclesias in sua diœcesi existen-
tes, & in illis manuteneri debent, numer. 5. limita
numer. 10.
6 *Cardinalis habens in suo titulo ius conferendi, in illo est*
manutenendus.
7 *Electio fori ex iuris assistentia miserabilibus personis*
competens est manutenenda etiam Barone allegan-
te priuilegium, donec de illo disputetur, limita nu-
mero 8.
9 *Priuilegium fori cessat vbi contra miserabiles personas fuit*
iudicatum.
11 *Parochus, an debeat manuteneri in exactione decimarum*
in sua parochia existentium.
12 *Possessio percutit prædium, seu bona de quibus agitur.*
13 *Miserabiles personæ sunt manutenendæ in electione fori*
quousque de contrario priuilegio Baronis constat.
14 *Manutentio non retardatur, vbi de priuilegio discu-*
titur.

ARGVMENTVM.

Electio Fori facta, vel facienda, qualiter ex iuris assistentia admittenda, vel manutenenda sit.

QVÆSTIO XXIII.

1 REgula sit, vt quando pro fori electione facta, vel
facienda à miserabilibus, & priuilegiatis per-
sonis stat iuris assistentia, erit, iam facta in contradi-
ctorio iudicio manutenenda, facienda autem admitti
à Tribunalibus, in quibus fuit introducta, vel est in-
troducenda.
Sumit iuuamen id *ex text.cap.cum personæ*, & ibi *DD.*
2 *de priuileg. in 6.* vbi quod manutentio datur habenti
assistentiam iuris pro se, etiam nulla possessione pro-
bata, prout sic pluries canonizauit *Rota*, vt patet *de-*
cis.322. & 491. part.1. in recent. & decision. 416. part.2.
Gratian. disceptat. forens. 870. numer. 8. Beltramin. ad
Ludouis.decision.312. Episcop.Ricc.collect.1314. & 3013.
latè *Marescot. variar. resolution. lib. 1. cap. 11.* vbi ad
nauseam omnia cumulat.
3 Itaut in concursu possessionum in dubio talis veniat
præferendus *Rota in Verulana praecedentiæ coram Emi-*
nentissimo Cardinali Lancellotto in Marsicana iurisdi-
ctionis coram R.P. Comitulo, & in Dertusen. decima-
rum 1620. coram Eminentissimo Cardinali Sacrato, &
alias sæpius, vt apud *Viuian.de iurepatronat.decis.86.Se-*
raph. decis. 1437.
4 Hinc descendit, quod cum Episcopus, & ordina-
rius habeant intentionem fundatam exercendi iurisdi-
ctionem quoad omnes Ecclesias, omniaque loca pia
in sua diœcesi, & intra illius fines existentia, ac in
qualibet eius parte etiam in inuitos, vt in iure visitan-
di beneficia, & ordines conferendi, causarum ciui-
lium, criminalium, & mistarum cognoscendi. & sic
de singulis tam de iure communi, quam Sacri Conci-
lij Tridentini *Rota diuers.decis.165.& 713.part.4. Rot.in*
recent.decision.493.& 501.part.2. Caualc. decision.306.
5 *Episcopus Ricc. collect. decision. 1287.* ideò in illa vehit
manutenendus absque alia probatione quasi possessio-
nis, *Veral.decision.260. part.1. Mantic.decis.322.num.2.*
Tusc.conclusion.69.num.3. & 4. litt. M. Caualer. decis.
193. Coccin.decis.471.Rota in recent.decis.491.part.1. &
decis. 416. & alibi *part.2.* probans *decis.423. sub num. 3.*
6 *eadem part. 2.* quod cum Cardinalis titularis habeat in
suo titulo ius conferendi de iure communi ex huius-
modi sola iuris assistentia est manutenendus, idem di-
cens *decis. 533. num. 5. eadem parte*, respectu maioris
Dignitatis in præheminentia, cum illa in Ecclesia ha-
beat assistentiam iuris communis pro se, & quo ad ip-
sam præheminentiam.
7 Amplia, vt huiusmodi electio fori priuilegiatis
competens sit admittenda, & manutenenda etiam
quod a Barone allegetur, vel exhibeatur priuilegium,
donec de illius releuantia disputetur, *extat. capitul. cum*
personæ de priuileg. Menoch.consil.1002. numer.23. Ro-
ta in Hispalens. decimarum coram Eminentissimo Car-
dinali Sacrato Rota in recent. decision. 491. part. 1. Epi-
scopus Ricc.collect.1314. Beltramin. ad Ludou. decis.312.
sub

sub num.4. Marescot. variar. resolut. dict. cap.11. numer.4.
8 vbi tamen declarat, nisi producens priuilegium sit in possessione, quoniam tunc manutentio non datur *dict. cap. cum personæ, §. penult. & ibi Abbat. num.4. Rota apud Marchesan. de commiss. part.1. fol.980. part.2. Rot. in recent. decis.491. part.1. Episcopus Ricc. dict. collect.1314.*

9 Iravt cessabit in casu nostro priuilegium eligendi forum, quoties Baro habens priuilegium contra miserabiles probaret vehisse casum, & miserabiles voluisse eligere forum, & fuisse repulsos, vel elegisse, & deinde fuisse remissos Baroni ex dictis *per Rota in recent. dict. decis.491. numer.8. & 10.* conferunt tradita *per Gizzarel. decis.70.*

Et proinde idem *Marescott. citat. cap.11. num.21.* autumat, quod licet Episcopo ius commune assistat in
10 exercenda iurisdictione in subditos, vt supra extendimus, tamen stante quasi possessione inferioris, præfata iuris communis assistentia ei prodesse nequit, nec illius vigore ei danda est manutentio, sed inferiori illa concedenda est dicens sic iudicatum *à Rot. in vna Aprutina iurisdictionis 9. Iunij 1606. & 19. Martij 1607. & in Aquilanea iurisdictionis eiusdem anni coram Pamphilio in alia Salamantina iurisdictionis 27. Iunij 1582. coram Cardinalis Serafino*, vt latiùs apud eum, qui alias cumulat declarationes apud ipsum videndas ne exemplare videar.

11 Quemadmodum Parocho manutentio non permittitur circa exactionem decimarum in bonis existentibus intra limites suæ Parochiæ, super fructibus in ea exurgentibus, *vt in capit. cum contingat, & capitul. cum de decim.* quando constat de possessione alterius *Rota in recent. decis.685. sub num.2. part.1. Rot. post secundum volum. consil. Farinacc.291. num.14. & 17.* & ipsa pos-
12 sessio percutit prædium, seu bona, de quibus agitur *Seraph. decis.1380. qui decis.1497. sub numer.2.* idem dicit, quando ex aduerso allegatur, & iustificatur priuilegium, vt etiam quando ex aduerso probatur præscriptio ad fauorem aliorum in illatum perceptione. *Rota in nouis decis.11. de restitut. spoliat.*

13 Insuper est obseruatione dignum, quod quando circa validitatem priuilegij Baronis est controuersia, quovsque de validitate discussio fit, priuilegiatæ personæ circa fori electionis priuilegium assistentiam iuris habentes sunt manutenendi ex dictis *à Rot. in dict. Dertusen. decimarum Mercurij 1. Iunij 1620. coram Eminentissimo Cardinali Sacrato*, vbi quod priuilegij vali-
14 ditas, dum discutitur, & an à decimis eximat non retardatur manutentio possidenti, etiam si priuilegium in sua facie haberet derogationem *capit. nuper de decim. Rota in Illerden. decimarum 23. Iunij 1603. coram R. P. Dom. Penia.*

SVMMARIVM.

1 *Nullitas priuilegij Baronis contra miserabiles personas, quando impediat fori electionem faciendam, vel factam remoueat, & num.6.*

2 *Nullitatis instrumenti obligationis exceptio mandatum de manutenendo non retardat, vbi alias habuit executionem.*

3 *Nullitatis instrumenti oppositio non impedit manutentionem in exactione annuarum præstationum, quæ alias solutæ fuerunt, donec de ea iudicatum fuerit.*

3 *Census nullitatis exceptio non retardat manutentionem in illius exactione, etiam si lata sit sententia à qua pendeat appellatio, num.5. & quando secus num. 11.*

7 *Nullitatis instrumenti, seu contractus allegatio clara, & euidens impedit mandatum de manutenendo, vbi exempla, num.8.9. & 10.*

ARGVMENTVM.

Exceptio nullitatis priuilegij Baronis, quod alias fuit executatum contra miserabiles, an obsit electioni fori factæ, vel faciendæ.

QVÆSTIO XIV.

1 Regula sit, quod quando Baro habens priuilegium derogatorium contra miserabilium, & priuilegiatatum personarum causas illo vsus sit, itavt fori electionem fori forsitan faciendam impediuerit, vel iam factam remouerit habendo remissionem causæ ad suam Curiam, tunc exceptio inualiditatis, & nullitatis priuilegij opposita contra Baronem à personis priuilegiatis, volentibus eligere forum, vel iam electum prosequi, minimè impediet, quin Baro ipse in sua non manuteneatur possessione, & consequenter electionem fori factam remouebit, & faciendam impediet.

2 Suadetur talis opinio eo fundamento, quia in simili nullitatis, & inualiditatis instrumenti, obligationis exceptio, minime impedit mandatum de manutenendo, si alias habuerit executionem, vt post cæteros tutatur *Scaccia in tractat. de appellat. cap.2. quæst.19. remed.1. conclus.5. à num.20. cum seq.* vbi quod adeò
3 non impeditur manutentio in exactione annuarum præstationum ex oppositione nullitatis instrumenti, siue contractus illarum obligationis, quoties aliæ solutæ fuerunt vsque quo de hoc iudicabitur *Gratian. fo-*
4 *rens. disceptat.113. num.35.* vbi quod non attenditur exceptio nullitatis census ad retardandam manutentionem in illius exactione *Rota* apud *Marchesan. de commiss. fol.869. part.1. Scaccia in tractat. de sentent. & re iudic. gloss.14. quæst.19. numer.95. Cencius in tractat. de censibus, part.2. quæst.5. art.1. numer.21. & 29.* qui post tractatum refert *decision. Rot.210. in fin. & 211. num.3.*
5 *& 234. num.4. & 5.* ampliantis, etiam quod super census nullitate lata sit sententia, si ab eo pendeat appellatio *Rot. diuers. decis.315. part.4.*

6 Cæterùm cessabit regula, quoties aduersus priuilegium constaret notoriè nullitas, & inualiditas, itavt probatione aliqua non indigeret, quoniam tali casu contra Baronem erit iudicandum pro exclusione manutentionis.

7 Sumit robur huiusmodi declaratio, quia nullitatis instrumenti, seu contractu allegatio, quæ est clara, & euidens, & probatione non eget impedit mandato de manutenendo, provt sic in terminis donationis si-
8 ne solemnitatibus statuarijs, & in insinuatione, vt tunc donans manutenendus sit in possessione bonorum donatorum nulla preuia restitutione per eum acceptorum ex causa dictæ donationis, nouissimè probat *Durand. decis. Rot.155. & 183.*

9 Et in terminis Affictus rei Ecclesiasticæ vltra triennium absque Apostolico assensu, sic iudicauit *Rota in Romana, seu Terracinens. Affictus 27. Ianuarij 1627. coram R. P. Pirouano.*

10 Sicque in simili respectu obligationis Cameralis, notat *Zacchia ad Galles. de obligat. Cameral. quæst.3. à numer.2. cum seq.*

11 Vt pariter nullitatem claram, & euidentem probatione non egentem in materia census retardare mandatum de manutenendo, tutatur *Cencius in citat. tractat. de censibus dict. part.2. capitul.2. quæst.5. articul.2. in addit. numer.5.* quod fuit practicatum nouissimè in causa hæredum Ioannis Angelis Fiorilli, cum Matthæo Scrufino.

SVMMARIVM.

1 *Baro non vtens priuilegio sibi præiudicat.*
Priuilegium in eo valet, in quo fuit vsitandum ibid.
2 *Renunciatio tacita inducitur ex non vsu priuilegij.*
Priuilegium per non vsum amittitur ibid. & quando secus num. 4. & 5.
3 *Priuilegio vti si quis poterit, nec vtatur, ad illud redire nequit.*
6 *Scientia, & patientia sunt necessaria, vt per non vsum perdatur priuilegium.*
7 *Patientia requiritur ad acquirendam possessionem præsentandi.*
8 *Quasi possessio non requiritur absque scientia, & patientia eius de cuius præiudicio tractatur, & si sint plures omnium requiritur, num. 11.*
9 *Antonius Monacus laudatur, eo quia Authorem pluries extulit in nouissimo opere de recta feudorum interpretatione.*
10 *Scientia, & patientia eius contra quem possidetur, dicitur subiectum, & substantia quasi possessionis.*
12 *Scientia, & patientia non præsumuntur, sed qualiter præsumantur, num. 13. & 14.*
15 *Scientia, & patientia officialium sufficit ad priuilegium amittendum ex non vsu, vel ad possessionem Vniuersitatis amittendam, num. 16.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium derogatorium *l. vn. C. quan. Imper.* An possit allegari si Baro illo vsus nunquam fuerit.

QVÆSTIO XXV.

1 Regula sit, quod quamvis Baro habeat speciale priuilegium derogatorium *leg. vnic. Codic. quando Impera. inter pupil. & vid.* in cognitione causarum miserabilium, & priuilegiatarum personarum, tamen illud allegare non valet, quoties eo vsus nunquam fuit.

Priuilegium inquam in eo valet, & tenet, in quo obseruatum, in vsitatum fuit *Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. num. 71. Giroud. de priui ig. explicat. num. 265. Bobad. in politic. lib 5. cap. 10. num. 10.*

2 Non est enim nouum ex non vsu priuilegij induci tacitam renunciationem, & proinde illud allegari non posse ad textum, vbi *DD. in cap. accedentibus, & capit. si de Terra de priuileg. l. 1. ff. ad Maced. Gloss. & DD. in capitul. cum accessissent de Constitut. Franch. decision. 125. Gull. obseruat. 60. lib. 2.* cum adductis à *Viscont. in conclusion. aur. in verb. priuilegium Illustriss. Episcop. Ricc. in collect. decision. collect. 861.* & ad materiam *Reg. Tapia de Constitution. Princip. part. 2. capitul. 1.* vbi distinguit casus *Sayr. de legibus, lib. 8. cap. 34. Bonacin.* in eiusdem tituli *tractatu disput. 1. quæst. 3. puncto 8. §. 5.* vbi de affirmatiuis, & negatiuis priuilegijs post multos verba facit, vt apud eum cerni poterit, *Maitrill. decis. 96. Apicella allegat. 8. Theodor. allegat. 30.* vbi quod non vtens non po-
3 test amplius redire, de quo nos *forens. quæst. 8. numer. 6. lib. 1. Anna consil. 59. & 105. num. 17.*

4 Cæterum in casu nostro cessabit firmata regula, quando extitisset probatum alias in contradictorio iudicio fuisse iudicatum contra priuilegium Baronis, & illud, vbi casus accidit nunquam fuisse in vsu, vel alias inualidum *Gizzarell. decis. 70. sub numer. 2.* vbi quod nisi talia probentur stabitur priuilegio, licet per centum annos, quis vsus non fuerit ad *Gloss.* communiter acceptatam *in cap. vt priuilegia, §. illud in verbo semel in anno, versic. sed si centum annis extra priuileg.*

5 Si enim occasio vtendi priuilegio non venerit, per non vsum illud non amittit post antiquorum scholam probant *Veral. decis. 379. part. 2. Anna cum addit. sing. 400. Gama decis. 282. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. Gratian. forens. disceptat. 168. num. 55. Illustrissimus Episcopus Riccius collect. decision. 274. & dict. collect. 681.*

6 At circa non vsum scientia Baronis erit necessaria, vt post alios enunciat *Gizzarell. dict. decis. 70. sub numero 5.* nec non patientia, cum videamus patientiam requiri ad acquirendam quasi possessionem præsentandi,
7 quam non posse dici sine scientia patet apud *Ludouisium decis. 417. & Viuian. in tractat. de iur. patronat. part. 2. lib. 11. cap. 6. num. 22.* & quasi possessio non acquiti-
8 tur absque scientia, & patientia eius de cuius præiudicio agitur, nec actus acquisitionis illi nocet *Coccin. decis. 26. numero 4. Seraph. decis. 1463. numer. 5. Rota diuers. decision. 165. numer. 6. part. 4. Rota in recent. decision. 717. part. 2. Mantic. decis. 40. num. 9. Giouagnon. consil. 28. & 29. lib. 2.* Ingeniosissimus, & subtilissimus Senator Pe-
9 demontanus *D. Antonius Monachus decis. Rot. Bonon. 28. num. 52.* Cuius humanitati multum debeo: nam satis pluries me extollit vltra meritum in suo opere de recta feudorum interpretatione præcisè *fol. 130. num. 25.* vbi *profunda memoriæ, & eruditionis legalis virum* me appellat, *fol. 134. num. 14.* vbi *I. C. clarissimum* me nuncupat, *fol. 254. num. 30.* vbi *excellentissimum* me nominat, *fol. 280.* vbi *locupletissimum*, me appellat.

10 Cum scientia, & patientia eius contra quem possidetur dicatur subiectum, & substantia quasi possessionis *Seraph. decis. 436. num. 3. Gratian. forens. disceptat. 113. numer. 52. Mantic. decis. 207. num. 6.*

11 Et ad acquirendam quasi possessionem contra plures, seu in iure pluribus communi pro indiuiso singulorum requiritur scientia, & patientia, alias vnius ignorantia, vel contradictio impediret acquisitionem talis possessionis, etiam quoad scientes, & patientes *Capyc. decis. 57. & 209. Gratian. forens. disceptat. 426. num. 8. & 9. potest. de spol. cap. 16. num. 169.*

12 Quæ sane scientia, & patientia non præsumuntur, & proinde veniunt probandæ ad textum *in leg. verius, ff. de probat. Rota diuers. decis. 327. num. 4. & decis. 547. num. 3. part. 4.*

13 Illarumque probatio, seu præsumptio orirerur ex facti qualitate, multiplicitate actuum, diuturnitate temporis, & vicinitate *Canalc. decis. 631. num. 3. Rota in recent. decis. 533. num. 4. part. Gratian. forens. disceptat. 681. num. 13. & 32. Garsia de beneficijs part. 5. cap. 5. à n. 129. Giouagn. consil. 10. num. 13. lib. 1.*

14 Et scientia pariter præsumeretur ex actibus, quos perquirere, & scire debet ad tradita per *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 23. num. 66. Rot. diuers. decis. 166. part. 1. & in Bonien. professionis Lunæ 14. Martij 1622. coram R. P. D. Merlino.*

15 Et nedum scientia, & patientia Baronis sufficiet, sed etiam officialium ipsius *Houded. consil. 17. num. 9. lib. 1. Surd. consil. 28. à num. 33. Tusc. conclus. 823. lit. V. Rota in Tusculana siluarum coram Eminentissimo Cardinali Verospio, & in dicta Bononien. professionis coram Merlino,*
16 vbi quod scientia officialium sufficit ad possessionem Vniuersitatis amittendam, vt dicatur de scientia prioris, seu alterius officialis regularis respectu regularis eius subditi fugitiui, vel qui ad aliam religionem, siue licentia transiuit.

Et hæc satis sint pro complimento huius primæ sectionis ad laudẽ Sanctiss. & indiuiduę Trinitatis. Amen.

Finis primæ Sectionis.

SECTIO SECVNDA.

IN QVA PERSONÆ PRIVILEGIATÆ huiusmodi Electionis, & variationis Fori beneficio gaudentes recensentur.

PRÆFATIO.

Absolutis iam in *prima sectionis* generalibus quæstionibus nedum vtilibus, sed & necessariis, deueni in secunda ad enumerationem personarum, quibus tale fori electionis priuilegium iura concedant, sed antequam ad illam descendatur, tibi æterno Patri Opifici rerum Totius Moderatori sit omni tempore Laus, Tibi Filio Dei Vnigenito, Humani Generis Redemptori Immortalis sit gloria, Tibi Spiritui Sancto, Sanctorum Munerum largitori perpetuus sit Honor, Tibi Beatissimæ MARIÆ VIRGINI Filiæ, Sponsæ Matrique Dei incorruptæ, cuius patrocinio inter Orbis miserias, inter varios rerum casus, inter labores me seruaturum profiteor, ago gratias immortales, quibus per actis (vt debeo) ecce iam accingor, & incipio.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus gaudet fori electione, etiam post matrimonium contractum, & gaudet primo, & secundo beneficio, num.9.*
2 *Pupillus non desinit esse talis per matrimonium.*
3 *Matrimonium non facit pupillos maiores.*
4 *Minor per contractum matrimonij, non liberatur à curatoris potestate.*
5 *Minor per contractum matrimonij, absque curatoris authoritate contrahere nequit.*
6 *Filij quamuis per contractum matrimonij, vbi adest consuetudo liberentur à patria potestate, non amittunt fori electionem.*
7 *Minores quare curatori subsint.*
8 *Minor potest cogi ad curatorem suscipiendum, quamuis coniugatus sit.*

ARGVMENTVM.

Pupillus vxoratus, an Electionis Fori priuilegio gaudeat.

QVÆSTIO I.

Regula sit affirmatiua, non obstante matrimonii contractu pupillum gaudere fori electionis priuilegio, sicque dicebam in facti contingentia ad fauorem Bartholomæi Ripanouæ, qui in pupillari ætate (nam erat aptus matrimonio, & malitia supplebat ætatem) iam cum vxore reperiebatur, eratque coniunctus cum illa, *vt in cap.fin.de despons.impuber.Sanch.de matrimon.lib.1.disput.16.*

2 Per contractum enim matrimonii non desinit quis
3 esse pupillus, cum matrimonium inter tales viri potentes, iuxta *S.C.T.* formam, contractum non reddat eos maiores *Gloss.in cap.puberes, in verbo ostendit, de desponsat.impuber.Suarez in l.9.tit.de los pleitos, nu.38. Mexia ad leg.Tolet.6.fundam 2.part.nu.10. Peguer.dec.134. Azeued.in l.8. num.47.tit.1.lib.5.recopil. Papon. lib.16. tit.1.Arrest.16.*

4 Indè per contractum matrimonii, non esse minorem
liberatum à curatoris potestate, elicitur *ex leg. non eò
minus, C.de procur.l.de his C.de administr. tutor.l.3.C.de
interdict. matrimon.* & ex aliis iuribus concordantibus
*Baez. de inope debitor. cap.14.num.4. Cancer.var.resolut.
tit.de act.& obligat.cap.primo, num.127.tom.3.* firmans,
absque curatoris authoritate, huiusmodi minorem
5 contrahere non posse, & in illo esse sectandam dispo-
spositionem, quæ in cæteris minoribus est recepta,
de qua *in leg.si curatorem habens, Cod. de restitut. in
integr.*

Quæ sanè adeò sunt vera, vt habeant locum, quam-
6 uis in Regione vigeat statutum filios contracto matri-
monio, à patria potestate liberari, *Gregor.Lopez in l.
3.Hispan.tit.15.p.2. Parlador.rerum quotid.lib.1.cap.12.*
7 cum aliis, de quibus *Giurba dec.189.* vbi reddit ratio-
nem, quia minores ideò curatores accipiunt, quia
suis rebus sufficere non valent, *l.1.ff.de minor.* & quan-
do minor vxorem ducit, magis vrget ratio, cum tunc
duplicatis curis distringatur, & proindè fundat, quod
ille curatorem non habeat, & si coniugatus, poterit
adstringi, vt illum sibi eligat in lite aduersus eum mo-
uenda ab actore, & in subsidium iudicem prouidere
debere, *leg.1.Cod.qui pet.tut.& curat. Dec.cons.700.nu.
7.Gayl.obseruat.108.lib.2. Afflict.decis.236.num.2.Cardinal.Tuscus conclus.1103.numer.14. Mysinger.obseruat.
87.cent.*

87.*cent.*1.*& obseru*,31.*cent.* 2.*Marescot.var.resol, lib.*2.*c.*
145.*Cacheran.deci.*89.
9 Hinc tali competere primum, & secundum benefi-
cium, ex supradictis tutò infertur dicendum, prout &
fuit instatum à Iacobo Anello Pisciotta, in causa quam
habebat cum Nicolao de Gentile.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori competit habenti patrem ingressum Religionem.*
2 *Mors ciuilis ex ingressu Religionis proueniens, operatur eundem effectum, sicut naturalis.*
3 *Religionem incapacem ingrediens, dicitur mortuus, & & num.5.*
4 *Dispositio facta post obitum alicuius, an locum habeat illo monasterium incapax ingresso.*
6 *Obedientia quid operatur.*
7 *Societas morte ciuili sicut naturali finitur.*
8 *Mors ciuilis, quando operatur eundem effectum sicut naturalis.*
9 *Dos, & donatio propter nuptias, lucratur per ingressum Religionis.*
10 *Matrimonium dissoluitur per ingressum Religionis.*
11 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando operatur eundem effectum, vel eadem viget ratio, num.*12.

A R G V M E N T V M.

Filius pupillaris ætatis habens patrem Religiosum, an electione fori vtatur.

Q V Æ S T I O II.

1 Regula sit affirmatiua, competere scilicet electio-
nis fori beneficium existenti in pupillari ætate
2 habenti patrem, qui ingressus sit Religionem, cum
tunc patre orbatus videatur, & mors ciuilis exordiens
ex ingressu in Religionem, in hoc operetur eundem
effectum, quem naturalis mors operatur; parq; ratio
versatur, idemque ius in vtraque morte, cum per in-
gressum in Religionem filius videatur destitutus pater-
no præsidio, & proinde mors ciuilis æquiperatur na-
turali *Soccin. consil.*92. latè *Honaed. consil.*62. fusè *Sesse
decis.Rot.Aragon.*44.*tom.*1. vbi quod ideo ingrediens
Religionem incapacem bonorum in communi æquipa-
ratur verè mortuo ex magis communi *DD. sententia, de
qua per eundem loco cit. numer.*8. *Reg. de Ponte consil* 159
4 *volum.*2. vbi agitur de morte naturali, & ciuili; & præ-
sertim, an dispositio facta post obitum alicuius locum,
habeat illo Monasterium capax ingresso, vt affluenter
apud ipsum cerni poterit copiosè *Menoch.cons.*980.*vol.*
10. *Mastril. decis.*65. *Fontanell. de pact. nupt. claus.*4.
*glos.*2.*num.*37.*Moles. ad consuet.Neapol.par.*4.*tit.de suc-
cess.ab intestat.q.*65.*tom.*1.
Confert *textus in l.Deo nobis, C.de Sacrosanct. Eccles.*
5 vbi elicitur, quod Religionem ingressus, & professus,
dicitur ciuiliter mortuus, vt probant etiam *Tuschus
pract.conclus.*392.*lit.M.Peregrin.de iure fisc.c.*5. *num.*12.
*lib.*3.
6 Ratio est, quia per obedientiam, propria volunta-
te priuatur illamq; a se tollit, ac in Deum transfert,
vel eius ministrum, & sæculo renunciat, in totum Dei
seruitio mancipando statum professionis assumendo, vt
tradit *Barbos.in rubric.ff.solut.matrimon.part.*2.*num.*76.
quam Conclusionem intelligas, quoad possessionem
propriæ voluntatis, & bonorum corporalium, secus
quoad perdenda naturalia etsi illa contemnere debet,
*de Vechis in prax.in admittend.ad relig.stat.nouit.disp.*13.
*dub.*9.*num.*3.

7 Iuuat hanc patrem simile illud Societatis, quæ morte
ciuili sicut naturali finitur, *leg.* 1. *§.fin.ff. de bonor. possess.
contr.tab.l.actione, §.publicatione, ff.pro soc.§.soluitur, in-
stit. de societ. Aretin.in §.enim autem, num.*5.*institut.quib.
mod.ius patr. potest.soluit.* vbi declarat, tunc mortem ci-
8 uilem operari eundem effectum, sicut naturalis, quan-
do sumus in iis, quæ sunt iuris, secus in iis, quæ sunt fa-
9 cti, *Villalob.verb.mors num.*130 *Natt.consil.*282.*num.*8.
vbi declarat, quando mors ciuilis operatur, vel non
operatur eundem effectum sicut mors naturalis; & po-
nit exemplum in statuto de lucranda dote vel donatio-
ne propter nuptias coniugis, quod verificatur in mor-
te ciuili per ingressum Religionis, propter quem ma-
10 trimonium est dissolutum, *Rom.in leg.si enim dotem, nu.*
15.*ff.solut.matrim.Paris.cons.*5.*num.*150. *Alex.cons.*139.
*num.*8.*lib.*2.*Pacian.cons.*19.*num.*10. *& seq. lib.primo*, vbi
quod habet locum etiam in dispositione hominis con-
ditionali, *Caph.cons.*392. *num.*31. *lib.*2.*Molin.de primo-
gen.cap.*13.*num.*94.*lib.*1. *Tusch.cit.conclus.*393. *num.*25.
*Decian.cons.*86.*num.*39. *lib.*3. vbi pariter ampliat, mor-
11 tem ciuilem æquiparari naturali, quando in vtraque
est idem effectu, quoad id, de quo quæritur etiam in
casibus à iure non expressis, *Menoch. cons.*227. *num.*45.
*Fusar. de substit.quæst.*430.*num.*14. *&* 18.*Surd.consil.*90
*num.*27. & eadem viget ratio, quæ in naturali, nam
12 tunc mortem ciuilem æquiparari naturali, resoluunt
post cæteros *Caual. commun. contra commun. quæst.*63.
*num.*1.*Raudens. de praloq.lib.*1. *cap.*34.*num.*10.*Farinac.
in fragment.crimin.lit.M.num.*368.*Castill.controuers.iur.
lib.*3.*cap.*13. vbi fusè calamo materiam tractat, & per
plura cumulat.

S V M M A R I V M.

1 *Filius in pupillari ætate existens habens patrem negligentem in accusando de iniuria sibi facta, habet fori electionem.& nu.*2.*&* 16.
3 *Negligentia patris, non debet nocere filio.*
4 *Negligentia vnius, alteri non nocet.*
5 *Patrem negligentem habere, & non habere parificantur, & num.*9.
6 *Pater negligens, habetur pro non patre.*
7 *Negligentia, morti æquiparantur.*
8 *Nullum esse, & esse absque effectu æquiparantur.*
10 *Negligentia magna, culpa est.*
11 *Culpa magna est dolus.*
12 *Negligentia magna dicitur, non facere, quod cæteri patres facere solent.*
13 *Negligentia in habentibus officium, quando contineat culpam.*
14 *Administrator in sua administratione, omnem diligentiam adhibere tenetur.*
15 *Iniuria facta filio, a patre prosequi debet.*

A R G V M E N T V M.

Filius pupillaris ætatis habens patrem negligentem, an Fori Electione gaudeat.

Q V Æ S T I O III.

1 Regula sit affirmatiua, nempè filio in pupillari æ-
tate constituto, habente patrem negligentem
in accusando de iniuria atroci eidem factæ, competere
beneficium electionis fori, itaut ex priuilegio, *lege v-
nic. Cod. quando Imperat.* Regia Tribunalia adire va-
leat ad hunc effectum, & iudicatum per Magn. Cur.
Vic. & confirmatum per Sacrum Consilium ostendit
*Ronit.decis.*49.

Probat

Probat ſuam hanc opinionem, imò deciſionem fa-
2 ctam ex eo, quia non eſt habenda ratio paternitatis,
dum erat negligens in accuſando, vel in proſequendo
expoſitam quærelam ſtante remiſſione ab eodem fa-
cta, quia huiuſmodi actus operantur, ac ſi Pater non
extaret, & conſequenter filius, vti pupillus reputatur,
& proindè iure proprio datur eidem facultas quærelan-
di, ipſinſq; vindictam proſequendi.
3 Negligentia ſiquidem patris, filio nocere non debet,
ad text. in leg. rem hæreditariam, in fine, ff. de euict. leg. 3. ff.
de tranſact. l. fin. ff. ad Sillan. an. leg. non debet, ff. de regul.
4 *iur.* quibus iuribus canonizatur axioma, negligentiam
vnius, alteri obeſſe minimè debere, probat *Thomaſet.*
reg. 190.
5 Et parificantur, habere patrem negligentem, vel il-
lum non habere; cum pater negligens, pro non patre
6 habeatur; & hoc ratione inutilitatis, quæ inutilitas
operatur; cum impropriè tunc cenſeatur pater, & lar
go modo, non autem ſtricto, ex dictis per *Cardoſ. in*
prax. Iudic. & Aduocat. in verbo priuilegium, num. 12. Car-
dinal. Tuſch. concluſ. 8. lit. V. Bernard. Greue ad practu.
Camer. Imperial. lib. primo, concluſ. 1. conſider. 1. Caroc.
106.
7 Et negligentia morti æquiparatur, *lege vnic. C. quan-*
do non pet. part. Pariſ. conſ. 119. num. 27. libr. 4. Medic. in
tract. mors omnia ſolui. p. 1. num. 104. Maia conſult. deciſ.
1. num. 17. alia loca cernat.
8 Necnon eiuſdem conditionis eſt aliquid eſſe nullum,
vel eſſe abſque effectu, *Mar. Antonin. variar. reſolut. lib.*
1. reſolut. 61. num. 24. Surd. deciſ. 21. numer. 22. Monach.
deciſ. Bonon. 40. num. 20. & abſque effectu videtur pater,
dum iura filij non proſequitur, & in illis negligens re-
peritur.
9 Vndè cum parificetur habere patrem negligentem,
vel illum non habere, ſuccedit regula, vt in huiuſmo-
di caſu eadem ſubintret iuris diſpoſitio, idem exoriatur
iudicium, *c. inter corporalia, & cap. ſicut ergo de tranſlat.*
Epiſc. eademque ſit natura, *l. ſi ſocer in fine, ff. ſolut. matr.*
eademque in ſit potentia *l. 1. §. veteres, ff. de acquir. poſſeſ.*
l. ſi reus ff. de duobus reis.
Super additur conſideratio, hoc priuilegium eſſe
concedendum filio habenti patrem negligentem, & pa-
ternum officium non exercentem in odium eiuſdem
patris, qui ex nota talis negligentiæ, debet eſſe ſpriuatus
patriæ poteſtatis vinculo, ſeu ſuperioritate, maximè
dum filii in hoc concurrit fauor, vt in caſu ſuo dicit
Maia d. conſult. 1. num. 19.
10 Siquidem negari nequit, magnam negligentiam,
culpam eſſe, & magnam culpam, dolum, *leg. magna,*
11 *ff. de verbor. ſignific.* magnaque negligentia, vtique re-
12 putatur non facere id, quod cęteri patres, vel maior
pars illorum agere conſueuit, quæ huiuſmodi caſu cul-
pæ annumeratur, imò nuncupatur culpa lata, *l. latæ cul-*
pæ, & l. cedere diem in fine, ff. de verbor. ſignific at. Caſtrenſ.
conſil. 24. nu. 29. lib. 1. Guid. Pap. dec. 473. imo pariter do-
lo prope eſt *l. ſi fideiuſſor. ff. mandat. leg. fin. ff. de fideiuſſor.*
l. impuberibus, §. fin. ff. de ſuſpic. tutor. comprobat *Rouit.*
13 *deciſ. 36.* vbi plura recollegit occaſione diſcuſſionis,
quando negligentia in habentibus officium cum admi-
niſtratione contineat latam, latiſſimam, leuem, aut le-
uiſſimam culpam, vel etiam dolum, ſaltem præſum-
ptum, & quatenus puniatur, firmans *num. 15.* Admi-
14 niſtratorem teneri in ſua adminiſtratione adhibere o-
mnem diligentiam, & ea omiſſa, delinquere; & hoc
in caſu teneri etiam de læuiſſima culpa, *vt nu. 19.* idem
teſtatur.
15 Certique iuris eſt patrem iniuriam factam filio, pro-
ſequi debere, & coram Iudice perſiſtere contra reos,
& in hoc debitam adhibere diligentiam; cum paterni
muneris, ſit filios defendere, illiſque opitulationem
dare, nedum circa educationem, ſed etiam circa ho-
noris conſeruationem; itaut non agendo videtur eſſe
in culpa, cum omittat agere ea, ad quæ tenetur, &
ideò vti culpoſus remouendus venit à patria poteſtate
qua remota, certè filius exiſtens in pupillari ætate,
pupillus cenſebitur, & conſequenter pupillorum pri-
uilegijs vti poteſt.

16 Cum licet propriè pupillus in hoc reputari non vi-
deatur impropriè tamen talis vtique nuncupabitur,
quia in effectu vno, eodemque tempore patrem, etſi ha-
beat, id non habitu cenſeatur verum, non autem in actu
ideſt pro ſuccurrendis neceſſitatibus filij; quid enim im-
portat habere patrem, & illum paterno minimè fungi
officio? certè idem videtur, ac ſi non haberet, cum in
beneficium filii paternitas nihil operetur, prout ſic re-
ſpectu Prælati negligentis in cura Eccleſiæ, Abbatis ne-
gligentis in ſua Abbatia, Parochi negligentis in ſua Pa-
rochia, & in ſimilibus concludendum venit, ex dictis
per nos forenſ. q. 167. lib. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium competens pupillis, competit minori-*
bus.
2 *Priuilegium leg. vnic. C. quando Imperat. competit mino-*
ribus.
3 *Minores gaudent priuilegio electionis fori, & nu. 4. 5. &*
8. & 15.
6 *Pupillorum appellatione, qui veniunt.*
7 *Subſtitutio pupillaris, quando expirat.*
9 *L. vn. Cod. quando Imper. inter pupill. & vid. loquitur de*
pupillo.
10 *Pupillus quis dicatur, & nu. 17. & 19.*
11 *Verba rubrica non ſunt transformanda.*
12 *Minores quamuis potiuntur priuilegijs, minorum non po-*
tiuntur fori electione.
13 *Minores quatuordecim annorum, non dicuntur pu-*
pilli.
14 *Reſtitutio in integrum datur minorib.*
16 *Electio fori competit poteſt pupillarem ætatem.*
18 *Verba loquentia de pupillo, intelliguntur de minore qua-*
tuordecim annorum.
20 *Variatio facta contra ius, dicitur nulla.*
21 *Dominium rei emptæ, & cuius peti poteſt ius congrui per*
vicinum non transfertur non facta denunciatione vi-
cino.
22 *Nemo dat, quod non habet.*
23 *Priuilegium fori, an acquiratur ex titulo lucratiuo.*
24 *Voluntas magis per facta, quam per verba declaratur.*
25 *Præcedentia declarantur ex ſequentibus.*
26 *Dictio* etiam, *quod importat.*
27 *Decretum Iudicis in confirmatione tutelæ, quid ope-*
ratur.
28 *Mater tutrix quæ adimplere debet, & num. 29.*

A R G V M E N T V M.

Minor, an Electionis Fori priuile-gio gaudeat, ſi careat patre.

Q V Æ S T I O IV.

1 REgulam fundando aſſeuerat nouiſſimè *Rouit. deciſ.*
27. nunquam ſibi innotuiſſe dum in forenſi pul-
uere verſatus eſt, quin priuilegia competentia pupil-
lis, competant pariter minoribus ſuper quatuorde-
cim, ſed infra decem octo annos, & propterea ſemper
in praxi obſeruatum vidiſſe, vt priuilegium *l. vnic. Cod.*
2 *quando Imper. inter pupill. & vid.* competeret indifferen-
ter etiam minoribus prædictis infra annos decem, &
octo, & ſic paſſim expeditas fuiſſe prouiſiones à Regiis
Tribunalibus ſuperioribus ad inferiora, ne procede-
rent in cauſis talium minorum, quoties ipſis inſtanti-
bus cauſa conuolaſſet ad Regia Tribunalia ſuperiora
per viam electionis fori, & ita ſe referente fuiſſe inter-
poſitum

positum decretum per Sacrum Consilium in Banca Borrelli.

Et pro regula tradit pariter *Gallup. in prax S.C. p.2. cap.6.numer.3.* Minores gaudere priuilegio Electionis fori.

4 *Et Couar.pract.quæst.cap.6. sub num.2.* asserit praxim recepisse tale priuilegium suffragari minoribus vigintiquinque annis, vsque quò durat minor ætas de iure communi, cuius sententiam mordicus tutatur *Carleual.de iudic.tit.primò, disput.2. quæst.6. sect.septima, num. 332.*

5 Ego tamen non possum claudere oculos, & huic acquiescere opinioni, sed inhærendo alias dictis *quæst. 4. sect.1.in altera parte huius praxis*, aduerto puluerem Tribunalium obcecasse oculos fundantis regulam in fauorem minorum decem octo annorum de Iure Regni, & vigintiquinque de iure communi, & proindè vti cœcum viam veritatis, minimè inuestigasse, tum ex terminis, tum ex authoritatibus, tum tandem ex rationibus, quamuis minores alias Reipublicæ loco esse, & eodem iure vti solere, probent *Mysinger. obseruat.60.num.4.cent.4.Lingloss.dec.9.q.2.num.9.*

Et incipiendo à terminis quis est qui ignoret pupillis tantum esse concessum hoc priuilegium, tam de iure communi, quam Regni, & certo certius pupillorum
6 sub nomine comprehendi versantes sic intra annos quatuordecim *Natta consil.590.num.3. Præs. de Franch.dec. 100.numer.17. Castill.controuers.iur.lib.3. cap.15.numer. 17. Cancer.var.resol.lib.2.cap.2.nu.13. Thomas Valasch. allegat.65.ex num.11.* quos modernè ad hunc effectum recollegit *Barbos.in collect.DD.ad l.vnic.sub num.33. C. quando Imperat.*

7 Indè in hac ætate expirare pupillarem substitutionem probarunt *Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.72. num. 4.Gomez. variarum resolut.tit. de substitut.cap.4. Trentacinq.in tract.de substitut. cap.19. num.3. part.2. Giurba in comment.ad Consuetud. Messan.cap.12.gloss.prima, num. 15.* quod ex facto asserebatur in causa Marci Aurelii de Iannone cum Petro Paulo Floccaro.

8 Dixi ex authoritatibus, quia contra minores, ne habeant fori electionis priuilegium, dum transcensus est annus quartusdecimus annuere *Capiblanc. in pragmatica 8.part.1.num.314. de Baron.tom.1. Thor.in Compend.decis.Regni in verbo minor,par.prima,* & iterum *vot. 66.nu.25.Thomat.dec.Rot.Maceratens.85.nu.39. Illustr. Episcop.Ricc.collect.decis.2360.* & iunctis aulis iudicatum *in S.C.* retulimus *in Rubr.de infantibus perditis in collect. super pragm.Regni.*

9 Dixi ex rationibus, quia *leg.vnic.C.quando Imp.inter pupill.& vid.* loquitur per verba expressa de pupillo, &
10 pupillus dicitur qui est impubes, & sine patre *l.pupillus,ff.de verbor.signific.Honor.Van. in summ.decret. lib.5. tit.23.numer.secundò, Virgil.de legitim.person. cap.primò, num.3.*

11 Vndè non est facienda extensio ad adultum, siuè puberem, quia esset transformare propria verba Rubricæ, *& text.Cod.quando Imperat.* quod non est licitum, quia dum lex est scripta de pupillo in eo debet intelligi, & propriè venit seruanda, etsi dura *leg.prospexit,ff. qui, & a quibus, Roland.cons.99.num.47.lib.2.Cranett.consil. 46. num.2. Armedanz.in addit.ad recopilat.leg.Nauar.in proem.num.152.* maximè dum illa est ex specie sub certo casu *Becc.cons.51.nu.18.& seq.*

12 Vndè non benè trahi potest consequentia minores potiuntur priuilegiis pupillorum, igitur potiri debent priuilegio electionis fori, quod specialiter pupillis stat concessum.

13 Cum maiores quatuordecim annorum non dicantur pupilli, validum est enim dicere pupillos minores esse, sed non è contra minores dici pupillos, vt probat *Imbrian.* qui multa cumulat *in tract.de 1.& 2. benefic.consid.3.nu.4.cum seq.*

Inde *Palma aduers.iur.part.2.glos.16.* meritò post nostra *scripta in hæc prorupit verba.*

Vnum tamen non omittam in hac materia, quod & si indubitati iuris sit, vidi tamen aliquos errare, nam
14 quamuis minoribus etiam puberibus læsis in iudicio, & contractibus detur restitutio in integrum, ne dum de iure communi, sed etiam Regni, *vt in constit. minorum iura,* & iudicium cum eis actum nullum sit sine cu-
15 ratore Tamen priuilegium eligendi forum minoribus non impartitur, nisi impuberes sint, & pupilli *Gloss. in cap.2. 87. distinct.* nam ll. communes, & Regni pupillis, & non minoribus puberibus priuilegium electionis fori concedunt, *vt in rubric.& d.l.vnica, C.quando Imper.inter pupill.vid. & miserab.person. in Constitut.statuimus in Ritu M.C.V.230.231.233. & 234. in capit.Regni incip.quod decretum num.42.de violent.numer.150.* vt delatas, *num.230. & in cap.Regium Officium, in cap.administratores 23.quæst.5.* quod aliis minoribus pauperibus tamen non impartitur, vt aliqui tempora non distinguentes credunt, & ita doctè aduertit *Nouarius in particulari tract. de elect. fori quæst.6. numer.5. sect.1.* ad quem in hac materia semper *erit recurrendum*. Hæc ille.

Et iuxta supradictam opinionem reperi tentum in quibusdam allegationibus antiquis inter schedulas doctissimi D.mei Genitoris Io.Dominici Nouarii, quas hic reportare placuit, licet illæ hunc articulum solum principaliter non tangant, sed alias pariter in eadem materia, quarum tenor est, vt infra.

Non potuit aduersaria tam audaciter affirmare opposita per Franciscum de Sion circa prætensas nullitates non fuisse euacuata, cum iudicis sit hoc discernere, quia est optimus Medicus, & ex operatione sequenda, mediante decreto interponendo cognoscetur si medicina fuit sufficiens ad euacuandum morbum peccantem, sufficit quod conuenta ex suis proprijs verbis intendens redarguere actorem se ipsam accusat, declarando habere morbum peccantem, quasi quod non habeat bonam, sed morbosam, & malam, causam; Ad quod probandum vltra alia adducta considerandum est contrarium esse omnibus iuribus adultis, &
16 sic post pupillarem ætatem competere fori electionem, & variationem siquidem constitutio per defendentes aduersariam citata non loquitur de pupillo, nec de minore, sed de miserabilibus personis, *& Isernia,* ibi extendit ad pupillam, allegando *textum in lege vnica, Cod.quando Imper.inter pupill. & vid.* qui cum lo-
17 quatur per verba expressa de pupillo, & pupillus est is, qui est impubes, & sine patre *l.pupillus, ff.de verb.& rer. signific.* non est facienda extensio ad adultum, siue puberem.

18 Nec *decisio Vincent. de Franchis,* fuit benè intellecta *decis.102.* quia dum loquitur de pupillo semper intelligit in minore quatuordecim annorum loquendo in masculo, & non per hoc quod dicit pupillum esse, quæ non habet patrem negat forsan pupillum non esse im-
19 puberem, idest minorem quatuordecim annis si est masculus, & duodecim si est fœmina, quia in hoc valdè erratur, & nulla fit restrictio ad dictam constitutionem, cum lex sit scripta de pupillo, & in eo debet intelligi, quod si videatur dura legatur *text. in l.prospexit, ff.qui,& a quib.*

Termini virginitatis, nec possunt verificari, cum numquam Camilla variauerit vti talis, nec probauit se talem, & ideò nulla ratio habenda est *l.non ignorat cum concordantibus.C.de his, qui ac poss.*

Quod iuramentum non fuerit corporaliter præstitum ex eisdem actis apparet, & quam sit contrarium *dictæ constitutionis statuimus,* quilibet apertè percipere potest, vnde debuerunt erubescere dantes intellectum
20 contrarium verbis expressis *constitutionis*, quæ ad vnguem seruanda est, vt iacet, & cum asserta variatio reperiatur facta contra ius habetur pro nulla *l.non dubium, C.de leg.*

Camilla fuit conuenta ex contractu paterno, cum ius congruum sit directum aduersus contractum emptionis terrarum factum à Ioanne de Honofrio eius patre, & nec fuit opus rescindere instrumentum donationis vti nullum, & simulatum ex prætensa donatione incontinenti facta, quia penès Camillam vti assertam donatariam nullum dominium dictarum terrarum erat translatum, nec residebat per verba constitutionis Re-

gni

gui sancimus ibi, *non aliter ei concedimus alienare, nisi prius denuncietur illis quos vocamus per ordinem in iure protomiseos*, quæ verba sic prohibitiua vni etiam ex contrahentibus directa contractum annullant, & consequenter etiam in emptorem, & sic Ioannem de Hono-
21 frio, per venditores, non præcedente denunciatione non potuit dominium transferri contra legem expresse illud prohibentem, vndè cum non habebat ipse dominium, nec poterat transferre in filiam donatariam, cum
22 nemo det quod non habet, *leg. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* doctrina est *Bar. in l. cum lex, ff. de fideiussor.* motus per *textum in l. non dubium, C. de legib.* idem voluit *Bart. in l. si ita, §. ea lege, ff. de verb. oblig. in verb. oblig. in verb. quæro vtrum prohibitio regalis Alexand. in additionibus ad Bart. in l. 2. ff. de actionib. empt.* & in propriis terminis huiusmodi donationis sic nullæ simulatæ factæ, vltra alios latissimè declarat *Maxill. super Consuetud. Barensi in §. ius protomiseos sub cod. tit. de iur. protomis.* Vndè cum dominium non resideret penès Camillam simulatam donatariam non potest tractari vti tali spectate proprium priuilegium variationis fori, tantò magis, quia post dictam donationem nullam repertum est donatorem possidere, quo casu habetur, ac si donatio non esset facta, iuxta notata *per Bart. in l. post contractum*, cum aliis, *ff. de donationib.*

Et quatenus vti prætensa donataria, & cessionaria diceretur conuenta, quod non affirmatur, ob quod posset prætendi vti proprio priuilegio ex Ritu Magnæ Curiæ est aduertendum istam non esse cessionariam ex titulo oneroso, sed ex titulo lucratiuo, & proindè,
23 nec gauderet, vt *in Ritu Magnæ Curiæ* 228. & parum refert posse allegari personas miserabiles etiam ex titulo lucratiuo gaudere, vt notat *Præsides de Franch. decis. 195.* nam resolutio est clara, attendi debere tempus cessionis quo habebat patrem, & non dicebatur pupilla, nec fuit probata virgo, vt inter personas miserabiles connumerari possit, sed dato quod esset talis, adhuc priuilegio, caret, cum cessio, & donatio ex prædictis appareat simulata, quem casum ibidem de Franchis, excipit, dicendo data tamen cessione vera, non simulata.

Vnde quocumque se vertat aduersaria semper est affirmandum non potuisse gaudere priuilegio variationis & per consequens ex hoc capite acta remanent validissima.

Si postea asseratur acta inualida ex capite defectus tutoris, seu curatoris satis fuit responsum Franciscam non tantum fuisse citatam vti interesse prætendentem, sed etiam vti matrem, & tutricem, dum fuit exhibita copia testamenti, in qua talis fuit destinata, cum vo-
24 luntas magis declaratur per facta, quam per verba. *l. si tamen. §. et, qui seruum. ff. de edil. edict.* & ex sequentibus
25 declarantur præcedentia, *l. Titia, §. si idem, ff. de verb. obligat.* Imò dicitur fuisse instatum ipsam intimari vti tutricem ad quod præsupponendum est, quod dum Camilla non erat infans potuit libellus dirigi in eius personam tantum cum authoritate tutricis, quæ iam fuit intimata etiam vti tutrix per illa verba libelli instando etiam omnia prædicta notificari honestæ Francisca de Sancto matri dictæ Camillæ pro suo interesse,
26 quia illa dictio *etiam* sic declarat quasi dicat, quod non solum notificetur Franciscæ vti tutrici (quod erat clarum, & necessarium, sed etiam vti matri pro suo interesse, cum ad saluandum libellum, & acta, verba sunt omninò impropriãda, & interpretatio debet fieri eo modo, quo vtilius est ipsi actori libellanti.

Defectus solemnium nihil obstar, nam ad obturandum in totum os aduersariæ, quæ in hoc videtur principaliter se fundare, consideratione dignum videtur dictam Franciscam non fuisse destinatam simplicem tutricem, sed dominam, & patronam bonorum testatoris, & quod non teneatur conficere inuentarium, nec rationes reddere, quæ verba sonant quoddam imperium circa administrationem, & honorem præcipuum habitum coniugi, vt sit dominabilis administratrix, cum videatur concessa generalis, & libera administratio, secundum *Bald. in consil. 429. in primo volum.* & sic cessat requisitio decreti Iudicis, siue agnitio tutelæ co-
27 ram Iudice, quia illud decretum, siue tutelæ agnitio, nihil aliud denotat, nisi ponere in possessionem, seu quasi administrationis tutorem, vt refert *Guid. Pap. in decis. 330.* quæ possessio, dum fuit habita plenè, & libera a testatore, non requirit aliud Iudicis decretum.
28 Vlterius licet mater tutrix teneatur ad illa solemnia, de quibus per *Capyc. in decis. 50.* nihilominus procedunt in matre tutrice a Iudice data. non autem in matre tutrice testamentaria, de qua pater valdè confidit, prout fuit ista, nam ad nullum istorum tenetur, prout de consuetudine seruari refert *Boer.* plures doctrinas citans *in decis. 124. nu. 11. cum seq.* qui togo videatur, cum ponat totum casum præsentis causæ, & idem refert *in decis. 61. num. 23.* dicendo matrem tutricem testamentariam
29 non teneri conficere inuentarium, nec renunciare secundis nuptijs, aut Velliano, nec alijs iuribus pro ea introductis.

Quibus cessantibus cogitur omninò aduersaria fateri fuisse victum suum morbum peccantem ex hac secunda medicina magis abundanti, quæ primo erat omissa, credendo illam petere dictæ conuentæ, eiusq; defensoribus ex iuribus, & doctrinis, tam claris, & notorijs.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit tutori dato illi, qui in ventre est.*
2 *Pupillus dicitur in vtero existens, vbi agitur de fauorabili causa.*
3 *Natus dicitur, qui est in vtero, vbi agitur de eius priuilegio.*
4 *Natus dicitur qui in vtero est, vbi agitur de testamento,*
5 *Natus non dicitur qui est in ventre quod remissionem tutelæ.*
6 *Tutor ventri relictus remissionem facere non potest.*
7 *Faciendum de proximo habetur profacto, impropriè tamen, num. 8. & declara, vt nu. 9.*

ARGVMENTVM.

Tutor datus ventri agens nomine partas futuri, num electione fori fruatur.

QVÆSTIO V.

1 REgula sit affirmatiua competere scilicet electionis fori priuilegium tutori dato illi, qui in vtero est, si agat nomine futuri partus, sic inquam probat *Thom. Valasch. alleg. 65. nu. 13.* quem modernissimè ad id commemorat, & reportat *Barb. in collect. DD. ad Cod. in leg. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. sub num. 33. folso meo 399. col. 1.*
2 Pupillus, inquam, vbi agitur de fauorabili causa, in vtero existens reputatur *Bald. consil. 458. libr. 5. Cardin. Tusch. conclus. 453. num. 5. lit. F.*
3 Et ne absque ratione pertransire videar, illam assignare mihi suadeo, quia natus videtur, qui in vtero est, dum hic tractatur de suo priuilegio, & commodo, *leg. qui in vtero, ff. de stat. homin. leg. cum pater, ff. de negot. gest.*
4 Vt fauore testamenti patet etiam *in l. Titius, §. final. ff. de liber. & posthum.* quod practicaui vti aduocatus in causa *Iulij de Piccolletis, cum Francisco Antonio, & Marcello de Gagliardis*, in qua formabam regulam natum dici Iulium, & si in vtero erat quoad hunc effectum.
5 Licet quoad remissionem tutelæ ob pluralitatem filiorum, & alia ciuilia munera, minimè contineri existentem in ventre alias obtinuerim contra Petrum de

Iacobum

Iacobum de Summante *ex leg.2.§.qui autem in ventre,ff. de excusat.tutor.Rebuf.in l.natorum appellatio,in verb.natus,ff.de verb.signific.per l.quod dicitur, ff.de liber.& posthum.Montan.de tutel.c.35.nu.55.* de quo meminit *Barb. in comment.ad ordin.Reg.Lusit.lib.4.tit.104.nu.4.*

Et secundum supradicta reminiscor obseruatum in causa Petri Angeli Sferæ cum Io:Paulo Montano.

6 Nec in vtero existente partu tutorem ventri relictum posse remissionem nomine posthumi facere, antequam ille lucem videat probauimus *forens.q.9. part.2.* per textum *in l.posthumo,Cod.de collat.*& per theoricam *Bald.in l.2.§.final.ff.de testam. tutel.Ias.in leg.pactum curatoris,Cod.de pactis, Dec.in l.3. C.de posthum. hæredit. instit.*

Indè nulla fuit declarata remissio facta per Io: Baptiptam Geloppum ad fauorem Dominici Anelli Sauletti, eò quia vti tutor datus posthumo nascituro ab Isabella di Violante vxore quondam Iacobi Sallitti, antequam Isabella ipsa perperisset remissionem fecerat de nece ipsius Iacobi non obstante, quod post duos dies posthumus natus fuisset, & allegaretur regula, quod
7 de proximo faciendum habetur pro facto *leg.ex eo tempore,ff.de testament.milit.Anchar. cons.430.* vbi quod habetur pro dato, quod paratum est, vt detur congruunt latiùs adducta per *Card.Tusch.conclus.83. litt.A. tom.1.* vbi declarationes reportat, & illam præcisè, vt intel-
8 ligatur impropriè, cum re vera res non iudicetur ab eo quod erit, sed ab eo quod est, & ideò materia ista est Brocardica, vt annuit *Felyn.in cap.cum adeò à num.*
9 *4.de rescript.* maximè vbi agitur de forma, vel de pœna incurenda, vel vbi spes proxima est fallibilis, quia tunc faciendum de proximo, non habetur pro facto, nec actus perficiendos habetur pro perfecto *Felyn.in cap.eam te, num.16.de rescript.Tuscus dict.conclus.83.*vbi alias illationes conglomerat, vt etiam in materia *Gonzalez in reg.8. Cancellaria gloss.5. à num.92.cum Palat. rubric.in repetit.rubric.de donat.inter vir, & vxor, §.38. Illustrissim. Episcop.Ricc. decis. Cur.Archiepisc.125.part. quarta.*

At in puncto principali, quod curator datus ventri nomine partus futuri nequeat vti priuilegio electionis fori autumat alter *Barbosa* pater supradicti *in remiss. ad ordinat.Regias Lusitan.lib.3. titul.quinto,num.3.fol.225.* ex dictis *per Tiraquell.de retract.lignag. §.primo, gloss.9. num.78.*

Sed tu vides, quænam ex opinionibus verior nam sit.

S V M M A R I V M.

1 *Virgo etsi ætate maior fori electionem habet,num.2.& 10. vbi casus practicatur refertur.*
3 *Priuilegium fori virgini concessum, est concessum qualitati, non ætati.*
4 *Pupillus dicitur,qui est impubes, & caret patre.*
5 *Vidua maior fori priuilegio gaudet.*
6 *Priuilegium concessum virgini conceditur viduæ.*
7 *Virgo comprehenditur appellatione viduæ, amplia,nu.8.*
9 *Priuilegium à Principe dependens latè interpretatur.*

A R G V M E N T V M.

Virgo maior ætate, num electionis fori priuilegio vti legitimè valeat.

Q V Æ S T I O IV.

1 Regula sit virginem (& si ætate maiorem) fori priuilegio legitimè vti posse, prout sic in facti contingentia extitit consultum in causa *Magnifica Violante de Abenante*, dum talis exceptio contra ipsam; quæ elegerat forum suæ Prouincialis Audientiæ per partem aduersam opponebatur tenere *Præs. de Franch. decis.100.num.17.* ibi (autem quando sumus in virgine maiore quatuordecim annorum) *Barbos. in remiss. DD.ad ordinat.Reg.Lusitan.fol.225. numer.3. libr.3. tit. 5.§.3.*

Et quamuis contrarium attentare videatur nouissimè *Danza de pugna DD.tit. de remissionibus causarum, cap.6. num.25. tom.1.* dum in hoc prorupit verba videlicet.

2 *Quod tu intellige procedere dummodo virgo sit maior decimo octauo anno, si esset enim minor decimo octauo, & maior decimoquarto anno, secus esset, & declinare forum non posset exemplo minoris, cum quo non differt ex Clar. quæst.14.num.7.Viscont.ad Franch.decis.100.*

3 Tamen à regula firmata ne recedas quia priuilegium est concessum qualitati virginali, & non ætati, quæ ætas est de essentia in pupillo, quia pupillus is dicitur,
4 qui est impubes, & desinit in patris potestate esse, aut morte, vel emancipatione *l.pupillus,ff.de verb.signific.* & sic de vno ad aliud non potest trahi exemplum quia non conueniunt circa id, & alias nisi ætas impubertatis inesset non posset dici propriè pupillus, quia est qualitas substantialis, & sine qua non.

5 Iuuatur opinio mea, quia nullus ex DD. quos hucvsque vidi se somniauit viduam maiorem non potiri priuilegio electionis fori, & si hoc diceremus in virgi-
6 ne esset pariter dicendum in vidua, eo quia priuilegium concessum virgini illi conceditur, nam comprehen-
8 ditur sub appellatione viduæ *ad textum in leg.malum,§. viduam,ff.de verbor.signicat.Thor.in Compend.decis.Regni in verbo electio fori,fol.364. column.2.& 365. column. 1.part.3. Præses de Franch. decis.100. num.14.* vbi etiam
8 *ex Alberic.* autumat, vt quæ procedunt in vidua obtineant in virgine, & tamen in vidua numquam videmus dubitatum, quod etiam si esset maior non gaudere deberet priuilegio isto, alias esset nimis restringere tale priuilegium in præiudicium ipsarum, quod potius vti
9 dependens à Principe latè venit interpretandum *leg.fin. ff.de Constit.Princip.l.quod vero,ff.de legibus,l.quando, C. de inoffic. testament.* cum latiùs coaceruatis in materia *per Card.Tusc.conclus.49.lit. B.*

10 Indè rationabiliter, tàm in Magna Curia Vicariæ, quàm in Sacro Regio Consilio indistinctè vidi admissas virgines ad electionem fori, nulla de ætate maiori, vel minori habita ratione, prout prisca exempla derelinquendo sic nouissimè fuit seruatum in persona Magnificæ Claricis Spataforæ virginis in capillo ætatis vigintiquinque annorum.

Et iterum cum casus ex facto accidisset pronunciaui vti Consultor assumptus in causa Io. Sebastiani Beuilacquæ cum Mario Spatacello, & vidi confirmatum in gradu appellationis interpositæ alia vice in causa Michaelis Angeli Lombardi, cum Io: Hieronymo Tomacella.

S V M M A R I V M.

1 *Virgo habens patrem gaudet fori electionis beneficio, & num.6. vti sub nomine viduæ contenta, num.2. sed declara, vt nu.8.& 9. & 11.*
3 *Vidua gaudet fori electionis priuilegio,siue habeat patrem, siue non.*
4 *Mulieris sexus infirmus.*
5 *Feminæ sunt caput, & finis familiæ, nec conseruant familiarum honorem.*
7 *D.Petrus Iordanus Vrsinus Præsidens S.C. laudatur.*
10 *Fratri succedunt sorores.*
11 *Authoritas patris, quando non est necessaria, vbi filij querelant.*
12 *Electio fori denegatur virgini, & n.24.& 25.*
13 *In dubio pro pupillo, vidua, & paupere est iudicandum.*

14 *In-*

14 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
15 *Virgo habens patrem, an habeat priuilegium fori, & num. 16. & 23.*
17 *Priuilegium fori quare sit concessum miserabilibus personis.*
18 *Defensio conuenit ratione dominica, vel patria potestatis.*
19 *Securitas est vbi est Princeps.*
20 *Defensio est necessaria in iudicio sicut in prælio.*
21 *Iudicium contentiosum æquiparatur armatæ militiæ.*
22 *Episcopi debent esse defensores pupillorum, & viduarum.*
26 *Virgo comprehenditur sub nomine viduæ.*
27 *Vidua vndè dicatur.*
28 *Vidua potest dici illa, quæ aliquando virum habuit, & quæ nunquam habuit.*
29 *Ignorantibus est succurrendum.*
30 *Pupilli præsumitur ignorare.*
31 *Vidua connumeratur inter personas miserabiles.*
32 *Virgo dicitur miserabilis persona.*
33 *Virgo ex qua via habet priuilegium fori.*
34 *Viduæ gaudens priuilegio virginum.*
35 *Vidua habens, vel non habens patrem quoad fori priuilegium, nihil refert.*
36 *Priuilegium fori fundatur in miserabilitate.*
37 *Pupillus habens patrem, quare non habet priuilegium fori.*
38 *Pupillus non dicitur, qui habet patrem.*
39 *Præambulis interpositio non inducit pendentiam litis, & de ratione, num. 40.*
41 *Litigiosi vitium non oritur ex causa dotis, nec vbi de nomine debitoris agitur, num. 43.*
42 *Dotis priuilegium circa quas personas procedat.*

ARGVMENTVM.

Virgo habens patrem, vel auum sub cuius potestate degit, an Electionis Fori priuilegio validè vti possit.

QVÆSTIO VII.

1 Regula sit affirmatiua competere scilicet beneficium electionis fori virgini, quamuis habeat patrem, vel auum, post antiquiores probarunt *Ægid. in tract. de priuileg. honestat. art. 4. sub num. 5. Trentacinq. variarum resolut. tit. de citationibus, resolut. 2. num. 16. Barbosa in remiss. DD. super Codic. l. vnica quando Imper. inter pupill. & vid. Carleual. de iudic. disput. 2. quæst. 6. num. 536. Rouit. decis. 49. num. 12.*

Et quamuis *in 1. parte tractatus quæst. 13. sect. 2.* in vltima editione *num. 3. vers. verum*, post adductos *DD.* pro regula titubauerim pro contraria parte, pro qua per plures ibidem adduxi, quibus nunc iungo *Gratian. discept. forens. 421. num. 69. tom. 1.*

Tamen Regula satis iustificatur eo fundamento quo
vtitur *Præses de Franch. decis.* 100. quia videlicet
2 virgo gaudet tali priuilegio vti sub nomine viduæ con-
3 tenta, in vidua tamen nulla fit distinctio quoad hoc
priuilegium, an sit vel non sit in patris potestate, quia
siuè sit, siuè non sit, fruitur eius beneficio, ergo simili
modo quoad virginem nulla distinctio facienda est.

Ex quo satisfieri argumento de sumpto ex similitudine pupilli adducto per nos in *cit. quæst. 13.* annuit *Carleual. de iudic. d. disputat. 2. num. 537.*

Siquidem, dum pupillus fruitur tali beneficio, quia pupillus, dum autem est sub patris potestate, non est pupillus, vndè exoritur ne gaudeat, at in virgine, & vidua contrarium reperitur.

4 Insuper adducit disparitatem in sexus infirmitate,
ob quam mulier etiam sub potestate patris constituta dum caret matrimonio, quo fiunt duo in carne vna
censetur priuata defensore carereque vnico illo fœ-
mini sexus auxilio, & firmamento, præsertim cum
mulieres despici soleant a parentibus, & præ filijs ma-
5 sculis sperni, nec extimari, quia per illas, quæ fami-
liæ suæ caput, & finis sunt *l. familiæ, §. 1. ff. de verb. signific. l. pronunciatio, §. final. eodem titul.* familiarum honor,
& dignitas, sanguinisque memoria conseruari nequit.
6 Indè post discussionem articuli factam per allega-
tiones ambarum partium aduersarum, ita decisum
fuit in M. C. V. & confirmatum per Sacrum Consi-
lium, & reclamatione interposita facta relatione die
28. Maij 1636. cum interuentu Spectabilis Petri Ior-
7 dani Vrsini Viri quidem Doctissimi, & omnium vir-
tutum cumulo decoratissimi, ita fuit confirmatum de-
inde penes Secretarium in Banca Serafini, & hoc in
causa Aureliæ Caputæ cum Ioann. Aloysio, & Io: Ia-
cobo Strafella.

Cæterum hac in disceptatione audiamus pariter *Danz. in suo tractatu de pugna DD. tit. de remissionibus causarum, cap. 6.* qui plures facit distinctiones.

8 Principaliter declarando, cessare conclusionem,
quando virgo ageret, aut conueniatur pro bonis ad-
uentijs, vel profectitijs, in quibus pater est legitimus ad-
ministrator, nam cum actio in persona patris resideat,
nequit virgo, nec actiuè, nec passiuè eligere, aut va-
riare forum, vt apud *Capiblanc. pract. quæst. de Baron. cap. 44. num. 14. tom. 2.* vbi etiam *num. 15.* in criminali-
9 bus autumat, vt quando de iure filijs competit ius
accusandi puta pro morte fratris cui succedunt paren-
tes, fratres, & sorores *Auth. defuncto, C. ad Ter-*
10 *tul.* cum in his competat successio, & consequenter
ius quærelandi, & remittendi, vt in *pragm. 8. de composit.* nec sit necessaria patris authoritas, nec consensus,
quando filij accusant pro se, vel alijs *Clar. in pract. crimin. quæst. 14. n. 7.* tali casu competat electionis fori priuilegium iuxta *decis. Præsid. de Franc. 100.*

11 Quod si virgo in propria persona offendatur, & le-
datur, posse in tali casu non obstante quod patrem habeat puta idem *Danz. cit. de remiss. caus. cap. 6. à num. 17. cum seq.* vbi latiùs loquitur.

Sed quia allegationes factæ contra, & pro in memorata causa *Aureliæ Caputæ*, cum illis de *Strafella* ad meas peuenerunt manus placuit illarum tenorem hic imprimi facere, & prima incipit, vt sequitur.

12 Electionem fori petitam per *Aureliam Caputam*
esse denegandam patet, eo quia non videtur comprehendi virgo, nec in rubrica, nec in Nigro *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* At cum in scriptis id non appareat, vt ex multis probare videtur *Giurb. dec. 82. sub num. 1.* & in hanc sententiam inclinare cernitur *Gail. obseruat. 1. num. 42. lib. 1.* quasi quod Imperator Christi sequens vestigia, qui pupillos, & viduas commendauit, dum de illis curam particularem habuit, Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet *Psal. 245. & Exodi cap. 22. viduæ, & pupillo non nocebitis, si læseritis eos voci ferabunt ad me ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli,* cum alijs adductis *per Linglois dec. 9. quæst. 2. num. 10.*

Eodem voluit modo Imperator vti tam in Rubro
scilicet, *Imperator inter pupill. & vid.*, quam in
Nigro in princip. *si contra pupillos, vel viduas*, & in
fine, ibi, *quod si pupilli, vel viduæ &c.* & hinc est quod
13 in dubio iudicandum erit pro pupillo, vidua, & pau-
pere, inquit *Silua. nuptial. libr. 6. num. 27.* & sic nunquam
14 de virgine verbum factum est, quo fit, vt inclusio vnius
sit exclusio alterius *cap. nonne de præsumpt.* & admissio
vnius contrarij sit exclusio alterius *Gloss. in c. 1. de elect. in 6.* cum apud alijs apud *Muscatel. in praxi S. C. lib. 1. part. 7. gloss. præsentatas, num. 7.*
15 Et eo magis tali priuilegio non poterit vti talis Au-
relia virgo cum patrem habeat, nam etsi tale priuilegium sit viduis concessum eo quod virum non habent,
etiam si non habuerint, vt inquit *Gloss. in dict. l. vnica, ver. vel viduas*, neque etiam pupillis, qui sunt impuberes, & non in potestate, sicut *eadem Gloss. eodem*
16 *loco verbo contra pupillos*, aduertit multò magis virgini-

43 Et corruere debet asseueratio partis aduersæ fundãtis, dotis priuilegium procedere in patre, qui dotare tenetur ex officio, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. final. de dot. promiss. Boer. decis.* 130. *num.* 4. amplians procedere etiam si mulier aliundè habeat dotem, quod aduertit *Menoch. cons.8.num.4.lib.*1. secus in matre, quæ dotare non tenetur, *Gloss. in d. l. fin. in verbo parentum, C. de promiss. Ias. in l.* 1. *num.*27. *ff. solut. matrim.* nisi in casu diuitiarum matris, & inopiæ filiæ, *Bart. & Cyn. in d. l. neque, Costa de Remed. subsid. remed.* 65. *num.* 10.

Siquidem in priuilegijs dotis non reperitur distinctio à quo dos proueniat, & an dotans præcisè teneatur, vel in casu inopiæ, vel ex mera liberalitate quilibet extraneos id effecerit, sed tantum, an dos constita fuerit, quæ vbique, & semper præcipua est ob publicum interesse, *l.*1 *ff. solut. matrim. l. pen. & fin. C. ad Velleian. vbi DD.*

43 Vltra quod neutiquam vitium litigiosi contrahitur, quoties de nomine debitoris tractatur *Auth. litigiosa C. de act. de Ponte cons.6.num.*14. vbi concordantes allegat *lib.*1. *vbi num.*15. reportat textum *in Auth. ad hæc de litig.* quare &c.

S V M M A R I V M.

1 *Virgo patre orbata, quamuis maior, gaudet beneficio electionis fori, & quid si patrem haberet, n.2.5. & 11.*

3 *Lex nulla inuenitur, quæ dederit virginibus patrem habentibus priuilegium electionis fori.*

4 *Magna Curia in Regno Neapol. cognoscit de crimine læsæ Maiestatis, de feudis quaternatis, de causis appellationum, & miserabilium personarum.*

6 *Actor debet sequi forum rei.*

7 *Ratio affertur, propter quam fuit statutum, vt miserabiles personæ in eorum causis possit eligere forum Principis.*

8 *Perhorrescentia cessat coram Principe.*

9 *Pupillus existens sub potestate Aui an habeat fori electionem.*

10 *Vidua appellatione, an veniat virgo.*

In eodem Articulo Allegationes.

Q V Æ S T I O VIII.

Virginem patre orbatam, quamuis maiorẽ, gaudere priuilegio *l. vnica C. quando Imperat. inter pup. & vid.* illamque vti miserabilem personam ad fori electionem admitendam, ex punctuali decisione, *Andr. in Constitutione Regni huius Statuimus, sub tit. de offic. Magistri Iustitiarij*, pro indubitato affirmat *D. Præs. de Franchis decis.* 100. *in princ.* post *Afflict.* in eadem *Constitutione*, in 8. *quæst.* de quibus memores fuerunt *Francis. Viu. dec.* 65. *D. Reg. Tap. in supra cit. Constitution. num.* 20. *Mastrill. decis.* 127. *num.* 8. *Castrill. decis.*48. *num.* 11. & in *additio. & Ioan. Maria Nouar. tract. de elect. & variat. for. sect.* 2. *quæst.* 13. *in princip.* alios referens *Doctores.*

2 Sed an hæc conclusio procedat, quando virgo patrem haberet, non semel dubitatum extitit; quia in re idem *D. de Franch. relata dec.* 100. arguit pro, & contra, & tandem indecisam reliquit, ex eo quod cum esset relata causa à Magna Curia, Domini Iudicantes dixerunt, quod in sequenti die Iouis intendebant ad puncti expeditionem procedere, & cum assignat die, Iudex Magnæ Curiæ ad Sacrum Consilium non accessisset, amplius non fuit de negotio tractatum.

3 Verum, quod hoc fori priuilegium virgini sub patria potestate existenti, sit omninò denegandum, breuiter per iuris tramites deambulando, considero primò: nullibi iure cautum reperiri hoc priuilegium fuisse virginibus sub patris potestate existentibus indultum, quod iudicio meo sat esset ad illas ab huiusmodi beneficio repellendas; etenim si verba *Rubrica.* & *textus* citatæ *leg. vnicæ* perpendimus, verbum nullum inuenimus de virgine; sed tantum de pupillis, viduis, diuturnoque morbo fatigatis; sin autem ad præcitatam Regni *Constitutionem Statuimus* recurrimus, ibi aliud ab *Imperatore Federico* sancitum non inuenimus, nisi quod
4 Magna Curia sit Iudex in Regno competens ad cognoscendum de crimine læsæ Maiestatis, de feudis quaternatis, & de quota parte ipsorum feudorum, nec non de causis appellationum, & miserabilium personarum ipsam Magnam Curiam in forum eligentium, sicque de virgine sub patris potestate constituta non loquitur, imò videtur ipsa in eo *textu* tacitè exclusa, dùm expressis verbis mandauit *Imperator*, exceptis causis prædictis, nemini licere aduersarium suum ad Magnam Curiam, euocare, ibi, *In alijs autem nulli liceat aduersarium suum in nostra Curia euocare*; vndè cùm virgo
5 patrem habens, inter miserabiles personas, de quibus loquitur *Constitutio* connumerari non possit, nullo modò, nec per viam comprehensionis, nec per viam extensionis affirmari potest, vt miserabilium personarum priuilegijs gaudere possit, & maximè quoties subintraret legis correctio, vt in casu de quo agimus, cùm ex-
6 pressè vtroque iure sit cautum, vt actor forum Rei sequi cogatur, *capit. cum sit generale, extra de foro competenti, l. fin. C. vbi in rem actio.* & hoc summa cum ratione, de qua in *Pragm. tit.* 2. *in tit. vbi de delicto quis conueniri deb.* cuius dispositio in his casibus sit semper in cordibus Dominorum Iudicantium.

7 Secundò, cessabit prorsus omnis dubietas, si consideremus rationem, propter quam, tam de iure communi, quàm Regni huius statutum est, posse pupillos, viduas, aliasque miserabiles personas in eorum causis Principis forum eligere; ea est enim, quia in proprio aduersariorum domicilio, cum defensores non habeant eorum perhorrescunt potentiam, quæ coram Principe cessat, *l.* 1. *Cod. de his, qui per met. iudic. non appellauerint, Rouit. consil.* 88. *numer.* 4. *lib.* 1. *Tap. decis. Sacri Consil.* 43. *num.* 5. *Merlin. controuers. forens. cap.* 100. *num.* 3. Id quod
8 in Regno adeò verum est, vt particulariter statutum sit, teneri has personas, dum forum eligunt, cum iuramento perhorrescentiam allegare, ibi in *citata Constit. Statuimus. Corporali præstito iuramento, quod aduersariorum suorum fortè potentiam perhorrescunt, &c.* Hæc ratio in virgine patrem habente, cessat prorsus, nam cum personam habeat, quæ ipsam vbique defendere potest, cessat omninò perhorrescentia, quæ est causa electionis fori; hinc videmus in pupillo, cui expres-
9 sè hoc electionis fori beneficium ius tribuit in citata *leg. vnica*; & tamen si fortè auum haberet, sub cuius potestate esset, ex eo quod defensorem habet, cessat prorsus hoc electionis fori priuilegium, sicque per S. C. decisum testis est *D. de Franch. decis.* 671.

10 Nec prædictis obstat oppositio aliàs facta, quod appellatione viduæ, de qua loquitur *lex vnica*, venit etiam virgo, per *text. in leg. malum, §. vidua, ff. de verb. signific.* nam verior est pars negatiua, cum illa propriè dicatur vidua, quæ marito orbata est, non autem illa, quæ numquam virum cognouit, vt in his terminis dixerunt *Abbat. in cap. ex tenore, numer.* 9. *de foro compet. Felin. in cap. significantibus, num.* 8. *de officio deleg. Couarruu. practic. quæst. capitul.* 7. *numer.* 7. *versicul. contrarium tamen, & Gail. pract. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 1. *n.* 41. *&* 42. vbi in fortioribus terminis hoc electionis fori beneficium denegat etiam virginibus patre orbatis, vt ibi per eum.

11 Tertiò & tandem nostra hæc sententia rerum iudicatarum authoritate confirmatur, nam quod virgo sub patris potestate constituta, ab hoc electionis fori beneficio sit repellenda, testatur per Sacrum Consilium decisum *Ioan. Carolus Vitellus* in quibusdam *allegationibus ad pennam*, pro Horatio Curiali Surrentino, quam quidem decisionem refert, & sequitur *Horat. Viscont. in addition. ad D. Præsidem citata decisione* 100. *& Io. Maria Nouarius loco in principio* relato, *per totum num.* 3. quo fit, vt omni iure iterum pro hac

opinione iudicandum ſit, prout ſpero in hac de qua agimus cauſa pro Magnifico Sancto Berlendis, cuius partes toto corde tuemur. Cætera ſuppleant Senatores præſtantiſſimi. Neapoli Kalend. Aprilis 1638.

Donatus Ant. de Marinis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pupillus poteſt omiſſo Metropolitano eligere Curiam Romanam, & num. 2. vbi Sacra Congregationis declaratio adeſt.*

3 *Clericus pupillus, an poſſit variare forum, ſi non habet requiſita Concilij Trident.*

4 *Clericus de mandato Epiſcopi verſans in ſchola grammatica gaudet priuilegio clericali, & num.6. & 8.*

5 *Clericus incedens in habitu, & tonſura, ſi non ſeruit Eccſia, an gaudeat priuilegio fori.*

7 *Clericus in minoribus conſtitutus, vt fori priuilegio gaudeat, quid requiritur, & num.9.*

10 *Clericus dans operam ſchola grammatica, dicitur clericaliter viuere.*

11 *Licentia Epiſcopi conceſſa clericis, vt inſeruiant Eccleſia, non eſt neceſſe fieri in ſcriptis, & num.12.*

ARGVMENTVM.

Clericus pupillus habens cauſam in prima inſtantia coram Epiſcopo, an omiſſo Metropolitano Romanam Curiam in forum eligere valeat.

QVÆSTIO VIII.

1 Regula ſit affirmatiua licere ſcilicet pupillo clerico per viam electionis fori omiſſo Archiepiſcopo Metropolitano à cauſa pendente coram Epiſcopo loci Ordinario ad Romanam conuolare Curiam.

Parum inquam, in hoc inſiſtendum, cum habeamus caſum determinatum à Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij interpretum in proprijs terminis ſub horum verborum formula videlicet.

2 *Clericus pupillus habens cauſam in prima inſtantia coram Epiſcopo ſuffraganeo, vel alio inferiore, poteſt iſtorum forum declinare. & eligere forum in Romana Curia, & non Metropolitani*, ex diſpoſitione *leg. vnic. Codic. quando Imperator* non obſtante *capitul. 28. ſeſſ. 24. de reformation.*

Ita *Sacra Congregatio Concilij in Baren. Aprilis* 1628. Probant, & referunt illam *Aldan. in compend. reſolut. iure canonic. lib. 2. titul. 8. numer. 15. Barboſ. in declarat. ſuper Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. citat. cap. 20.* & nuper *in collect. Bullarum in verbo clericus, pag. mihi* 176.

Recipit incrementum huiuſmodi declaratio, & firmata concluſio ex ijs, quæ longa ſerie recenſuimus in terminis *Concilij quæſt. 9. ſection. 1. part. 1 huius tractatus, ſiue praxis.*

Indè cum caſus ex facto accidiſſet in cauſa clerici Io: Pauli dello Tuorno conſultus in hanc deueni ſententiam.

3 Et quamvis pro parte cuiuſdam Admodum Reuerendi Vicarij opponeretur non poſſe ſuffragari electionem fori factam per dictum clericum, eo quia non habebat requiſita *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat.*

Tamen replicabam id non eſſe neceſſarium ex latiùs probatis *parte 5. huius materia, quæſt. 52. à num. 6. cum ſeq. ſect. 2.*

Vltra quod ex abundanti excipiebatur talem clericum Io: Paulum, quamuis haberet ſeruitium Eccleſiæ, prout requirit Concilium, tamen de mandato Epiſcopi
4 loci Ordinarij oretenus habito verſabatur in ſchola grammaticæ, quod quidem ſufficere debebat, vt Concilio ſatisfactum dicatur; prout in facti contingentia determinaui. & quia circa hunc articulum formaui tunc diſcurſum de iure, placuit hac occaſione illum hic imprimere, eius autem tenor eſt, vt ſequitur.

Renitens erat N. Magnificus Iudex facere remiſſionem cuiuſdam clerici, eo ſub prætextu, quia licet in ha-
5 bitu, & tonſura ille inceſſiſſet, non probabatur tamen ſeruitium Eccleſiæ de mandato ſui Ordinarij Epiſcopi iuxta normam *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ 23. de reformat. cap. 6.*

6 At pro parte eiuſdem clerici replicabatur, quod licet ipſe non inſeruiſſet in diuinis, id euenit, quia pro addiſcenda grammatica verſabatur in ſchola quotidie de mandato ſui Epiſcopi, & quod proindè gaudere deberet fori priuilegio à ſacris canonibus eidem tributo *c. item ſtatuimus de conſtitut. cap. ſi diligenti, & ſignificaſti de foro competenti, cap. ſi Iudex laicus de ſententia excommunicat. in 6.* cum latiùs recollectis *per Graff. in tract. de effect. clericat. effect. 1.*

Quare exorta pilea inter dictum Magnificum Iudicem, & Reuerendiſſimum Epiſcopum loci Ordinarium petentem remiſſionem fui ipſe aſſumptus conſultor ad determinandum ſi iuridice talis remiſſio fieri potuiſſet.

Et placuit pro affirmatiua ſententia pronunciare ad fauorem clerici, vt remittatur ad ſuam Curiam Epiſcopalem, prout cum effectu remiſſus fuit.

Motus fui (prout & moueor) ex diſpoſitione *eiuſdē*
7 *Sacri Concilij indicat. cap. 6.* vbi apertè legitur clericum in minoribus ordinibus conſtitutum, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens Eccleſiæ deſeruiat, vel in ſeminario, aut aliqua ſchola, aut Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur forum laicale declinare poſſe.

8 Vndè cum iſte clericus incedens in habitu, & tonſura verſaretur in ſchola grammaticæ de mandato, & licentia Ordinarij ſui, ſatis habebat requiſita *Concilij*, & proinde gaudere debebat fori priuilegio, prout ſic deciſum *in Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Concilij interpretum* fatetur *Armendariz in add. ad recopilat. leg. Nauar. lib. 2. tit. 19. l. 1. de foro competenti, num. 2.* quem probat, & ſequitur *Barboſ. in tract. de iure Eccleſiaſtico vniuerſal. lib. 1. tit. de priuilegijs cle-*
9 *ricorum, cap. 39. num. 22.* vbi autumat quoad clericum in minoribus non beneficiatum, vti fori priuilegio gaudeat ſufficere iuxta diſpoſitionem *Concilij* vnum ex tribus infraſcriptis, nempè quod clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat.

Vel quod clericalem habitum, & tonſuram deferens in aliquo ſeminario de licentia Epiſcopi degat.

Aut, quod clericalem habitum, & tonſuram deferens in aliqua ſcholæ de licentia Epiſcopi verſetur.

10 Additur pro corroboratione *Gui d. Pap. dec. 83.* vbi fundauit, clericum primæ tonſuræ dantem operam ſcholæ grammaticali, dici clericaliter viuere, de quo idem *deciſ. 393.*

Nec refragari dicebam talem licentiam non fuiſſe in ſcriptis à Reuerendiſſimo Epiſcopo conceſſam, ſed oretenus illam impartitam fuiſſe.

11 Siquidem non eſt de eſſentia in hoc ſcriptura, & ſufficit illam concedi oretenus, vt probat *Illuſtriſſimus D. Præſul Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſolut. 525. part. 1.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. in tract. de poteſtate Epiſcopi alleg. 12. num. 12. part. 2.* & poſt illos *Squillant. in tract. de priuileg. clericorum, cap. 7. num. 5.*

Sufficit enim tale mandatum eſſe expreſſum, vt per
12 *Menoch. in tractat. præſumpt. lib. 6. præſumpt. 76. num. 41. Cened. canonic. quæſt. lib. 1. cap. 4. num. 24. & 26.* & verum non autem velatum, ac fictitium, itaut realiter illud præcedat, ſiue in ſcriptis, ſiue oretenus, licet ad euadendas difficultates cautius ſit illud in ſcriptis obtinere, quod potius de Conſilio, quam de neceſſitate autumo.

SVM.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici Graci, seù Albanenses habent fori electionem.*
2 *Cleriei Greci, seù Albanenses fori priuilegio gaudent.*
3 *Differentia de stna specie ad alteram, an detur.*
4 *Vxores clericorum Latinorum, & Gracorum gaudent priuilegijs viri.*
5 *Argumentum currit à synonimis, etiam in criminibus, n.6. & statutis num.7.*
8 *Iudicium idem protrahitur ex similibus.*
9 *Materia fauorabilis est extensiua, nec recipit restrictionem.*
10 *Clerixi Graci gaudent omnibus priuilegijs, quibus fruuntur clerici Latini.*
11 *Filij non sunt educandi apud matrem, vel patrem, quando ad secundas illi conuolarunt nuptias.*

A R G V M E N T V M.

Clericus Græcus vulgò *Albanensis* An electionis, & variationis fori priuilegio fruatur.

Q V Æ S T I O IX.

1 Regula sit, vt ad instar clerico Latino elargitum reperitur electionis, & variationis fori priuilegium, ita similiter, & clerico Græco, seù Albanensi, prout sic tempore meo fuit practicatum *in Regia Audientia Capitinata* in clericis Albanẽsibus Terræ Campi Marini, Pauli, & Chieuti, qui fuere admissi ad eligendum forum ipsius Regij Tribunalis pro iniuria ipsis illata, & pro bonis Ecclesiarum.

2 Videmus inquam illos indistinctè, *vti Ecclesiasticos*, gaudere fori priuilegio, ad instar gaudere clerici Latini, vt probant *Camill. de Curt. in diuers. feudal. cap.2.num.90. part.2. Crass. in tract. de effect. clericat. effect.1 num.82.* & modernè scribit *Squillant. in suo tract. de priuileg. clericorum, cap.7.num.15.*

3 Igitur de vna specie ad alteram dari haud quidem debet differentia, sed in vna concessum, in alia denegandum non venit, tamquam Synonima, quæ eandem retinent dispositionem, eundemque sortiuntur effectum.

4 Quod & probatur, quia sicuti vxores clericorum Latinorum gaudent fori priuilegio in casu quo eius viri gaudent, ita pariter, & vxores clericorum Græcorum, vt nouè post cæteros apud *P. Antonin. Dian. amicum nostrum resolut. moral. p.3. tract.1. de immunitat. Eccles. resolut. 45.*

Quare cum casus iterum ex facto euenisset, & meum exquireretur votum iuxta supradicta placuit transmittere sententiam, quam docti viri sectati fuerunt, nec illam dubitabilem extimauere, & proindè iuxta illam fuit executum, & ni fallor id fuit in causa clerici Barbanæ de Iacinto cum Aurelio Antonio de Floscellis.

5 Asynonomis inquam, prout à similibus ad similia currit argumentum *Euerard. in Topic. legal. loco 10. Gammar. in dialect. legal. lib.2. in loco à simili Mascard. de probat. conclus. 1253.* vbi extendit etiam in criminibus *Amat. decis. Marchia 21. num. 43. Raudens. Pisan. 47.*
7 *num.1. part.1.* vbi quod procedit in statutis *Card. Tusc. concl.107. n.29. litt. A.*

8 Similium enim idem protrahitur iudicium *§. rectè inst. mandat. l. non possunt, ff. de leg. Farinac. in fragmen. crimin. litt. E. num. 188. part. 1.* declarans *numer. 199.* quando in vtroque eadem viget ratio (prout in casu de quo disceptamus) *Menoch. de arbitr. iudic. cas. 84. à n. 8. Cacher. decis. 68. num. 9.*

9 Idque tantò fortius, quia sumus in materia fauorabili, & extensiua, quæ restringi non debet, nec potest, cum verum sit dicere fauorabilia esse amplianda, prout odiosa restringenda *Ægid. cons. 9. à num. 20. Card. Tusc. conclus. 67. lit. O.*

10 Hinc huiusmodi Clerici gaudent omnibus priuilegijs clericalibus, quibus Latini pariter fruuntur, vt sunt canonis exemptionis à foro sæculari, percipiendi decimas, obtinendi beneficia Ecclesiastica, pensiones Ecclesiasticas immunitatis, & exemptionis à gabellis exactionis, & tributis laicalibus, *cap. Odoardus*, & aliis, de quibus longa seriè moderne *Squillant. in particulari tractat de priuileg. clericalibus*, vbi triginta priuilegia clericorum enumerat, vt etiam alia coadunat *Grass. in tract. de effect. clericatus.* & nouissimè laboriosus *Barbosa in suo tract. de iure Ecclesiastico vniuersali lib.1. cap.39. titul. de priuil. cleric.*

In ambobus enim eadem concurrit ratio, vnde diuersum ius non potest nasci, sed ad idem tendit dispositio, vt dixit *Rota in vna Mediolanen. Educationis coram R.P. Litta in manuscriptis*, vbi ex hoc iuris principio fa-
11 cit illationem, quod ad instar filij matris ad secundas nuptias conuolantis ad illam non sunt educandi, *leg. 1. C. vbi pupil. educar. deb. Franc. Marc. decis. 131. Guid. Pap. decis. 539. Faber. dec. vnic. C. vbi pupill. educ. deb.* in materia *Leo dec. Rot. Valentia 201. lib. 2. Martins decis. Senens. 61.* ita pariter filii patris, qui aliam duxit vxorem non apud illum, sed auum sunt educandi *Cabed. decis. 99. p. 1. Peguer. dec. 95.* & ex Regniculis *Ronit. dec. 8.* vbi quod si pater transierit ad secunda vita redditur suspectus circa educationem filiorum primi matrimonii quemadmodum ipsa mater per superinductionem vitrici ex *Boer. decis. 195. sub num. 4. Fonsanell. de pactis nupt. clausul. 5. glos. 8. num. 31. par. 11.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ordinatus ab Episcopo impedito conferre ordines gaudet priuilegio electionis fori, & ecclesiastico sub iudice conuenitur, nu.2.*
3 *Episcopi impediti conferre ordines de facto conferunt ordines, licet executio ipsorum sit suspensa.*
4 *Suspensio incurritur, vbi orde confertur non subdito, vel cum simonia, num.5.*
6 *Episcopus conferens ordinem Vltramontano absque dimissorijs approbatis à Nuncijs illarum partium suspensus est.*
Sed quid si regularis esset, qui ordinatus fuisset, nu.7.
8 *Regulares non includuntur sub ordinibus generalibus, nisi expressè nominentur.*

A R G V M E N T V M.

Clericus ordinatus ab Episcopo impedito ordines conferre aliquo iuris impedimento, num electionis fori priuilegio fruatur.

Q V Æ S T I O X.

1 Regula sit, non per hoc, quia Episcopus ordinans est impeditus ordines conferre aliquod iuris impedimento, clericum ordinatam ab huiusmodi non debere electionis fori priuilegio vti.

2 Siquidem videmus talem, fori Ecclesiastici sub tutamine reperiri *Barbosa de iure Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. num. 67. Diana resolut. moral. par. quarta, tit. de immun. eccles. resol. 26. in fine*, vbi quod ordinatus ab Episcopo, qui erat impeditus ordines conferre gaudet Ecclesiastico foro, exemplificans in Episcopo excommunicato interdicto, vel suspenso ante eos ex modernis *Grass.*

de effect.clerical.effect.1. num.640. *Squillant. de priuileg. clerical. capitul.7. dub.2. numer.31.* vbi quod tale Epi
3 scopi de facto conferunt ordines, licet executio ipsorum sit suspensa, *capitul. ordinationes 9. quæst.1. cap. final. de ordin. ab Episcop. 4. ver. Episcop. Graff. decision. part.2. lib.1. cap.10. num.3.*

4 Quæ suspensio exoritur, vbi confertur ordo non subdito absque proprij Episcopi litteris dimissorialibus, ad textum *in cap. cos, de tempor. ordinat. in 6. Sacr. Concil. Trident. sess.23. de reformat. cap.8. Suarez de censur. disput.31. sect.6. tom.5. Campanil. in diuers. iur. canonic. rubric.9. cap.1. Sayr. de censur. lib.4. cap.12. Salzed. in addit. ad pract. crim. Diaz. cap.26. litt. D. Moises. in summa Theolog. moral. tract.2. cap.2. tom.1.*

5 Vel si in ordine Simoniæ labes interuenerit vigore *Bullæ Sixti V.* incip. sanctum, & salutare, quæ circa hoc particulare non fuit reuocata per *Clementem VIII.* in anno 1595. pridie Kalendas Martij *per suam Bullam* incip. Romanus, de qua *Sayr. de censur. lib.4. capit.14. Quaranta in summa Bullarum, in verbo ordo*, ita *Bonacin. de simonia quæst.7. §.7. proposit.1.* quod & annuebam in discursu habito cum Religiosis, viris, dum ex facto casus accidisset trutinandus, & peritorum exquireretur votum, inter quos ipse pariter accersitus fui.

6 Sic pariter vbi contulisset ordines, aut tonsuram Vltramontano absque litteris dimissorijs non approbatis à Nuntijs, seu Collectoribus illarum partium, illisque approbatis in Vrbe à Vicario Papæ, quia generaliter per annum suspensus est Episcopus à Pontificalibus vigore *Bullæ S. D. N. Vrbani VIII.* incip. secretis quam nos reposuimus *infra quæst.13. hac eadem lect.2.*

7 Nisi tamen Regularis fuisset Vltramontanus ordinatus, quoniam Regulares non comprehenduntur sub tali *Bulla*, vt fuit decisum per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium in vna Neapolitana 30. Decembris 1617. refert *Sellius in select. canonic.*
8 *cap.18. numer.30.* quia in statutis generalibus non comprehenduntur Regulares, nisi specialiter nominentur subdens vlterius ex *declaratione eiusdem Sacræ Congregationis* in vna Caietana 2. Ianuarij 1618. per talem *Bullam*, non censeri sublatum priuilegium Archiepiscopis, & Episcopis a Sacro Concilio Tridentino *sess.23. de reformat. capitul.9.* quoad eorum familiares concessum.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori potest intentari à clerico suspenso, vel interdicto, & de ratione.*
2 *Clericus suspensus, vel interdictus gaudet Ecclesiastico foro.*
3 *Ordinatus extra tempora est suspensus.*
4 *Ordinatus extra tempora habet priuilegium fori Ecclesiastici, & electionis fori beneficium.*
5 *Promotus ante legitimam ætatem, dicitur suspensus ipso iure, gaudet tamen fori priuilegio, & canonis, num.6. & 7.*

A R G V M E N T V M.

Clericus suspensus, vel interdictus, num Electionis Fori priuilegio gaudeat.

Q V Æ S T I O XI.

1 Regula sit, clericum suspensum, aut interdictum potiri priuilegio electionis fori, itavt huiusmodi cautæ non sint sufficientes ad arcendum illum a tali beneficio in casibus de iure concessis, quia non per hoc perdit nomen clerici *cap. dictum.* & ibi *Gloss.81. dist.*

2 Stat enim approbatum, clericum quamvis suspensum, vel interdictum fori Ecclesiastici priuilegio gaudere, nec illud amittere, vt conueniri valeat coram alieno iudice *Graff. in tract. de effectibus clericat. effect.1. nu.641.* vbi allegat ex Authoribus *Foller. in fragment. crimin. post pract. crimin. tit. de ijs, qui ad Eccles. confugiunt, & Carol. in Gemmat. pauon. color.6. num.29.* sequuntur nunc etiam *Barbosa in tract. de offic. & potest. Episcop. allegat.8. numer.18. in fine par.2.*

Hinc cum aliter in facti contingentia prætenderetur per Io: Iacobum Arcinam contra N. (quem honestatis causa proprio nomine hic adducere prætermitto) ex Consilio Doctorum virorum fuit iuxta regulam firmatam conclusum, & præfatus Ioannes Iacobus se abstinuit a prætensione, quam habebat contra præfatum Clericum ne fori priuilegio iuridicè vti posset, licèt in effectu lis inter ipsos in causa principali, minimè fuerit prosequuta, cum amicorum suasionibus concordiam mediante transactione acceperit pilea per prius intentata.

3 Et ex his descendit, quod licet ordinatus extra tempora sit suspensus, iuxta *Bullam Pij II. incip.* cum sacrorum, *& Bullam Sixti V. incip.* Sanctum, & salutare, vt latius post alios *Barbos. de potest. Episc. alleg.17. part.2.*
4 Tamen gaudet priuilegio fori Ecclesiastici, & beneficio eligendi forum, *iuxta l. 1. n. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* vti valide poterit.

5 Idemque infertur respectu promoti ad maiores ordines ante legitimam ætatem, qui est suspensus ipso iure ex *Bull. Pij II. incip.* cum ex Sacrorum, donec absolutionis beneficium impetretur *Rota in recent. decis.481. num.5. p.2. Bonac. de Sacram. disp.8. q. vnic. punct.5. num.13. Barb. de potest. Episc. alleg.16. num.10. p.2.* vbi plura, talis inquam, sicuti gaudet fori Ecclesiastici priuilegio, *Graf. de effect. cler. effect.1. nu.40. Squillant. de priuil. cleric. cap.7. dub.2. sub num.30.* ita pariter, & forum eligere, & variare poterit, est enim tali impressus character.

6 Inde gaudent huiusmodi priuilegio canonis, *Graff. effect 9. nu.120. Tusch. conclus.274. lit. P. Portel. in dub. Reg. in verbo manus violente, Barbos. de iure Ecclesi. lib.1. c.39. num.5.*

S V M M A R I V M.

1 *Electionis fori beneficium competit Clerico etiam irregulari.*
2 *Irregularitas non impedit, quin character non imprimatur, & num.4.*
3 *Clericus irregularis gaudet priuilegio clericali.*
5 *Habitus clericalis potest reassumi ab irregulari.*
6 *Collatio beneficij facta irregulari num sit ipso iure nulla, & num.7.*

A R G V M E N T V M.

Clericus irregularis, num Electionis Fori beneficio vtatrur.

Q V Æ S T I O XII.

1 Regula sit affirmatiua competere, scilicet beneficium eligendi forum clerico, quamuis irregulari.
2 Siquidem irregularitas, non impedit, quin character non sit impressus, licet taliter ordinatus ordinis executione careat *Abbas in c. cum non ab homine de iud. Innocent. in cap.1. de schismat.*

3 Inde gaudere priuilegio clericali, eum qui tempore promotionis erat regularis probant ex Neothericis *Squillant. in tract. de priuil. cleric. cap.7. dub.2. sub num.33. Graff. in tractat. de effect. clericat. effect.1. num.526.* vbi ex *Maiol. in tract. de irregular. lib.4. cap.33.* autumat irregu-
4 larem se ordinare facientem recipere characterem actu, & habitu, & verum Sacerdotem euadere, & vti talem accipere potestatem super Consecratione Eucharistiæ, vlterius dicens id procedere, etiam si ordinans esset irregularis.

5 Qua

5 Qua occasione obseruabis clericalem habitum posse reassumi non obstante irregularitate superueniente, & prohibitione Ordinarij, vt determinatum à Sacra Eminentissimorum Cardinalium Concilij interpretum Cõgregatione modernè probat *Sellus in selectis canonicis, cap.18. num.20.* nouissimè *Barbosa de iure Ecclesiastico vniuers. lib.1. cap.39. num.27.*

Sed licentiam posse impartiri Clerico irregulari reassumendi habitum clericalem, probat *Illustrissimus Præsul Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 235. par.3.*

6 Nec non signa, quod licet sint qui affirmant collationem beneficij factam irregulari esse irritam, & inualidam ipso iure ante iudicis sententiam, vt penes *Auil. de censur. par.7. disput.2. dub.6. Sayr. in eiusdem nomin. tract. lib.6. cap.2. num.20. Suar. eodem in tract. disput. 40. sect.2. n.30.36. & 40. Turrian.* pariter *de censur. disput.58. dub.2. lib.8. Episcopus Ricc. in praxi resol.314. par.3.*

7 Tamen non desunt alteram opinionem contrariam probabilem censentes, vt post *Syluest. in summa in ver. excommunicatio, num.4.* existimant *Cornejo in 3. part. D. Thom. tract.5. de irregul. disput.5. dub.2. qu.1. & Dian. resol. moral. par.4. tit. de irregular. resol.79. versic. sed contrariam*, videndus etiam *Zerol. in praxi Episcop. par.2. in verb. irregularitas, §.10.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus illegitimus de facto ordinatus absque dispensatione gaudet priuilegio electionis fori.*
2 *Character imprimitur in illegitimum ordinatum.*
3 *Clericus illegitimus ordinatus absque dispensatione habet exemptionem à foro laicali, & est conueniendus in Ecclesiastico.*
Sicque respectu obtinentis beneficium concluditur, n.4.

A R G V M E N T V M.

Clericus illegitimus, si de facto absque dispensatione reperiatur ordinatus, num electionis fori beneficio vti possit.

QVÆSTIO XIII.

1 Regula sit affirmatiua gaudere scilicet priuilegio electionis fori clericum illegitimum de facto absque dispensatione ordinatum.

2 Sumit robur hæc conclusio ea à ratione, quia huiusmodi defectus non impedit, quin character imprimatur, sed solum suspendit executionem ipsorum ordinum vsque quo tollatur macula, & impedimentum, *cap. vel non est de tempor. ordin. Sayr. dec.9. de tempor. ordinat. Diaz. in pract. crimin. canonic. in verbo illegitimi, in fine, Campanil. diuers. iur. canonic. Rubr.11. cap.13. num. 113. Graff. in tract. de effect. cleric. effect.1. num.340.* vbi prop-
3 terea probat talem clericum non posse hoc sub prætextu conueniri coram Iudice laico, sed benè gaudere fori Ecclesiastici tutamine allegat inter ceteros *Gram. decis. 81. Scacc. de iudic. par.1. cap.11. num.19. Franch. dec.189. num.5.* quibus iungo *Squillant. in trait. de priuileg. cleric.*
4 *cap.7. dub.1. num.22.* vbi ita pariter fatetur de clerico, qui obtinuit beneficium, & illud minimè poterat obtinere, quia erat illegitimus, nam gaudebit fori priuilegio, vt decisum recenset *Franch. cit. dec.189. Grass. in tract. de effect. cleric. effect.1. num.1194. Thor.* alios coadunans in *Compend. decisio. Regni in verbo clericus, fol.94. part.1.*

Idque accidit in facto in causa clerici Marini de Santone, qui fuit remissus ad suam Curialem Episcopalem non obstante illegitimitate ante adeptos minores ordines vna cum beneficio.

Et iterum in causa Clerici Melchioris Pisani, cum Camillo Sanctobiono consultus hanc eadem agnoui veram opinionem, quæ exequutioni demandata fuit.

Sed, an clericus illegitimus, cui fuit collatus ordo, & beneficium a b Episcopo sub expressa dispensatione debeat remitti a Iudice laico simpliciter ad iudicem Ecclesiasticum, vel potius articulus tantum circa validitatem, vel inualiditatem collationis ordinis, & beneficij, vide *Rout. dec.55.* vbi iudicatum refert esse causam simpliciter ad iudicem Ecclesiasticum remittendam, vt pariter fatetur *Marin. quotid. resolut. cap. 168. a num.17. cum seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ordinatus per simoniam potest eligere forum.*
2 *Clericus ordinatus per simoniam non perdit fori Ecclesiastici priuilegium.*
Clericus ordinatus per simoniam dicitur verè ordinatus, quamuis ei non detur ordinis exequutio, ibidem.
3 *Argumentum currit à multo magis, illudque est frequentissimum, & validissimum.*
4 *Alluuio si competat ad pignus habentes, igitur tanto fortius ad habentes vtile dominium.*
5 *Argumentum à minori ad maius validum existit.*
6 *Carceratio intus loca immunia prohibitur.*
7 *Occidens, vel mandans occidere reum intus locum immunem incurrit excommunicationem.*
8 *Propinans venenum Ecclesiastico incurrit excommunicationem.*
9 *Vir rapiens mulierem, & mulier virum qualiter puniantur.*

A R G V M E N T V M.

Clericus ordinatus per simoniam, an electionis fori priuilegio vti validè possit.

QVÆSTIO XIV.

1 Regula sit clericum ordinatum per simoniam electionis fori priuilegio potiri posse.

2 Videmus inquam a fortiori gaudere talem priuilegio fori Ecclesiastici, itaut non obstante assumptione ordinis per simoniam coram Ecclesiastico iudice adhuc conueniendus erit *Graff. de effect. cleric. num.665. Squillant. de priuileg. cleric. cap.7. dub.2. num.30. Barbos. de iure eccles. lib.1. cap.39. num.67. Diana in resolut. moral. part.4. tit. de immun. Eccles. resolut.26. versic. notandum, in fine, dictæ resolutionis*, cum sit verè ordinatus, quamuis ei non detur executio ordinis *D. Thom. 2.2. quæst.100. artic.6. Nauarr. cap.23. num.111. Vgolin. de simon. tab. cap. 12. num.5.*

3 Et tamen certum est currere argumentum de maiori ad minus, & à multò magis, quod est fortiùs alijs valere, *Curt. iun. consil.194. num.14. lib.3.* asserens frequentissimum in iure *Rimin. ald. consil.279. num.171. volum.3.* vbi reputat validissimum *Caphal. cons.332. num.49. volum.3. Decian. cons.1. num.190. lib.1.* vbi annuit, quod hoc modo sumptum excludit filias ergo multò magis neptes, & *consil.123. num.65. lib.3.* vbi si alluuio perti-
4 neat ad pignus habentes, igitur tantò fortiùs ad habentem vtile dominium, quod plus est, *Card. Tusc. conclus.501. lit. A.*

5 Prout a minori ad maius receptissimum esse argumentum demonstrat vulgatus *textus in auth. multò magis, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Gamar. in dialectica legal. lib.2.*

lib. 2. loco à minori ad maius Euerard. in Topic. legalibus loco 65.

6 Ex quo iuris principio in facti contingentia diceba-
tur, quod si capere, & carcerare reos intus loca immu-
nia vetitum est *cap. sicut antiquitus, cap. reum, cap. frater,*
cap. minor, cap. quisquis, cap. si quis 17. quæst. 4. c. inter alia,
& cap. fin. de immunit. Eccles. l. præsenti, & toto tit. C. de his
qui ad Eccles. confug. ne quid damni ei sinferatur, multo
7 magis vetitum est illos ibi occidere, vel lædere, tali mo-
do, vt interficiens, & mandans occidere reum in loco
communi existentem, nedum incurrunt pœnas de iure
veteri latas contra violatores immunitatis Ecclesiasti-
cæ, iuxta *cap. definiuit, 14. quæst. 4.* cum similibus, sed
etiam *Bullæ Gregorij XIV.* incip. cum alias, vt in proprijs
terminis tutatur *Nald. in annotat. pract. ad ius canonic.*
annotat. ad cap. immunitatem Ecclesiasticam de immunit.
Eccles. pag. mihi 60. adducens inter cætera pro confirma-
8 tione illud simile de propinante venenum personæ Ec-
clesiasticæ, qui materialiter non percutit, attamen non
euadit excommunicationem canonis contra inijcientes
manus violentas in personas Ecclesiasticas vigore *can.*
si quis suadente 17. quæst. 4. ita Capaul. de casibus reseruat.
tit. de benef. quæst. 3. Beia de casibus par. 1. decis. 46. Megal.
par. 1. institut. confessar. lib. 5. cap. 14. num. 11. Bellet. disqu.
clerical. par. 1. tit. de fauore cleric. canon. §. 1. num. 49. Idem
9 pariter subiungens apparere in *l. 1. C. de raptoribus*, vbi si
vir rapiat mulierem punitur, vnde idem dicit seruan-
dum, si è contra mulier raperet virum, quamuis id tan-
quam non contingens non fuerit expressum, attamen,
quia iste casus omissus omninò similis est expresso, ideò
ex coniecturata mente disponentis fit extensio, adducit
Dec. in l. si mater, num. 2. C. de instit. & substit. Tiraqu. de
retract. lign. §. 20. glos. vnic. num. 11. quibus addo plures
apud *Gomez in l. 80. Tauri, num. 37. Papon. Arrest. Franc.*
lib. 22. tit. 6. Arrest. & Illustr. Præsul *Ric. dec. Cur. Archiep.*
214. à num. 5. part. 1. vbi discutit articulum, si rapiens
Nouitium à Religione libidinis causa puniatur pœna
raptus, & pro affirmatiua parte iudicatum recenset.

Conducit pro corroboratione principalis articuli,
quia supra *quæst. 11. hac eadem sect.* firmauimus suspen-
sum gaudere huiusmodi priuilegio, & tamen certi iuris
est ordinatum per simoniam esse suspensum ex *Bulla*
Sixti V. quæ incipit sanctum, & salutare.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ordinatus cum falsis dimissorijs non gaudet priuilegio eligendi forum.*

2 *Ordinatus cum falsis dimissorijs, an gaudeat foro Ecclesiastico, & num. 3. & quid de iure nouissimo Bulla Vrbani VIII. num. 4.*

3 *Ordinatus cum falsis dimissorijs habet impressum characterem.*

5 *Bulla Vrbani VIII. contra promotos, cum falsis dimissorijs tenor.*

A R G V M E N T V M.

Clericus ordinatus cum falsis dimissorijs, num electionis fori gaudeat priuilegio.

Q V Æ S T I O XV.

1 Regula sit, minimè competere priuilegium eligendi forum Clerico ordinato ab alieno Episcopo, cum falsis dimissorijs.

2 Siquidem, nec priuilegio fori Ecclesiastici talem frui plures suadent apud *Pereiram in tract. de manu Regia par. 1. c. 26. n. 18.* & sequitur *Vasqu. allegat. 45. num. 20.*

Et licet non ignorem circa ordinatos ab alieno Epi-
scopo sine dimissorijs contrariam sectasse sententiam
agmen DD. apud *Graff. in tract. de effectibus cleric. effect.*
1. à num. 634. Barbosa de potest. Episcopi allegat. 8. sub num.
18. *part. 2. Episc. Ricc. in prax. resolut.* 150. *part. 2.* ea de ra-
3 tione, quia per talem ordinationem character iam est
impressus *cap. eos de tempor. ordinat. probus. in cap. 1. de*
tempor. ordin. in 6. præposit. & Gemin. in cap. fin. 9. quæst. 2.
Gabriel cons. 181. lib. 2. num. 8. Squillant. in tract. de priui-
leg. clericorum, c. 7. dub. 2. num. 29.
4 Tamen hodie à firmata per prius sententia recedi
non posse coactè dicendum est, vigore specialis Bullæ
Sanctissimi Domini Nostri Vrbani VIII. id mandantis,
cuius tenorem hic placuit ad vnguem referre, & est, vt
infra videlicet.

V R B A N V S P A P A VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

5 SEcretis æternæ prouidentiæ Consilijs nullo nostro-
rum suffragio meritorum speculatores domus Is-
rael in sublimi Apostolatus culmine constituti eò po-
tissimum Pontificiæ sedulitatis officia conuertendum
esse arbitramur, vt qui in sortem domini vocantur,
Christique militiæ dant nomen spiritualem Ecclesiæ
tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirment
vires augeant, ac tam strenuè se gerant, vt ipsam terri-
bilem quasi castrorum aciem ordinatam infestæ pote-
states, ac Principes tenebrarum quotidie magis per-
horrescant.

Hæc autem quanto impensius fieri optamus tantò maiori indignatione irreligiosam quorumdam impudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumque Pontificum decreta non verentes clericales ordines illegitimè suscipiunt, ac dum in Ecclesiasticorum ministrorum cœtum per nefas irrepunt Dei cultui animarum saluti, omnibusque ad optimum Christianæ Reipublicæ regimen pertinentibus plurimum obesse noscuntur.

Alias siquidem felic. record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster volens periculis animarum eorum obuiare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel alias Sacrorum Ordinum susceptione indigni suam patriam, in qua de his haberetur notitia fugientes, se in remotis partibus faciebant ad huiusmodi Ordines promoueri; statuit vt nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem Vltramontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente prædecessore, vel ab Episcopo (de cuius Diœcesi traxerat originem ordinandus, vel in cuius Diœcesi beneficiatus existebat per eius patentes litteras causam rationabilem continentes quare ipsum nolebat, vel nequibat ordinare) specialem licentiam haberet; eos verò quos contra præmissa contigisset ordinari manere voluit absque spe dispensationis super hoc à Sede Apostolica obtinendæ suspensos, ac ordinantes pœnitentia condigna puniri.

Cum autem non sine graui animi nostri molestia nobis innotuerit quamplures Vltramontanos suæ salutis immemores Deique timore postposito ad ordines prædictos cum falsis dimissorialibus litteris, seu etiam cum titulo patrimonij ficto, vel indiciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo se promoueri fecisse.

Nos autem innumeris, quæ ex minus Catholicæ clericorum ordinatione actu conceditur prouidere volentes prædictam Clem. prædecessoris constitutionem, cum omnibus, & singulis in ea contentis approbantes, & innouantes motu proprio, & ex certa scientia; ac matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine venerabilibus Fratrib. Patriarchis Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quouis prætextu, & ex qua-

cumque

que causa Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Vltramontanos, & ex quibusuis locis extra Italiam oriundis non solum ad Sacros Ordines, sed neque etiam ad Minores Ordines, vel clericalem characterem promouere audeant, seù præsumant, nisi dimissoriales suòrum ordinariorum litteras nostris, & huius Sanctæ Sedis Nuntijs, seù collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant eorumque Nuntiorum, seù collectorum subscriptiones à dilecto filio nostro in Alma Vrbe Vicario in spiritualibus similiter examinatæ recognitæ, & probatæ fuerint alias promouentes ad annum ab exercitio Pontificalium promoti vero perpetuæ suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ incurrant eo ipso.

Insuper promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciarijs patrimonijs titulis scienter se ad ordines huiusmodi promoueri fecerint non solum prædictis verum etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Rom. Pontificis infliuendis pœnis.

Italos vero si quos in posterum clericali charactere insigniri, vel ad Minores Ordines promoueri ab altero Episcopo, cum falsis dimissorijs contigerit etiamsi qualitatibus per *Concil. Trident. decretum, cap. 16. sess. 23.* requisitis præditi sint. Nihilominus (secuta tamen prius desuper iudicis Ecclesiastici declarationes) fori priuilegio, minime gaudere, sed seculari iurisdictioni, vt antea plenè in omnibus subiacere, & subiectos esse respectiuè volumus, sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici auditores (sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate) iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque per præsentes autem Constitutioni Rec. Mem. Pij Papæ II. prædecessoris nostri contra malè promotos editæ nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus, & singulis in ea contentis in suo robore, & efficacia permanere proinde, ac si præsentes non emanassent decernimus.

Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius deuenire possint volumus, quod ille, siue illarum exempla in Valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, nec non in acie Campifloræ, vt moris est affixæ, omnes, & singulos quos ille concernunt perinde arctent & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent; quodque earumdem transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fidès in iudicio, & extra illud, vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 11. Decembr. 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori competit collegio puerorum.*
2 *Electio fori competit Vniuersitatibus, & Confraternitatibus.*
3 *Collegium puerorum habet beneficium restitutionis in integrum.*
4 *Collegium potest consistere in duobus.*
5 *Collegium, quando non est constitutum in duobus, potest eius ius ad vnum reduci.*

A R G V M E N T V M.

Collegium puerorum etiam maiorum, num habeat electionis Fori priuilegium.

Q V Æ S T I O XVI.

1 REgula sit affirmatiua puerorum etiam maiorum
collegio competere beneficium eligendi forum
in causis spectantibus in communi ad illud, & in termi-
nis loquendo de collegijs sic enunciat *Carleual. in tract.*
de iudic. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 586. vbi illa reponit
2 cum vniuersitatibus, Confraternitatibus, & similibus,
quibus concedi electionis fori priuilegium iam demon-
strauimus *in 1. par. praxis, siue huius tractatus in quæstio-*
nibus particularibus.
Synonima, siquidem videntur huiusmodi nomina,
nec inter illa datur differentia, secundum *Nauarr. cons.*
3. num. 3. de foro competenti, Sayr. decis. 3. eodem tit. cum
collegium dicatur de hominum Vniuersitate videndi,
Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 20. & Gregor. in sintagm.
iur. lib. 15. cap. 32. nouissimè *Barb. de iure Ecclesiastico*
vniuers. lib. 2. cap. 11. num. 67.
3 Indè huiusmodi Collegijs competere beneficium re-
stitutionis in integrum, prout Vniuersitatibus, Confra-
ternitatibus, & similibus dixit *Rota in vna Mediolanen.*
rescissionis contractus coram R.P.D. Iusto, vbi etiam quod
4 collegium poterit consistere in duobus, tali modo, vt
ad illos spectet electio, *cap 1. de elect. Roderic. in compen.*
quæst. regular. resolut. 58. num. 38. Mascard. de probat. con-
clus. 584 num. 9. Ragucius de voce canonicorum, q. 1. num.
3. probauimus *decis. Reg. Audien. Apulea 57. Tamburin.*
in tract. de iure Abbat. quæst. 8. disput. 5. tom. 1. vbi etiam
5 autumat, quod quando Collegium in duob. fuerit con-
stitutum potest nihilominus totum ipsius Ius ad vnum
reduci, & in alijs conseruari alijs mortuis, priuatis, su-
spensis, vel excommunicatis, ex *Glos. in cap. gratum in*
verbo pauciores de postulat. prælat. & ind. cap. 2. in ver. duo,
de elect. Nauarr. cons. 6. de elect. Seraph. decis. 860. & 1050.
Rota in Bremonen. præpositura 25. Februarij 1622. coram
M.P. Vbando videndus nouiter *Fr. Sigismun. à Bon. in*
tract. de elect cap. 3. dub. 24.

S V M M A R I V M.

1 *Studens, quando habet fori electionem, & num. 2.*
3 *Studentes, vt fori electionem habeant debent esse matricolati.*
4 *Ars non probatur ex sola matricola, sed ex exercitio.*

A R G V M E N T V M.

Studens in Academia carente studij generalis prærogatiua, num Electionis Fori priuilegio gaudeat.

Q V Æ S T I O XVII.

1 REgula sit negatiua cessare scilicet electionis fori
priuilegium alias concessum studentibus quoties
studerent in Academia non approbata prærogatiua ge-
neralis studijs carente.
2 Siquidem studentes in Academijs approbatis haben-
tes

tes priuilegia ſtudij generalis fori priuilegio fruuntur ,
ſecus ſtudentes ſub priuatis præceptoribus in ſtudijs A-
dulterinis, vel reprobatis, cum iſti careant tali priuile-
gio, vt probatur *ex l.vnic. C. de ſtudijs liberal.Vrb. Rom.
lib.11.& ex l.1.C.de profeſſ.qui in Vrbe Conſtantinop.libro*
12.& expreſsè probat *Angel. in auth. habita ſub num.6.
C.ne filius pro patr.*ſequitur *Rebuf. in tract. de priuil. ſcho-
lar.priuil.*134.*num.*113. quos omnes recollegit moder-
niſſimè *Carleual.in tract.de iudic.lib.1.tit.1.diſput.2.qu.6.
ſect.5.num.*493. apud quem talis materia fori ſchola-
rium ſatis latè exanclata reperitur cum ampliationi-
bus, & limitationibus requirens *num.*495. tales ſtuden-
3 tes debere eſſe matriculatos , & incumbere debere ſtu-
dio ad finem gaudendi huiuſmodi priuilegio,*ad textum
in l.1.*& ibi *platea,C.de collegiat.& certo patrii , & num-
mularus,lib.11.& in l.eos qui C.de apparit. Magiſtr.milit.
lib.12.Perez in l.8.tit.2.lib.1. ordinam. gloſſ.1. verſic.ad-
uerte tamen volum.75.Rebuf.de priuileg. ſcholar. priuileg.*
165.*num.*278.*Galiaula in repetit.l.centurio , num.*50. *ff.
de vulgar. & pupill. ſubſtitut. Paz in prax.2.tom.1.parte
cap.6.num.*31.

4 Idque ſumit robur ex traditis per *Præſid.de Franch.
dec.*481.quatenus fundat artis alicuius aliquem exiſtere
non probari ex ſola matriculæ inſcriptione , ſed factam
probationem exercitij requiri inſimul prout reminiſcor
annis elapſis fuiſſe diſceptatum in cauſa vertente inter
Michaelem Angelum Fornarium,& Lucam Andream
de Iaquinto ſuper petita remiſſione ad Curiam Artis
Serici huius inclitæ Ciuitatis Neapolis .

S V M M A R I V M.

1 *Puellæ nobiles, quæ ſecundum earum conditionem nubere
nequeunt inter miſerabiles perſonas connumerantur .*
2 *Virgines,& viduę habent fori electionem .*
3 *Nobilis puella, quæ ſecundum conditionem ſuam nubere
nequit, dicitur pauper, & num.5.*
4 *Pauper connumeratur inter perſonas miſerabiles.*
6 *Pauper dicitur , qui non habet viuere ſecundum ſuam
conditionem .*
7 *Pauper dicitur puella , quæ non habet dotem ſecundum
ſuam conditionem .*
8 *Conditio perſonarum, ex quibus dignoſcitur .*
9 *Magnum dicitur reſpectu vnius , reſpectu alterius pa-
ruum .*
10 *Ruſticus, an poſſit appellari diues, & quando,num.*11.
12 *Nobilis,& honeſta perſona non habens ſecundum ſuam
conditionem, vnde viuat, dicitur pauper.*
19 *Pauper dicitur, qui nequit maritare filiam , vel ſororem ,
ſecundum ſuam conditionem .*
14 *Legata poſſunt diſtribui perſonis non habentibus , vt vi-
uant, ſecundum ſuam conditionem .*
14 *Legatum relictum habenti paruam dotem,dicitur pium .*

A R G V M E N T V M.

Puella nobilis, quæ ſecundum conditionem ſuam nubere nequit, an Electione Fori gaudeat.

Q V Æ S T I O XV.

REgulam fundat nouiſſimè *Linglois decif.9. quæſt.* 2.
*lib.4.C.de reb.credit.& iureiurand.ſub num.*10.per
1 plures ſub numero miſerabilium perſonarum contineri
perſonas, inter quas puellas nobiles, quæ ſecundum ip-
ſarum conditionem nubere nequeunt pariter iſte repo-
nit, vnde priuilegio electioni fori gaudere neceſſarium
dicendum eſt .

2 Et quamuis ego apertè perſpiciam id ſuperfluum
eſſe,quia,vel illæ continentur ſub nomine virginum, aut
viduarum , quibus electionis fori beneficium compete-
re , & in miſerabilium perſonarum numero adſcribi ſa-
tis claritatis habet, vt alias diximus, & communis DD.
ſchola noſtro in iure vnanimi voce cantat .

3 Tamen ex abundanti aſſeuero , ne inaniter præfati
Doctoris enunciatum ſit problema,vires quidem ſume-
re, quia nobilis puella , quæ iuxta conditionem ſuam
4 nubere non poteſt,pauper appellari poteſt, & ſatis triti
iuris eſt pauperem miſerabilium nomine potiri , vt ſuo
loco ſatis cautè oſtendimus *par.1.huius tractatus.*

5 Quod autem , (ne gratis loqui videar) puella no-
bilis carens patrimonio coæquali ad ſuam conditio-
nem, vt nubere valeat,ſit pauper ex eo dignoſcitur fun-
damento .

6 Siquidem,nedum,qui nec bona, nec officium, ex qui-
bus viuere poſſit vtique habet pauper eſt , ſed etiam illa
habens, quibus viuere, non tamen decenter queat,iuxt.
textum in *l.nepos proculo,ff.de verb.ſignif.*

7 Et pauper nuncupatur puella , quæ ad victum neceſ-
ſaria habet , non tamen ſuæ conditioni congruam do-
tem, *Dec.in cap.cęterum, num.74.de iudic. Bald.in l.pau-
pertas, ff.de excuſat.tutor.*

8 Perſonarum enim conditio efficit, vt eiſdem faculta-
tibus alter pauper, alter diues dici poſſit , *l.ſed etſi §.ſed
& ſi proponas,* & ibi *Gloſſ. in verbo modica,ff.de iudic. Glo.
in l.illicitas , §.ne potentiores in verbolumine , ff. de offic.
Præſid.Soc.in.ſuo.conſ.60. num.51. lib.3. Giurba in com-
ment.ad Conſuetud. Meſſ.in cap.2.gloſs.6. num.23. part.1.*
vbi magnum , vel paruum ad perſonas , & res dicitur ,
9 nam reſpectu vnius magnum , reſpectu alterius dicitur
paruum ad *Gloſſ.in cap.1.in verbo neceſſitatem ,* 21.*quæſt.*
1.videndus *Gonzalez in regul.8. Cancellariæ , gloſ.2. à
num.*54.

10 Ruſticus, inquam appellari poteſt diues reſpectu ali-
cuius quantitatis, in qua nobilis pauper exiſtimatur , vt
poſt aliorum Doctorum tutatur *Ruiz.deciſio. Lunau.* 4.
*num.*233.addo *Morlam in emporio iuris qu. final. num.6.
Pacian.de probat.cap.54.num.45.lib.1.Menoch.de arbitr.
iud.caſ.65.num.8.centur.1.lib.2. Maſcard. de probat. con-
cluſ.1159.num.14.Cæſar.de Graſ.dec. 1.de ſucceſſ.ab inte-*
11 *ſtat.vbi num.3.&* 4. Ruſticum inter diuites reponit , ſi
centum poſſideat ſcuta, & inter pauperes nobilem mil-
le habentem , & id occaſionem diſcuſſionis articuli , ſi
Authen.præterea, Cod.vnde vir.& vxor. ceſſet , quandò
mulier congruè fuit dotata tàm reſpectu dantis , quàm
recipientis .

12 Taliter , vt nobilis , & honeſta perſona , niſi iux-
ta eius conditionem bona poſſideat pauper appelletur ,
*cap. ex parte de foro competenti , Ludouic.deciſ.Peruſ.66.
part.2 .*

13 Hinc deſcendit, non valentem filiam , vel ſororem
maritare iuxta ſuam conditionem pauperem cenſeri
Magon.deciſ.Florent.50.num.25.

14 Vnde in facti contingentia non ab re dicebam non
potuiſſe moleſtari à Commiſſario Reuerendæ Fabricæ
executorem , qui huiuſmodi perſonis diſtribuerat lega-
ta facta pauperibus, ad textum, & ibi *Bald. num.5. in l.
ſi quis ad declinandam, Cod.de Epiſc. & Cleric. Caietan.
2.2.quæſt.43 .art.8.Nauar.de redditibus Eccleſ. monit.27.
num.3.Graff.de arbit.confeſſar.lib.2. cap.51. num.11. Ru-
ſtic.in l.cum auus, cap.3.lib.2.num.23. Menoc.de præſump.
lib.4.præſumpt.115.num.8.* licito enim iure id fecerat ,
ſicque meritò obtinui , quia executor ille amplius,non
fuit moleſtatus præſentata fide diſtributionis factæ , vt
ſupra .

15 Verùm eſt enim dicere dotem, aut legatum relictum
habenti incongruam dotem , iuxta propriam conditio-
nem , vel qualitatem dici ad cauſam piam relictum , vt
de communi teſtatur *Surd.in tract. de aliment. tit.8. pri-
uileg.1 .num.20.*& præceteris ex neothericis probat *Gra-
tian.diſcept.forenſ.605.num.30.tom.4.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori compelit orphano trophio.*
2 *Orphano trophium est locus pius.*
3 *Orphano trophij causam agentes sant immunes à satisdationibus iudicialibus, & quasi tutores dicuntur, numero 4.*
5 *Nosconomium habet fori electionem.*
6 *Nosconomium à quo fuit prius institutum.*
7 *Brephotrophium est locus pius, & fori electione gaudet.*
8 *Geronsocomium quod sit, & an fori electionem habeat.*

ARGVMENTVM.

Orphanotrophium, & similia num gaudeant priuilegio eligendi Forum.

QVÆSTIO XIX.

1 Regula sit affirmatiua competere scilicet beneficium electionis fori orphanotrophio, reputatur
2 inquam illud, locus pius, dum est locus, in quo filij parentibus priuati nutriuntur, *Caluin. in lexicon. iurid. in verbo orphanotrophium*, vbi adducit textum in *l. illud C. de Sacrosanct. Eccles.* addo *Petr. de Greg. in sintagm. iur. li. 5. cap. 28. num. 3.*
3 Conducit textus *in l. orphanotrophos, Cod. de Episc. & Cleric.* vbi orphanotrophi causas in iudicio ex pia commiserationes agentes sunt immunes à satisdationibus
4 iudicialibus, & rationibus strictè dandis, & quod quasi pupillorum sunt tutores, itaut officium ad instar tutorum, seu curatorum ipsos habere notant *Rebuf. de nominat. quæst. 15. num. 16. Corras. de benefic. pars. 1. capit. 3. Quintaduegnas Ecclesiastic. libro primo cap. 3. numero 13. Garcia*, qui alios secum vehit *in tractat. de benefic. part. 1. cap. 3.*
5 Ampliatur conclusio etiam respectu Nosocomij, quod pariter vti locus pius tali fruetur priuilegio, cum constituatur propter pauperes ægrotantes, & languentes, quo infirmis alimenta subministrantur, *Caluin. in lexicon. iurid. in verbo Nosocomium*, vbi adducit pariter textum in *d. l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles. Petr. Gregor. sintagm. iur. lib. 15. cap. 18. num. 15. Pancirol. in Thesaur. variar. lect. lib. 2. cap. 172.*
6 Vbi testatur Fabiolam nobilem Romanam primum Romæ nosocomia instituisse, quæ à viro ob adulterium diuisa id sibi licere existimans alio temerè nupserat, ac errore comperto publica penitentia crimen diluit, & facultatibus pauperibus applicatis nosocomium erexit, teste *D. Hieronymo in epist. ad ocean. 30.*
7 Amplia similiter respectu Brephotrophij, quod pariter locus pius dicitur, & gaudebit eodem priuilegio, cum locus domusve dicatur, vbi infantes recentesque partus expositi, aut egentibus parentibus nati alantur, vt per *Caluin. in lexicon. iur. in verbo brephotrophium.*
8 Amplia quoque respectu Geronsocomij, seù loci curandis senibus deputati, quo tenues homines affecta ætate victum sibi suis operis parare amplius non possunt recipiuntur, & ad reliquum ætatis tempus aluntur *Gregor. d. cap. 28. num. 29. Caluin. in suo lexicon. iurid. in verbo Brephotrophium*, negari enim non potest esse locum pium, & proindè vti talem gaudere electionis fori priuilegio dicendum est.

Comprobat supradicta omnia posthæc scripta visus *Barbosa in tractat. de iure Eccles. Vniuersal. lib. 2. cap. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit leprosorijs.*
2 *Leprosoria in gratiam quorum conficiantur.*
3 *Leprosi dicuntur miserabiles.*

ARGVMENTVM.

Leprosoriæ, num in causis proprijs electionis Fori priuilegium allegare possit.

QVÆSTIO XX.

1 Regula sit competere quidem beneficium electionis fori leprosorijs, vti locis pijs.
2 Talia inquam appellari possunt, imò debet, & in effectu appellantur huiusmodi loca, quia in gratiam illorum conficiuntur, qui morbo lepræ percussi sunt, vt seorsum habitantibus contagionis periculum euitetur, *Barb. in tract. de iure Eccles. vniuers. lib. 2. capit. 11. tit. de Hospitalibus, Confraternitatibus, & alijs pijs locis, num. 11.* vbi autumat de illis mentionem facere textum in *cap. 2. de Eccles. ædificand. in clem. 2. de prebend. & in clem. quia contingit de Relig.*
3 Conducit à fortiori, quia leprosi ipsi dicuntur miserabiles, *Rebuf. de sentent. prouis. art. 3. glos. fin. Langlois dec. 9. quæst. 2. sub num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Electionis fori priuilegium competit Oratorio publico, non autem priuato, num. 4.*
2 *Oratoria etiam à secularibus gubernari solita dicuntur loca pia.*
3 *Bona Oratoriorum, quæ gubernantur à secularibus non possunt alienari absque solemnitatibus.*
5 *Oratorium, quod nam gaudeat immunitate Ecclesiastica, & num. 6.*
7 Decretum S. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. *quanam Oratoria comprehendat.*
8 *Restitutio in integrum cui Oratorio competit.*
9 *Fauor cogendi vicinos ad vendendum spectans ad Ecclesiam, cui nam competat Oratorio.*
10 *Ecclesia, & Oratoria, an agant iure prothomiseos.*
11 *Præscriptio contra Ecclesiam sicuti currit per quadraginta annos, ita & contra Oratorium.*
12 *Priuilegia competentia Ecclesiæ cui Hospitali competant.*

ARGVMENTVM.

Oratorium, quod regitur à laicis, an gaudeat Electione Fori.

QVÆSTIO XXI.

1 Regula sit competere priuilegium eligendi forum Oratorio, quod regitur à laicis si agat pro causa in qua illud interesse habeat proprium puta pro bonis ad ipsum spectantibus, vel pro legato, & simili causa, & ita rogatus de voto respondi, & audio non vna vice practicatum

ctìcatum in Magna Curia Vicariæ in casibus occursis.

2 Siquidem talia Oratoria à secularibus gubernari solita benè dicuntur loca pia, vt dixit *Rota in Cremon. Cappellaniæ* 1575. *coram R.P.D. Robusterio*, vbi quod ideò

3 bona ipsorum alienari non valent absque solemnitatibus extrauagantis ambitiosè *de reb. Eccles. non alien.* de quo etiam Barz. latius *decis. Rotæ Bonon.* 124. vbi tractat quando bona Oratorij à laicis gubernari solita solemnitatibus in rerum Ecclesiasticarum alienatione requisitis alienari, & emphiteusim concedi possint, & in casu suo pro parte affirmatiua concludit existimans illud sacrum esse, & Deo optimo maximo, ac Beatissimi Virgini dicatum, & bona vna simul congesta eo fine animo congesta, vt ad opera Ecclesiæ, siue Oratorij necessaria, & ad diuinum cultum, nec non ad sacros apparatus, & alia Ecclesiæ ornamenta, ac ad pauperes subleuandos pauperesque miserabiles elocandas deseruiant, nec non pro eleemosynis erogandis Sacerdotibus ibi celebrantibus pro substentationeque Presbyteri Rectoris, Ordinarij in eodem Oratorio existentis, atq; etiam pro Fabrica ad eiusdem Oratorij commodum, & ornamentum, & alia demum onera, quæ pro diuino cultu incumbunt.

4 Declara tamen habere locum conclusionem respectu Oratorij publici, non autem priuati, quod homines in suis domibus habent, dato quod cum licentia ibi Missa celebraretur, quia illud vti in commodum priuatum tendens, & ad tempus deputatum ad sacra ministeria, cum propria authoritate ad priuatos vsus conuerti possit pij loci priuilegio non vtitur.

5 Prout sic respectu immunitatis concluditur, siquidem Oratorium publicum benè gaudet, ne ad illud confugientes possint extrahi, ac si ab Ecclesia *Syluester in summa in verbo immunitas Panormitan. in cap. 1. de censibus num. 4. Ital. de immunitat. Eccles. lib. 1. capit. 4. §. 4. num. 2. Peregr. in eiusdem nominis tractat. cap. 4. numero* 62.

6 At secus videmus respectu Oratorij priuati *Bobic. in cap. Eccles. de immunit. Eccles. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst.* 30. *num.* 7. *Suarez de relig. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 10. *trac.* 2. *tom.* 1. *Præs. de Franch. decisio.* 402. *num.* 7. *Farinac. in pract. crimin. quæst.* 28. *tit. de carceribus, & carceratis, num.* 71. *Tusc. conclus.* 9. *num.* 15. *litt. E.* sicq; declarasse Sacram Congregationem Eminentissimorū Cardinalium in Perusina immunitatis 9. Decembris 1631. fatetur *Barbos. in collect. Bullar. in verb. Oratorium, al secondo*, & eandem opinionem probat *Bonac. quæst.* 7. *de immunit. eccles. §.* 2. *num.* 9. vbi quod Oratorium priuata authoritate fundatum non gaudet priuilegio immunitatis, etiam si Episcopus facultatem dederit in eo celebrandi.

7 Confert nam decretum *Sacri Concilij Tridentini* de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ *sess.* 22. *cap.* 8. comprehendir Oratoria in particularium dumtaxat domibus existentia, vt fuisse resolutum à Sacra Eminentissimorum Cardinalium Congregatione in vna Florentina 1. Septembris 1615. & in alia Colimbrien. 1. Iulij 1616. testatur *Sellius in select. canonic. cap.* 18. *num.* 25. secus dicens *num.* 21. iudicatum in eadem Sacra Congregatione respectu Oratoriorum publicorum, quorum ianua in publica via exeat, & ad illam omnibus publicus pateat accessus, nec fenestræ in illo sint, per quas in illud prospectus haberi valeat, habeatque necessaria requisita, nec iuribus Parochialibus præiudicetur.

8 Hinc inferri potest restitutionem in integrum, siue primum, & secundum beneficium in Regno competere Oratorio publico, at secus priuato, prout dicebatur in causa contra Iulium Pappalardum.

9 Et fauorem cogendi vicinos ad vendendum pro commodo Ecclesiarum, *Gram. decis.* 75. *Tusc. concl.* 117. *litt. E. Thes. iur. forens. quæst* 64 *lib.* 1. *Valasc. dec.* 22. *Gizzarell. decis.* 38. *Valenzuel. consil.* 18. *volum.* 1. *Mastrill. decis.* 280. *Leon. dec. Valentiæ* 90. *lib.* 1. *Reg. Tapia decis. S.C.* 6. vbi nos pluries allegat, pariter extendi ad huiusmodi conseruatoria publica, non autem priuata dicendum est iuxta tamen loci, & imminentis necessitatis qualitatem arbitrio prudentis iudicis, qui necessitatem, & vtilitatem vno eodemque tempore considerare tenetur.

10 Prout quemadmodum Ecclesiæ, & loca pia non agunt iure prothomiseos, nec eodem iure vtuntur, prout alij vigore *Constitut. Regni sancimus*, idque in hac Ciuitate Neapol. *ex consuet. si Ecclesia sub tit. de iure congrui, & ex Rit. Cur. Archiepisc. eiusdem Ciuitatis, Præs. de Franch. decis.* 285. *de quo Vulpes in praxi iudic. fori Eccles. cap.* 31. *num.* 8. *Episc. Ricc. decis. Cur. Archiepisc.* 180. *part.* 3. *Galeot. controuers.* 61. *lib.* 1. vbi quod de iure communi magnum est dubium *Marant. disput.* 8. *Boer. dec.* 231. itaut *Gras. de effect. cleric. effect.* 2. *num.* 388. multos casus distinguat, licet passiuè, & non actiuè competere post cæteros autumet *P. Dian. tract.* 1. *de immunit. Eccles. resol.* 43. *part.* 3. at passiuè, & actiuè competere notat *Giurb. decis.* 25. *num.* 10. & videndus latiùs *Ratha cons.* 46. Ita pariter, & Oratorium publicum, *Rendel. in d. constit. in verbo Ecclesia, num.* 4. *Thor. in summa priuileg. piarum causarum priuileg.* 72. qui in effectu loquuntur de Cappella in qua celebratur Missa.

11 Et ad instar præscriptio quadragenaria currit contra Ecclesiam *cap. de quarta de præscript. Authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* super qua plura Illustrissimus Præsul. *Ricc. collect. decis.* 1005. vbi adducit *Papon.* inter alios *arrest.* 1. *tit.* 13. *lib.* 2. addo *Cebed. decisio. Lusitan.* 82.

Ita pariter, & contra Oratorium publicum, non autem priuatum talis præscriptio habet locum.

12 Fauet supradictis regula, vt in tantum priuilegia competentia Ecclesiæ communicentur hospitalibus in quantum sint publica non autem priuata *Bald. in Auth. hoc ius porrectum, versic. sed hic quæro, Cod. de Sacrosanc. Eccles. Barbat. in capit. nulli, versic. & pondera subtiliter de rebus Eccles. non alien. Valasc. decisio.* 150. *numero* 12. & alij apud *Merlin.* nouissimè *controuers. forens.* 65. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Oratorium, quando reputetur publicum, & num.* 2.

3 *Cappella, quando non dicatur Ecclesia, sed Oratorium priuatum.*

4 *Oratorium ab Ecclesia qualiter differat, & vide num.* 5.

6 *Hospitale, quando sacrum reputetur, & quando profanum, num.* 6. *&* 7.

8 *Hospitale potius præsumitur laicale, quam Ecclesiasticum.*

ARGVMENTVM.

Oratorium, quando dicatur publicum, vel priuatum ad finem de quo supra.

QVÆSTIO XXII.

1 Regula sit ad ornatum supradictorum in antecedenti quæstione Oratorium tunc publicum reputari, vbi habet formam Ecclesiæ, ibique celebrantur Missæ, & ad illud communis patet aditus, ita probat *Barz. decis.* 124. *num.* 5.

2 Et publicum Oratorium præsumi, quando habet campanam publicam, ad cuius sonum omnes fideles liberè possunt concurrere ad audiendam Missam, & ad ibi orandum *Decian. in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *numero* 29. *tom.* 1. *Tusc. conclus.* 59. *num.* 24. *litt. I.* vbi testatur de communi, refert, & sequitur nouissimè *Peregr. in tract. de immunit. eccles. cap.* 4. *n.* 63. vbi annuit id multò magis

proce-

procedere, si fuerit benedictum, iuxta Rituale Romanum iussu Felicis recordationis *S.D.N.Pauli Papæ V.* editum in anno Domini 1614. sub *Rubrica Ritus benedicendi nouam Ecclesiam, seu Oratorium publicum, vt ibi Sanctissimum Missæ Sacrificium celebrari possit, vel habeat altare lapideum immobile consecratum.*

3 *Inde Mantic.decis.38.nu.2.* recenset in casu suo Cappellam de qua erat controuersia non esse Ecclesiam, cum non esset consecrata, neque dotem haberet constitutam, vt requiritur, *cap.nemo,sl 1. de consecrat. dist.1. Feder. de Sen. cons.130.* sed esse Oratorium priuatum, cum in solo Monachorum esset constructum, & eorum edibus incorporatum, & ad illud nonnisi per ædes, in quibus hospitium erat constitutum dabatur accessus, quod indicium putauit esse certum ad demonstrandum illud esse priuatum Oratorium.

4 Differunt inquam Oratoria ab Ecclesia, vt apud *Ital. in tract.de immunit.Eccles.lib.1.cap.4.§.4.num.3.Remig. de Gon.simili tract.ampliat.2.num.7.* quod in Oratoriis non debet Missa celebrari in magnis solemnitatibus, *c. si quis etiam de consecrat.dist.1.* in Ecclesiis verò sic, item, quia Ecclesia dotatur, Oratorium verum non.

5 Quare nouissimè *P.Leon.in suo tract.de officio Cappellani, quæst.2.num.10. ex decis. Rot.* apud ipsum recenset Ecclesiam esse, & non oratorium cognosci si habeat dotem campanile, vel percipiat decimas, aut primitias.

6 Conducit ad corroborationem supradictorum illud simile de Hospitali, quod tunc sacrum reputatur, si habeat formam Ecclesiæ, & in eo sit altare, siue Oratorium consacratum cum campanile, & campanis, quibus ciues vocentur ad rem Sacram aliaque Diuina officia audienda publicè *Innoc.in c.inter dilect.de donat. Archid. in c.nemo deconsecr.dist.1.Felin.in c.de quarta præscr.Gutier.canon.q.lib.1.c.35.nu.20.Mascard.* qui concordantes coadunat *in tract.de probat.conclus.869. Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.132.nu.50. Sanch.de matrim. lib.9. disp.15.num.39.Barbosa de potest.Episcop.alleg.75. num.5. p.3.Merlin. controuers.forens.65.num.7.* vbi existimauit,
6 vt his deficientibus signis, & coniecturis Hospitale iudicandum sit prophanum, & priuatum, quantumcumq; in eo Hospitalitas, aliauè opera pia exerceantur, ex *Bald.in d.l.si quis ad declinandam, Alexand. consil.120. num.3.lib.1.Ias.cons.218.Curt.iun.cons.1. Mastrill. decis.*
7 *110.num.16.Ludouic. Perus.90.num.9.part.2.* vel saltim tale esse præsumendum *Rim.sen.cons.486. Feder. de Sen. cons.125.Magon.dec.61.nu.15.* addo *Mar.Antonin. var.*
8 *resol.lib.1.resol.14.* prout in dubio Hospitale potius præsumi laicale, quam Ecclesiasticum docuit *Glos.* quam sequuntur ibi *Imol. Abb. & Anchar. in clement. per litteras de præbend. Mohedan.decis.18. de causa possess. & propriet.Rota diuers.decis.725.part.1.& decis.154.p.2.* & alibi apud *Gonzal. in regul.8. Cancellaria de mensibus, & Altern.gloss.5.§.4.numer.24.* vbi alios adducit concordantes.

Et per has paucas quæstiones impositus sit finis huic Secundæ Sectioni, ad laudem omnipotentis Dei, eisq; Sanctissimæ Matris, Amen.

Finis Secundæ Sectionis.

SECTIO TERTIA,

CONTINENS NONNVLLOS CASVS, in quibus Beneficium Electionis, & variationis Fori concedatur, vel denegetur.

PRÆFATIO,

CVm in antecedenti *Sectione secunda* varios enodassem articulos recensendo personas, quibus de iure huiusmodi electionis fori priuilegium protrahatur, propositum sectando institutum & promissionibus inhærendo hac in postrema sectione ecce iam accingor, & dum accinctum ad id me respicis, præparatum te pariter peropto, stes igitur, ita & incipio.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit inferiori condictione aduersus potentem.*
2 *Inferiores respectu potentium dicuntur miserabilec.*
3 *Iudex supremus poteſt auocare causam propter potentiam aduersarij.*
4 *Perhorrescentia aduersarij operatur, vt quis possit coram alio Iudice litigare.*
5 *Actor non cenetur sequi forum rei, vbi iustitiam consequi nequit.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori, an detur personæ inferioris conditionis agenti contra potentem, quando coram Ordinario iustitiam obtinere speratur.

QVÆSTIO I.

1 REgulam sunt, qui fundant electionis fori priuilegium suffragari illi, qui est inferioris conditionis, & acturus est aduersus porentem, cuius ipse porentiam timet, ideò vt pro eius potentia coram Ordinario ius suum consequi desperetur, quia & huiusmodi à iure communi conceditur, vt suum aduersarium apud Curiam Principis vocer etiam quoad primam causæ cognitionem, *Panorm. in c. Nicolao, nu. 6. de appell. Dec. tract. crim. lib. 4. cap. 6. Cancer. var. resol. lib. 2. tit. deiurisd. omn. iud. c. 2. nu. 18.* & nouissimè ille relato *Barbos. in collect. ad C. lib. 3. l. vn. C. quand. Imp. inter pupill. & vid. n. 22.*

Et de iure Regio Castellæ vide in l. 5. tit. 3. p. 3. vbi notat *Greg. gl. 7. & in l. 8. tit. 3. lib. 4. recopil. vbi Azeued. Couaar. pract. q. c. 6. nu. 1. Villadieg. in polit. c. 1. à nu. 79. Montalu. in l. 18. tit. 23. p. 3. Monterof. in pract. tract. 5. de los casos de corte, Auendan. de exeq. mandat. 1. par. cap. 1. nu. 31.*

2 Cuius opinionis ratio reddi poteſt, quia tales inferioris conditionis respectu potentium possunt dici miserabilés personæ, & proinde vti talibus competit supradictum beneficium, vigore *cit. l. vnic.* quæ licèt expresè hunc casum non comprehendat, & in vigore videatur excludere tamen ex æquitate, & tacitò modo ne causa oppressionis detur includere videtur.

3 Vnde per modum prouisionis, constiro, quod verè, & realiter coram proprio Ordinario Iudice inferiori ex causa porentiæ aduersarij minus potens iustitiam consequi non valet, poterit Iudex supremus se intromittere in causa, & illam auocare, opponendo clausulam (citra præiudicium iuris baronalis) si fortasse Curia Baronalis esset Iudex primarum causarum.

4 Recipiunt incrementum supra narrata, *ex singulari Alciat. doctrina cons. 52. nu. 3. lib. 6.* vbi probauit solam aduersarij perhorrescentiam operari, vt quis possit coram alio Iudice litigare, vt refert modernissimè *Merin. controuers. forens. c. 81. nu. 16.*

5 Coadiuuatur similiter, nam Actor non tenetur rei forum sequi, quando ibi iustitiam plenè consequi non poteſt *Angel. in Auth. vt cler. apud proprios Episcopos, nu. 1. Amat. cons. 31. nu. 12.*

Indè cum hac residens sententiam modernè *Carleual. de iudic. disput. 2. q. 6. numer. 629.* vbi requirit adhuc iuramentum perhorrescentiæ, & differentiam consequendæ apud Iudices inferiores, post multos à nobis etiam supra citatos, quibus iungit *Auendan. in dictionario in verb. corte.*

SVMMARIVM.

1 *Electio competit priuilegiatis personis, quantumuis causa sit à Prorege delegata, limita, num. 2. & 3.*
4 *Delegatio simplex non tollit electionis fori beneficium.*
5 *Delegatio simpliciter concessa nullum affert Baronibus præiudicium.*
6 *Delegatio non concessa cum dispensatione particulari priuilegij Baronum, an præcludat Baronibus viam petendi remissionem causæ.*
7 *Delegatio non continens expressam derogationem priuilegiorum Baronum, illis non præiudicat.*
8 *Princeps poteſt auferre causam ab vno, & altero Iudice, & Baronum priuilegijs derogare,*
9 *Delegatio causæ non est in omnibus causis facienda.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Electio Fori an procedat, quotiescumque causa reperitur delegata.

QVÆSTIO II.

1 Regula sit, minimè esse præclusam viam priuilegiatis personis vtendi priuilegio electionis fori, quamuis causa esset delegata ab Excellentissimo Regni Prorege eiusque Collaterali Consilio, nisi expressè esset derogatum *l. vnic. C. quando Imper. & Constit. Regni Statuimus*, prout quandoque in delegationibus adsunt verba dispensatiua, & derogatoria talium iurium di-
2 spositioni, nam tunc causa agi, & prosequi deberet coram delegato, & ab illo declinari per viam electionis fori, minimè posset, ita probat *Danz. in tract. de pugna DD. tit. de electione fori, & foro competenti cap.*
3 *2. num. 29. vbi num. 29.* annuit, quod quando in delegatione deest supradicta dispensatio, siuè derogatio, tunc subintrabit electionis fori beneficium.
4 Simplex enim delegatio, minimè operatur exclusionem huiusmodi priuilegij eligendi forum priuilegiatis personis competentis, cum expressa requiratur derogatio ex dictis *à Peregrin. decis. 129. Giurb. decis. 82. Castill. decis. 39. Merlin. controuers. 86. Reg. Tapia decis. Sacr. Consil. 43. num. 3.*
5 Confert pro corroboratione, nam delegatio simpliciter concessa nullum affert præiudicium Baronibus, quin ipsi nequeant remissiones suorum vassallorum, vt declaratum per Collaterale Consilium, latè reportat *idem Danz. de pugna DD. tit. de officio delegat. cap. secundo, num. 9. & seq. tom. 2.* probans vlterius, & declara-
6 tum, ac determinatum ostendens, vt si delegatio non sit concessa cum dispensatione particulari priuilegiis Baronum, non cum verbis alterantibus iurisdictionem, nec simpliciter, sed cum aliis dispensatiuis pragmaticis, & Constitutionibus Regni, talia verba minimè obtineât effectum, vt delegatio claudat viam Baronibus petendi remissionem causæ, taliter, vt claram supponat Conclusionem, quod quando delegatio non contînet expressam abdicationem priuilegiorum Baronis, quamuis amplè, & latè concedatur, numquam intelliguntur sublata iura Baronis petentis cognitionem sui vasalli, & verba quantumnis larga delegatoria operari in damnum inquisiti, nè declinatoria ipse vti valeat, iuxta scripta per eumdem *in tit. de potest. admodum belli, cap. 3.*
8 Quod autem liceat Principi, quando vbi videbitur causas, he dum ab vno Iudice auferre, & alteri committere, sed etiam delegare, & dispensare iuribus Baronum, eorumque priuilegiis derogare: & delegare etiam carenti iurisdictione non ambigitur, & probat nouissimè *Montan. in suo tract. de regalibus tit. quæ sint regalia sub num. 55.*
9 Quamuis huiusmodi delegationes sint faciendæ cum magno temperamento, & in causis exemplaribus est facienda prouisio ratione boni publici *Reg. de Ponte in tract. de potestat. Proreg. tit. de deleg. causarum.*

Prout sic reminiscor annis elapsis vti Regium Auditorem in Prouincijs Lucerinis iustis de causis me certiorasse Illustrissimum, & Excellentissimum D. Ducem de Alcalà tunc in Regno Proregem Vigilantissimum.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit miserabilibus personis, quamuis Baro habeat concessionem iurisdictionis in omnes, & quoscumque Ciues habitantes in loco.*
2 *L. vnic. C. quando Imperat. non dicitur derogatum per concessionem iurisdictionis primarum, & secundarum causarum.*
3 *Derogatio indiuidua requiritur, vt comprehendat causas priuilegiatarum, & miserabilium personarum.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num detur in præiudicium habentis iurisdictionem in quoscumque habitantes in loco etiam alibi delinquentes.

QVÆSTIO III.

1 Regula sit affirmatiua competere scilicet priuilegium eligendi, & variandi forum miserabilibus, priuilegiatis personis etiam in præiudicium Baronis habentis concessionem iurisdictionis in omnes, & quoscumque Ciues habitantes in loco, quamuis alibi delinquant, de quo priuilegio loquitur *Foller. in practic. crim. in verbo audiantur excusatores, num. 25.* post eum *Rouit. in pragmat. 11. à num. 6. vbi de delict. quis conuent. deb.*
2 Sumit robur talis Conclusio, eo quia priuilegio *leg. vnic. Cod. quando Imperat. inter pupill. & vid.* minimè intelligitur derogatum per concessionem iurisdictionis primarum, & secundarum causarum in omnes, & quoscumque Ciues, & habitantes in Castro etiam alibi delinquentes, ita probat *Præses de Franch. decis. 192. num. 2.*

Indè cum casus accidisset trutinari coram quoddam Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ, & ipse meum expoesceret votum illud, iuxta firmatam regulam voce impartitus sui, quod deindè per totam Magnam Curiam facto verbo approbatum fuisse ipsemet certiorem me fecit.

Negari enim suaptè nequit hanc esse generalem concessionem, quæ non solet comprehendere causas priuilegiatarum, & miserabilium personarum, quæ indiuidua egent derogatione, vt dixit *Rota in Eugubina contractus coram R.P.D. Penia*, & communis DD. schola docet, prout alibi diximus.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non competit miserabilibus personis, vbi Baro habet concessionem iurisdictionis cum clausula*, prout plenius, &c.
2 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, & num. 10.*
3 *Terminus referens censetur continere idem quod est in termino relato.*
4 *Paria sunt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem, & num. 5.*
6 *Relatio restringitur ad id quod in relato continetur.*
7 *Referenti non creditur, nisi de relato constet.*
8 *Clausula*, prout prædecessores tui possiderunt, *quid importat.*

9 *L. vnic. C. quando Imper. an censeatur derogatum si in secunda cessione adest clausula (prout prædecessores tui possiderunt) & nu. 11. & 12.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori, an concedatur in præiudicium habentium iurisdictionem cum clausula, *prout melius, & plenius prædecessores tenuerunt*, si illos habuisse in specie cognitiones contra miserabiles personas pateat.

QVÆSTIO IV.

1 REgula fundatur ab aliquibus cessare priuilegium electionis fori alias concessum miserabilibus, quoties Barones haberent concessionem iurisdictionis, cum clausula, *prout plenius, & melius prædecessores tenuerunt*, & constaret prædecessores in effectu habuisse derogationem *leg. vnic. Cod. quando Imperat.* contra priuilegiatas, & miserabiles personas, cum tale priuilegium tunc subintelligeretur, ita *Capiblanc. in pragmat. 8. part. 1. num. 300. de Baronibus, tom. 1.* vbi in suum additamen adducit *Præsid. de Franch. decis. 192.* qui realiter hoc enunciat *num. 8.* sed postea in aliis sequentibus suam declarat opinionem.

2 Redditur ratio eo quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat. l. aut prætor, §. 1. ff. de re iudicat.* adeo quod dicatur pars referentis *Alexand. consil. 35. num. 8. lib. 4. Cardin. Tusch. conclus. 129. lit. R.* & terminus referens censeatur continere idem, quod est in termino relato *Soccin. cons. 77. & consil. 89.*
4 cum paria sint aliquod nominatim exprimi, vel per re-
5 lationem: *Paris. cons. 122. lib. 1.* vbi verius patet, quando relatio est certa, quia nequit fieri, nisi ad vnum
6 certum, indè relatio restringitur, & limitatur ad id, quod in relato continetur tantum *Dec. cons. 63. Bardel. cons. 61. num. 42. Bimius cons. 34. numer. 6. Sesse decis. Aragon. 125. num. 41. & dec. 187. num. 110.* & referenti non
7 creditur, nisi de relato constet, *Authent. si quis Codic. de edendo Surd. cons. 5. num. 57. Antonin. resolut. 38. lib. 1. num. 5.*

8 Vis inquam clausulæ, *prout prædecessores tui possiderunt*, est, vt omnia concessa in priuilegio relato intelligantur concessa in referente priuilegio *Bart. in constit. ad reprimendum in verbo prout, Castrens. in l. admonendi, nu. 16. ff. de iureiur. Aretin. cons. 76.* videndus *Moles decis. manuscript. q. 12.*

9 At nouiter *Carleual. de iudic. disp. 2. quæst. 6. num. 581.* post *Foller. in practic. crimin. in verb. audiantur excusatores, num. 114.* concludit quod si dominus antiquus potiatur, *leg. vnic. Cod. quando Imper.* in primo priuilegio, si in secunda concessione adesset præfata clausula, *prout tui prædecessores tenuerunt, & possiderunt*, minimè censeatur derogatum *dict. leg. vnic.* nisi expressa esset derogatum *Merlin.* etiam nouissimè *controuers. 86. in fine*, videnda similiter scripta per nos *part. prima. prax. sect. 4. quæst. 8.* vbi hanc agnouimus opinionem veram.

10 Redditur huius opinionis ratio, quia regula relati, quod sit in referente cadit super expressis tantum in priuilegio nouiter concesso, & non vt fiat extensio ad alia contenta in antiquo priuilegio, nec expressa in nouo, *ad text. in l. cum de lanionis, §. fin. ff. de fund. instruct. legat. Lanar. cons. 66. a num. 4.*

11 Cæterum sunt, qui modificant huiusmodi opinionem, quando clausula prædicta haberet specificam relationem ad priuilegium illius, qui primo loco tenuit, & possedit cum iuribus illis, vt puta si diceret; prout Titius possedit, & tenuit videndus modernus *Mont. in tractat. de regal. tit. de regal. offic. sub numer. decimo octauo*, quod pariter autumat *Rouit. decis. 6. numer. 15.*

At nouissimè *Danza in tractat. de pugna DD. titul. de priuileg. cap. secundo, tom. secundo*, post recitatas opiniones diuersas contra illas insurgendo cum prima tandem per transit concludendo, vt quoties in postrema inuestitura adesset illa clausula, *prout tui prædecessores melius tenebant, & possidebant*, & in secundo inuestitus probaret habere in primo virtutem vnitiuam adesse, & pariformiter relatum intuitiuum esse in referente.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori denegatur miserabilibus personis, quando Barones habent derogationem, l. vnic. C. quand. Imper. ex titulo emptionis.*
2 *Iurisdictio casuum Principi reseruatorum concessa magno domino transit in singularem successorem.*
3 *Priuilegia concessa Magno Principi, cum casibus reseruatis, non transeunt cum generali alienatione.*
4 *Rex non præsumitur concedere magnas prærogatiuas inferioribus.*
5 *Mentio expressa debet fieri de eo quod est alicuius considerationis.*
6 *Succedens in ius alterius eodem iure potitur, amplia. num. 7.*
8 *Regalia non veniunt in generali concessione.*
9 *Regalia concessa priuatis, cessant esse regalia.*
10 *Ius in materia feudali non est metiendum à possessore; sed ab ipso feudo.*
11 *Ius feudi attenditur non possidentis qualitas.*
12 Leg. licitatio §. fin. ff. de public. & vectigal. *quod disponit.*
13 *Priuilegium fisci non transit ad fructum emptores.*
14 *Priuilegium fisci non egreditur personam.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num concedatur, vbi derogatoria l. vnic. C. quando Imperat. concessa Magno Principi transisset in singularem successorem inferiorem.

QVÆSTIO V.

1 REgula sit esse denegandum electionis fori priuilegium miserabilibus, & priuilegiatis personis, vbi iurisdictio reperiretur apud Barones ex titulo emptionis factæ ab aliquo magno Domino, qui in specie habebat derogationem *l. vnic. C. quando Imper.* & sic cognitionem causarum contra miserabiles, & priuilegiatas personas.

2 Sumit robur opinio ista, quia iurisdictio casuum Principi reseruatorum concessa Magno Domino transit in singularem successorem inferiorem, cui fuit facta alienatio cum assensu, vt pluries fuisse iudicatum, & constare ex exemplis productis in Magna Curia Vicariæ in processu Martii de Orlando Terræ Laconigri inquisiti de homicidio in personam Capitanei Terræ Armenti commisso intuitu officii super articulo remissionis petitæ ab Illustrissimo, & Excellentissimo

Principe

Principe Hostiliani vtili Domino iurisdictionis criminalis in Banca Pansæ ostendit *Rouit.in pragmat. Regni 1.num.43.sub rubric. vbi de delict. quis conuen. deb.* & nouiter *in decis.6.* modernè probat *Danza in tract. de pugna DD.tit.de priuilegijs, & eorum prioritate, capit.final.* vbi recenset iuxta hanc opinionem fuisse practicatum, & obseruatum vidisse.

At sępiùs iudicatum in Sacro Regio Consilio contrarium, nempè priuilegia concessa alicui magno Principi cum casibus reseruatis, minimè transire cum generali alienatione cum assensu facta in personas inferioris notæ, testatur *Minad.in Constit.Regni in aliquibus num. 39.& seq.* quem refert, & sequitur *Præsid. de Franch. decis.125. num.primo, decis.275. à numer.7. & decis.361. num.43.* addo *Afflict.decis.361. numer.43. Viu.decis.208. Reg.Tap.in suo Iure Regni, lib.3. rubric.6. in dict. pragmat.1.num.39. vbi de delict.quis conuen.deb. Reg. de Ponte in tractat.de potest.Proreg.tit. de elect. offic.§.1. num.34.* modernissimè *Carleual.in tract.de indic.disput.2.quæst.6. sub num.581.*

4 Assignatur huius alteræ opinionis ratio, quia non est præsumendum Regem fuisse concessurum tales prærogatiuas huiusmodi inferioribus personis, quoniam plura conceduntur vni ratione præheminentiæ,vel strenuitatis, aut status, quæ alteri denegantur, tanquam dissimili, nec illius qualitatis.

5 Item, quia de eo, quod est alicuius considerationis debet fieri expressa mentio, *Alexand. conf.104. volum. 1.Afflict.decis.11. num.9.& decis.220.num.16.* quos pro corroboratione firmatæ vltimæ opinionis vehit *Viscon. ad Franch.cit.decis.125.num.1.*

Sed pro firmata regula ad fauorem emptoris cum assensu stat axioma iuris, vt succedens in alterius ius eodem iure vti debeat, *leg.qui in ius,ff.de regul. iur.cap. qui in ius eod.tit.in 6. Rebuff.in tractat. de nominat. quæst. 8. à num.12. cum seq. Monet.de decim.cap.8.quæst.4.num. 50.Gonzalez.in regul.8.Cancellariæ,glos.15.§.1. num.79.*

7 *Illustrissimus Præsul Riccius in collectan. decis.1784.* quod procedit etiam in singulari, & particulari successore, vt obseruant *in d.leg.qui in ius Cagnol. & Dec.* & pariter in volente frui sui authoris iure *Alexand. consil.12. lib. quarto, Rota in Sabinen. donationis de anno 1577. coram Eminentissimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore.*

8 Præterea illum iuuat, quia etsi iura regalia reseruata Principi sint, nec in generali concessione Principis veniant ad tradita *à Pref. de Franch. decis.275.* tamen semel alienatione secuta, & speciali alicuius iuris translatione de Principi reseruatis in personam priuatam
9 cessat esse de regalibus, & principi reseruatis, & consequenter labitur cum vniuersalibus iuribus, quamuis de illis mentio particularis haud fiat *Arg.text. in l.pater filium, §.quin decem,ff. de l.Signor.cons.210.nu.6. Pref.de Franc.dec.56.nu.16.* post antiquiores ab ipso productos.

10 Insuper tutatur, quoniam in materia feudali non est mentiendum ius à persona possessoris, sed eisdem feudalis corporis, itaut ratio qualitatis possessoris nihil operetur, sed ipsum ius feudi insitum attenditur,
11 quod tamquam incorporatum ipsi feudo transit ad illum ad quem feudum pertransit, itaut satis sit feudum semel acquisiuisse aliquod ius, quod sit ipsi feudo incorporatum illudque tunc statim fit, cum primum Baro incepit illud possidere cum Vniuersitate ipsius feudis missum, & confusum sub eiusdem feudi nomine, vt post alios probat *Rosental.in tractat. de feudis, capit.5. conclus.6. cap.3.* quia tali in casu in omnem personam, ad quam vadit ipsius feudi possessio, valebit semel quæsitum ius retinere, & nomine feudi exercere.

Quare scopum agnoscens nouiter *Reg.Tapia decis.S. C.11.in fin.* post citata verba *Minad.loc.cit.* aduertit fore suo tempore cogitandum.

Consideratur inquam contra *Minad.* non probari
12 suum assumptum,ex iuribus allegatis, quoniam *text.in l.licitatio, §.fin. ff.de publicat. & vectigal.* fancitur, vt quamuis fiscus sit immunis à vectigalibus, tamen ementes fructus de fiscalibus fundis, minimè sunt im-
13 munes, & consequenter fisci priuilegium haud tran-

Pars II.

sit ad fructum emptores ex bonis fiscalibus, cum perso-
14 nale sit fisci priuilegium non egrediens personam, nec transiens ad emptorem, nisi expressè concedatur *Peregr.in tractat.de iure fisci tit.4.à num.45. lib.6.Gabriel conclus.2.de regul.iur.* quod non est applicabile casui, de quo loquimur, in quo tractatur de concessione expressè facta à Principe, *ita Rouit. cit.decis.6. numer.4.* vbi etiam quod *textus in leg.tutores, ff.de his qui notantur infami.* annuit nullum habere saporem applicabilem ad quæstionem.

Et proindè discurrendo *num.13.* attestatur dictum illud axioma *Minadoi, & Præsid. de Franch.* fortassè procedere, vbi Castrum Baroni concessum à Rege etiam cum aliquibus ex iuribus regalibus soli Regi reseruatis fuisset ad Regem vti directum dominium deuolutum ex linea finita, vel alia causa legitima, & post illius deuolutionem, & incorporationem penès Regiam Curiam, illud idem Castrum alteri de nouo Rex concedat non specificando illa iura regalia primo loco concessa, sed solum cum clausula generali (prout alii prædecessores tenuerunt, & possederunt) nam tunc fortassè non venire illa iura regalia in alio priuilegio concessa tamquam Principi reseruata, quia per deuolutionem ad Regem cuncta sunt deuoluta, imò ipsum feudum, & feudalis qualitas est resoluta, nec illud primum priuilegium, sed secundum est in consideratione, & vbi non est expressum non est præsumendum Regem voluisse concedere passim concedi non solita, & quæ sunt Principi reseruata ex dictis à *Franch.decis.78. Capyc.in inuestitur. feud.in verb.cum iuribus, & pertinentijs,Put.de reinteg.feud.fol.115.*

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori conceditur, & si procedatur ad modum belli.*
2 *Concessio procedendi ad modum belli facta per Principem non comprehendit priuilegiatas.*
3 *Priuilegium in corpore iuris clausum requirit specialem derogationem.*
4 *Barones possunt petere remissionem causarum, vbi procedit ur ad modum belli.*
5 *Facultas procedendi ad modum belli alicui concessa, an deroget priuilegijs Baronum.*
6 *Armantes per Campaneam remittuntur Baronibus,etiam si contra illos ad modum belli procedatur.*

A R G V M E N T V M.

Electio fori num denegetur eo sub prætextu, quod in causa procedatur ad modum belli.

Q V Æ S T I O VI.

1 Regula sit negatiua, quia licet in causa procedatur ad modum belli, de quo in *pragmat.10. §.48. de offic.iudic. & aliorum offic.* non per hoc excludi debet electio fori alias competens ex priuilegio *l.vn. C.quan. Imper.& Constit. Regni statuimus.*

2 Siquidem concessio procedendi ad modum belli fa-
cta per Principem generaliter non comprehendit pri-
3 uilegiatas, & miserabiles personas habentes speciale priuilegium in corpore iuris clausum, quod specialem requirit derogationem, nec videtur illi derogatum per Principem, nisi expressè de illo mentio fiat *Barbos.in leg.prima, tractat.quarto, num.72. ff.de iudic. Peregrin*

crim.variar.tract.lib.1.tit.de iurisd.ordin.num.18. Castill. quotid.controuers.lib.3.cap.25.num.7. Cancer. variarum resolut.lib.2.cap.1. à num.24. vbi ad plura infert *Ferrer. obseruat.part.secunda,cap.12. Reg. Tap.decis. S.C.43. numer.3.*

Iuuat pariter pro corroboratione, quia videmus, quod licet in causa procedatur ad modum belli non per hoc est præclusa via, quin Barones possint petere
4 remissionem inquisitorum ad proprias Curias, nam talis facultas procedendi ad modum belli non lædit priuilegia Baronum, nec illis præiudicat, vt fusè fermone inducat nouissimè *Dantza in tract. de pugna DD. de potest.ad modum belli, cap.3.tom.primo*, vbi pluries sic declaratum, & prouisum per Supremum Collaterale Consilium reportat in varijs factorum contingentijs, & iterum *in tit.de armatione per Campaneam cap.2. tom.*
5 *2.* vbi quod quando in potestate ad modum belli tributa non est priuatiuè ad alios Iudices concessa, & abdicata ab ordinarij, tunc non censetur præiudicari, nec derogari priuilegiis Baronum, & ipsis petentibus remissionem vassallorum, articulus remissionis discutiendus præuio termino iuris ordine seruato, & ordinariè, vt latius apud eum cerni poterit, dum tractat si quando in causa armationis per Campaneam procedi-
6 tur ad modum belli, armantes per Campaneam veniant remittendi ad Barones petentes remissionem, & affirmatiuam tutatur opinionem, tam rationibus, quam exemplis, & decretis, ac prouisionibus Supremorum Tribunalium.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non conceditur miserabilibus personis, vbi Barones habent derogationem. l.vn.C.quand. Imper. limitatur num.2.*
3 *Superiores possunt auocare causas ad se, vt euitentur grauamina.*
4 *Tribunalia suprema possunt mandare Baronibus remissionem causæ petentibus, vt lata sententia, illa certiorent.*

ARGVMENTVM.

Electio fori num respuatur ad instantiam habentis derogationem, leg. vnic. Cod. quando Imperat. si suspicio sit Baronem non debere punire reum.

QVÆSTIO VII.

1 Regula quamuis sit clara, vt quando Barones habent concessionem iurisdictionis cum expressa derogatione *l.vn.Cod.quando Imper.* tunc aduersus electionem fori factam à miserabilibus personis valeant comparere illamque destruere petendo remissionem causæ, vt apud *Præsid. de Franch. decis.54.* & nouiter post cæteros *Carleual.in tract. de iudic. disput.2. quæst.6. num.582. Mastrill.decis.147.num.31.*

2 Tamen posset dari limitatio cessare talem Conclusionem, quando suspicaretur, vt Baro per quem remissio petitur non puniret reum contra quem esset ab offenso iudicium electionis fori in Tribunali Regio introductum, vt quia esset eius domesticus, der aliter vrgeat aliqua causæ suspicio, ita probant *Azeued.in l.1. tit.16. lib.8.noue recopilat.nu.45. Reg.Tapia in iur. Regni Constit. Statuimus, num.34.* & ita determinatum per Magnam Curiam Siciliæ fatetur *Mastrill.decis.147. num.33.* pro quibusdam vasallis, qui non obstante remissione petita fuerunt torti per eandem Magnam Curiam subdens *num.34.* quod licet sint, qui teneant tali casu posse Baronem nominare Iudicem in Ciuitate, tamen id non putat tutum data suspicione Baronis, licet admittat, quoties Terra Baronis esset longè distans, & suspicionis timor non in esset.

3 Non est inquam nouum iusta de causa superioribus licere quandoque causas ad se auocare ad finem euitandi grauamina vasallorum, vt videmus ob retardationem, vel denegationem iustitiæ, quo in casu Princeps potest causas ad se auocare à Baronibus *Grammat. voto 28.* vbi allegat *Pragmaticam Caroli V. incip, mandamus etiam,* quæ hodie reperitur *sub rubrica de Baronibus 7.in ordine,Viu. dec.208. num.5.* & alii apud *Mastrill. citata decis.147.num.22.vbi num.23.* probat posse Superiora
4 Tribunalia in remissionibus, quæ fiunt Baronibus mandare, quod certiorent de exitu causæ statim prolata sententia, sicque pluries seruatum testatur maximè si Baro malitiose, aut negligenter retardaret expeditionem causæ vasalli ad tradita *per Andr. in cap. Imperialem, §.præterea si inter duos de prohibit. feud. alien. per Federic.* de quo *Auna singul.269.* & ibi *addit. Viu.cit. decis. 208. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit personis priuilegiatis, quamuis in rescripto Imperiali adsit clausula,* non obstante quacumque lege contrarium disponente.
2 *Clausula supradicta non derogat fori electionis priuilegio.*
3 *Clausula generalis derogatoria, non reuocat priuilegia clausa.*
4 *Clausula generalis derogatoria non derogat priuilegio miserabilium personarum.*
5 *Clausula* non obstantibus, &c. *non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris.*
6 *Rescripta Principis contra iura tendentia non valent.*
7 *Inuerisimile est Principem tollere aliàs concessa.*
8 *Voluntas Principis præsumitur, prout de iure.*
9 *Rescriptum contra ius præsumitur extortum per importunitatem, & dicitur subreptitium.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an denegetur, si in rescripto Regio adsit clausula, *Non obstante in quacumque lege contrarium disponente.*

QVÆSTIO VIII.

1 Regula sit negatiua, non esse scilicet denegandum electionis fori priuilegium alias competens miserabilibus personis, quamuis in rescripto imperiali, seu Regio adsit clausula *non obstante quacumque lege contrarium disponente.*

2 Siquidem per hanc clausulam non censetur derogatum huic priuilegio *Bald.Salic. & Castrens. in l.vnic. C. quand.Imper.Foller.in pract.crim.in rubr.audiantur excusatores, num.93. Trentacinq. variarum resolutionum, tit.de citationibus resolut.secunda, lib.2.* quos ad hoc nouissimè reportat, & sequitur *Carleual. in tractat. de iudicijs disput.2. quæst.6. num. 577.* reddens rationem *num.577.*

3 Quia

3 Quia clausula generalis derogatoria minimè reuocat priuilegia clausa in corpore iuris (prout est illud de quo agimus *Marta de clausul.cap.77. num.2. & 19. Barbos. in remiss. Doctor. de clausul. & dict. clausul. 43. 44. & 45.* & per clausulam derogatoriam generalem non
4 censetur derogatum priuilegio concessio miserationis gratia, vt latius apud eum, & nos alibi probauimus, & proindè amplius hic non sistimus.

Quare discussione articuli vna vice ad nostrum iudicium reposita meritò ita determinauimus *de anno* 1637. in causa Philocoli de Gimnasijs contra vtilem dominium Castri, in quo ortus fuerat, & incolatum tunc habebat, licet hodiè dereliquerit, cum ad militiam pro seruitio Inuictissimi Nostri Regis Philippi IV. se adscripserit, & iam ad alias conuolauerit Regiones.

5 Certi enim iuris est per suptadictam clausulam ijs censeri derogatum, quæ in iuris corpore clausa non sunt, non verò cæteris, quæ in eo clausa reperiuntur, nisi additum sit etiam *clausis, &c. Gloss. in l.3. Cod. de silentiar. lib.12.* & post antiquos *Costa in tractat. de facti scientia, & ignorantia inspect. 5. à num. 5. Molin. de rit. nuptiarum lib.3. quæst.28. à num.5. Monet. de commutat. vlt. voluntat. cap.7. num.884. Kochier de iurisd. in exemptos part.3. quæst.9. Cabed. decis. Lusitan. 94. part.2. Burg. de Paz. in l.3. Tauri numer.137. Suarez de legibus lib.8. cap. 14. num. 8.*

6 Mandata quidem, priuilegia, rescripta, & concessiones Principis, dum tendunt contra iura, minimè valent absque mentionata causa potius ex defectu voluntatis, quam potestatis, *Salic. in leg. final. sub numer.4. Codic. si contra ius, vel vtil. public. Menoch. cons. 158. num.22. & consil.415. num.19.*

7 Quia inuerisimilitudinem sapit velle Principem tollere alias concessa *leg. si quando in fine, Cod. de inoffic. testament. Felin. in cap.1. num.12. de rescript. Vital. in tract. de clausul. in verbo clausula generalis, Kochier de iurisd. in exemptos, dict. quæst.9. num.2.*

8 Eius inquam voluntas talis præsumitur, qualem de iure esse oportet *gloss. in leg. relegati, ff. de pœn. Gloss. in cap.26. paratus 23. quæst.1. Felin. in cap.1. de Constit. n.26. Ias. consil.256. vol.2.*

9 Hinc exoritur rescriptum contra ius à Principe emanatum præsumi per importunitatem concessum, & subreptitium *Gloss. in capitul. pastoralis, in verbo consona, & in verbo noscatur, de fide instrument, & in capit.1. de constitut. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Barone non producente priuilegium cognitionis causa personarum priuilegiatarum, an illis electio fori competat.*
2 *Actus vnicus sufficit in iurisdictionalibus.*
3 *Quasi possessio iurisdictionis, ex quibus probatur.*
4 *Quasi possessio, in quibus non acquiratur, non existente iusto titulo.*
5 *Titulus possessionis debet ostendi, vbi Fiscus habet interesse.*
6 *Possessio absque titulo in iurisdictionalibus non suffragatur.*
7 *Possessorium iurisdictionis, an aliquo iure verum debet fundari.*
8 *Remissio causæ est concedenda Baroni, quando eius priuilegium est notorium.*
9 *Notoria non indigent probatione.*
10 *Notorij appellatione, quod nam veniat.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an cesset si Barones existant in quasi possessione cognoscendi contra miserabiles personas nullo tamen priuilegio exhibito.

QVÆSTIO IX.

1 Regula sit affirmatiua, vt etiam si Baro expressè non producat priuilegium cognitionis causarum miserabilium, & priuilegiatarum personarum, si tamen reperiatur imbutus possessione obtentionis remissionis causarum talium personarum non obstante fori electione facta à suis vassallis tanquam priuilegiatis, & miserabilibus personis tali casu electionem fori factam posse denegari, & forsitan concessam, ad instantiam Baronum posse reuocari, ita quidem determinatum per Magnam Curiam Vicariæ, & confirmatum per Sacrum Consilium reperitur apud *Thor. in compend. decis. Regni in verbo electio fori part 1.*

2 Recipit incrementum talis opinio, eo quia in iurisdictionalibus vnicus actus sufficit ad obtinendum *Bart. in l.1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itiner. Actuque priuat. Grammat. consil. ciuil.100. Cappella Tholos. decision.324. Anna cum addit. singul.96. Mastrill. decis.52. num.3.* vbi concordantes coadunat.

3 Inde ex visitatione confinium probari iurisdictionis quasi possessionem patet apud *Card. Tusc. conclus. 419. num. 5. litt. P*, vbi pariter quod probatur ex liberationibus, & gratijs sortitis effectum per exactionem datiorum censuum, & vectigalium ex administratione, & executione iustitiæ, ex furcarum erectione, & sententiarum executione, ex accusationibus factis, & executis, ex electione, & deputatione Officialium, & custodum, & ex similibus, de quibus omnibus post cæteros modernè *Postius in tract. de manutenendo obseruat. 31.*

At in puncto principali contrarium verius nouissimè existimat, sic iudicatum probans *Merlin. controuers. fo-*
4 *rens. cap.86. à numer. 17.* tutatur in huiusmodi casibus exceptuatis, & soli Principi reseruatis non induci quasi possessionem, nisi concurrat iustus titulus, & de illo doceatur, vt fusè quidem probat *idem controuers. forens. ca-*
5 *pitul. 13.* vbi ostendit possessorem quemcunque teneri ostendere titulum possessionis rei in qua fiscus habet pro se iuris præsumptionem ad ornatum, *l. cogi, Cod. de petit. hæred. & Constit. Regni Officialibus.*

Auget probationem huius opinionis *Veral. decis. Ro-*
6 *ta Roman.304. part.3.* quatenus fundauit in iurisdictionalibus possessionem absque titulo nihil suffragari, & operari post alios *Azeued. in l.2. titul.1. lib.4. Nouæ recopilat. num. 3.*

Conferunt pariter adducta recentissimè *per Cutel. in decis. orat.1. & seq.*

7 Necnon, quia possessorium iurisdictionis desiderat adminicula, & debet fundari in aliquo iure verò, aut præsumpto, nec sufficit solum exercitium aliquorum actuum *Peregrin. consil.2. lib.1. Cassador. decision.1. vt lite pendent. Rouit. in pragmatic. 1. numer.32. de iurisdict. inuic. non turband.* antè omnes *Bald. in leg. in 6. Cod. si de moment. possess.*

Inde in puncto principali meritò cum secunda sententia pertransit *Capiblanc. in pragmatic.8. part.2. numero 78. Baron. tom. 1.* vbi tamen *numer. 77.* existimauit,
8 quod quando notorium esset Baronis priuilegium, quamvis non exhibeatur remissio sit concedenda ex *Foller. in Constitut. Regni Statuimus, & Petr. ad Gramm.*
9 *decis. 26. num.7.* quasi quod notoria minimè probatione indigeant *Bellacomb. tom.1. commun. opinion. lib.4. titul.9. num.265. Mendez a Castro in praxi Lusitan. lib.3. cap.3. num.33. Farinacc. in practic. criminal. quæst.21. parte 1. à num.80. vbi num.110.* quod illud est allegandum

Menchac.

*Menchac.illustr.controuers.cap.2. numer.*11. vbi declarat notorij appellatione venire omne illud, quod aliqua tergiuersatione celari nequit *Cardin. Tusc. conclus.*104. *litt. N. Menoch. de arbur.iudic.cas.*166.

Quare decisionem factam à Magna Curia Vicariæ confirmatam per Sacrum Consilium in regula adductam, ita sanè intelligerem, posse procedere, quoties esset notorium priuilegium Baronis in Tribunali, in quo petitur remissio, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non datur miserabilibus personis in syndicatu Officialium.*
2 *Sindicatores specialiter deputantur pro cognoscendis delictis Officialium, & num.3.*
4 *Sindicatores dicuntur iudices delegati.*
5 *Restitutio in integrum non datur in materia sindicatus.*
6 *Sindicatores habent merum, & mixtum Imperium.*
7 *Electio fori cessat in causis, in quibus Iudex specialiter est deputatus, vide num.8.*
9 *Officiales accusati a miserabilibus personis in Regio Tribunali, possunt accusari apud sindicatores, & numer.* 10.

ARGVMENTVM.

Electio Fori num detur in causa sindicatus Officialium.

QVÆSTIO X.

1 Regula sit negatiua cessare scilicet priuilegium eligendi forum in sindicatu officialium, quo in casu, si miserabiles, & priuilegiatæ personæ vellent accusare officialem non possent discedere a foro sindicatorum per viam electionis fori, ita in proprijs terminis *Carrabba sing.*119.

2 Reddit rationem sui dicti, quia sindicatoribus in huiusmodi materia tributa est potestas specialis cognoscendi delicta, querelas, & accusationes officialium sindicatorum *ex Pragmatica Regiæ aignuati sub rubric. de sindic.official.& cap.Regni item statuimus, eod.tit.*

3 Ita quod illi sunt in specie constituti ad has causas,
cum sit commissa cognitio certarum causarum *Maxilla in Consuet. Bari tit.de immunit. in Consuet. incip. ne à*
4 *Comitibus, numer.* 29. dicunturque Iudices delegati attenta theorica *Bart. in leg.fin. Cod. vbi & apud quem Innocent. in cap. vt debitus honor de appellat.* quos recenset *Rouit. in pragmat.*1. *num.*11. *de sindic. official.* videndus *Carrabb. singul.* 20. vbi quod ideò in materia syndica-
5 tus non datur in integrum restitutio, licet contrarium
ne sint delegati tuetur *Carauit. in Rit. Magn. Cur. Vic.*
6 295. *sub numer.* 23. & syndicatores habent merum, & mixtum Imperium *Put. de syndic. verbo officialis, §. vide Niger d.cap.item statuimus, num.*94.

7 At in causis, in quibus specialis Iudex reperitur deputatus cessat electionis fori priuilegium, vt probauimus *part.*1.*quæst.*64.*sect.*4.

8 Et vbi statuti sunt, & deputati fuere certi Iudices, tunc miserabiles, & priuilegiatæ personæ comprehenduntur ne tali in casu, suo vtantur priuilegio *Ciarlin. controuers.forens.cap.*102. *num.*15. vbi adducit *Marchesan.de commiss.euoc.caus.part.2.§.2.num.*102.*Gratian.disceptat. forens.*182. *à num.*14. & testatur iudicasse *Rotam in vna Bononiens.*12.*May* 1594. apud *Gales.de oblig. Cameral.decis.*93.*num.*6.

9 Cæterum huiusmodi priuilegiatis, & miserabilibus personis, quæ accusarunt, & querularunt officiales in Regio Tribunali, licere deinde variando eosdem accusare coram syndicatoribus, electis ad syndicandum fusè probat *Foller.in Constit.Regni Statuimus, num.*128. vbi iuxta suam opinionem iudicatum recenset tandem post bina decreta contraria in personam *Io: Baptistæ Sellaruli* olim Capitanei Terræ Gifonis, qui non ob-
10 stante introductione causæ per viam querelæ cuiusdam viduæ in Regia Prouinciali Audientia Principatus Citra, & Basilicatæ fuit remissus ad syndicatores electos ad illum syndicandum præcedente variatiua instantia dictæ viduæ, quæ in Regio Prouinciali Auditorio contra ipsum querelam exposuerat, vt latiùs est videre *decis.*39. post *primum tomum huius tractatus de elect. & variat. fori*, vbi stant repositæ allegationes eiusdem *Follery* ad vnguem, meminit de illo nouiter *Danza in tractat.de pugna DD.titul.de elect.fori, & foro competenti, cap.*2. *num.*22. *tom.*2.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an habent fori electionem pro offensa facta syndico, amplia num.2. & limita, num.5.*
3 *Offensio facta syndico, siue electo est delictum priuatum, limita, vt num.4.*
6 *Syndici, Electi, Camerarij, & Baiuli veniunt appellatione officialium.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori facta per Vniuersitatem querulantem pro offensa illata in personam Syndici, aut Electi præuia Congregatione Concilij, an valeat.

QVÆSTIO XI.

1 Regula sit electionem fori factam per Vniuersitatem querulantem pro offensa illata in personam Syndici, vel Electi præuia Congregatione Concilij, minimè subsistere, ita vt comparente Barone pro causæ remissione, illa concedi debeat non obstante fori electione facta, ita iudicatum recenset nouiter *Thor. in compend. decis.Regni in verbo electio fori, part.*3.*ex Danz.in tractat.de pugna DD. titul.de electio fori, cap.* 8. *tom.* 2.
2 vbi recenset pluries practicatum, & decisum non dari electionem fori Vniuersitati agenti pro iniuria facta Syndico, vel Electo, quamvis negotia eiusdem Vniuersitatis tractantibus, veluti introytus vendentibus impositione facientibus, hospitia distribuentibus, & similia, quasi quod isto casu exerceant officium non iurisdictionale, neque competens virtute priuilegij, vel
3 præscriptæ consuetudinis, siue offendat actiuè, siue offendatur passiuè, quia delictum priuatum nuncupatur,
4 & ad Baronem loci spectat, secus tamen autumans, quando omnes de regimine Collegialiter essent iuncti negotia Vniuersitatis tractante, nam tunc quia Collegialiter, & complex iure totum corpus Vniuersitatis repræsentant iniuria facta alicui ex Electis, vel Syndico, Vniuersitati illata censeretur, & per consequens
5 præuio Concilio posent contra iniurantem per viam electionis fori habere in huiusmodi casu locum *Pragmatic.* 47. *sub rubric. de Offic. Magistri Iustitiary*, circa quam ipsemet multa edisseruit *tom.*1.*titul.de Official.in*
6 *gener. capitul.* 1. vbi discussit, si appellatione Officialium comprehendantur Syndici, Electi, Camerarij, Baiuli, in quibus casibus, & quomodo, & *capitul.* 2. si Magna Curia priuatiuè quoad Regias Audientias cognoscat de criminibus Syndici, Electorum Camerarij, Baiuli, & similium & negatiuam probat opinionem.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori cessat in causa spolij.*
2 *Spoliator potest conueniri in loco spolij.*
3 *Reconuentio non datur contra agentem possessorio recuperanda, & num. 4.*
5 *Reconuentio non admittitur contra spoliatum remissiuè.*
6 *Spoliatio est multum odiosa.*
7 *Clericus spoliator laici à quo sit compellendus ad restitutionem, & num. 8.*

A R G V M E N T V M.

Electio Fori num procedat in causa spolij.

Q V Æ S T I O XII.

1 REgulam fundate poteris cessare priuilegium eligendi forum in causa spolij noui, vt post *Thomam Valasc. allegat. 65. a num. 40.* modernè *probat Barbosa super Cod. in l. 1. Cod. quand. Imperat. num. 31.* vbi pariter allegat *ordinat. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 12. §. 15. & eod. lib. 3. tit. 6. ad finem principij.*

2 Valet recipere incrementum hæc opinio, quia spoliator potest conueniri in loco, vbi commisit spolium, *ex Gloss. in l. 2. schol. in fin. Cod. de interdictis, Tiraquell. de retract. lign. §. 8. gloss. 3. num. 10. Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. num. 209.*

3 Idque in odium spoliantis, & fauore spoliati, qui
agens possessorio recuperandæ non potest reconueniri,
cap. litteris, & cap. conquestione restitut. spoliat. nec impeti
super proprietate, *cap. fin. de ordin. cognit. vbi Gloss. Abbat. & omnes Alexand. consil. 5. lib. 3.* videndus *Valasc.*
4 *consult. 78.* vbi fusè quidem tractat de spoliato agente
possessorio recuperandæ, si possit conueniri, & contra
eum excipi de alio spolio eiusdem, vel diuersæ rei, pro-
5 bans *num. 4.* reconuentionem, seu exceptionem spolij
eiusdem rei factam ex interuallo, minimè admitti contra nouissimè spoliatum, & per plura coadunat apud ipsum in facti contingentia perspicienda.

6 Non est enim nouum spoliationem esse multum odiosam *cap. granis de restitut. spoliat. cap. reintegranda 3. quæst. 1. leg. si quis in tantum, Cod. vnde vi, Gabr. conclus. 5. de restitut. spoliat.*

7 Et proindè sunt, qui tenent contra clericum spoliantem laicum sua possessione posse se intromittere Iudicem sæcularem per viam cuiusdam defensionis extraiudicialis citando generaliter omnes, qui sua putauerint
interesse *Marant. in pract. part. 4. distinct. 11. numer. 63. Medic. in tractat. de legibus, & statut. part. 4. quæst. 6. numer. 5. Bouadilla in polit. lib. 2. cap. 18. numer. 193. tomo 1.* licet contrarium foueat *Afflict. decision. 85.* ex
8 quo clericus, qui spoliauit, si sit à possessione eijciendus debet expelli authoritate iudicis, & sic tanquā reus
est id agendum à iudice suo competenti, sequitur *Graff. tractat. de effect. clericat. effect. 1. numer. 1036.* & modernè approbat *Squillan. in tractat. de priuileg. clerical. capitul. 7. numer. 73.* & nouissimè *Antonin. Diana resolut. moral. part. 4. tractat. 1. de immunitat. Eccles. resolut. 74.*

Quod nouissimè fuit trutinatum in causa Admodum Reuerendi D. Io: Thomæ de Boniorno cum hæredibus quondam Iulij Cæsaris Bianchi, licet non fuerit determinatus articulus, quia partes ipsæ mediantibus Amicis circa præsentationes, quas ad inuicem habebant se concordauere.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori competit naturalibus, & illegitimis agentibus pro nece, seu iniuria facta alicui de genere, & numer. 2.*
3 *Ius vindictæ competit naturalibus, & illegitimis, & de ratione.*
4 *Naturales non dicuntur de familia, & compromissum petere nequeunt.*
5 *Naturales non succedunt in iure patronatus gentilitio, & quando secus, num. 6. 8. & 9.*
7 *Legitimatus succedit in emphiteusi Ecclesiastica, licet secus bastardus.*
10 *Legitimi filij naturalium, an & quando succedant iure patronatus.*
11 *Spurius an succedat in iure patronatus.*

A R G V M E N T V M.

Electio Fori an competat miserabilibus naturalibus, & illegitimis agentibus pro iniuria alicuius de genere.

Q V Æ S T I O XIII.

1 REgula sit affirmatiua competere scilicet priuilegium eligendi forum miserabilibus, & priuilegiatis personis, etsi naturalibus, & illegitimis agentibus pro nece, seu iniuria in personam alicuius de genere facta *Thor. in compend. decision. Regni in Electio fori, fol. 361. part. 3.*

2 Pater namque fuisse concessam per Sacrum Regium Consilium electionem fori factam per mulierem naturalem, & illegitimam pro nece, seu iniuria facta cuidam de genere, vt in causa Iosephi de Honofrio, Horatij de Angelo, & Caroli Monaci inquisitorum de homicidio appensato in personam Petri Pagliuca, qui in Ciuitate Auersæ communiter reputabatur filius bastardus N. Pagliuchæ, nam cum sola M. Pagliuca eius amita tanquam soror sui patris naturalis exposuisset querelam de homicidio prædicto eligendo tamquam vidua in forum Tribunal Magn. Cur. Vicar. ob perhorrescentiam potentiæ delinquentium, & non obstante dicta electione Magna Curia remiserit causam ad Curiam Ciuitatis Auersæ, per Sacrum Consilium sub die 22. Iunij 1624. per quinque vota conformia reuocauit dictum decretum Magn. Cur. Vicar. pronunciando, quod causa remaneat in ipsa Magna Curia, quæ in ea procedat, & iustitiam faciat in Banca de puteo, ita re-
fert *Rouit. decision. 25.* vbi latè comprobat naturalibus,
3 & illegitimis competere ius vindictæ, seu querelandi
pro nece, seu iniuria in personam alicuius de genere *ex Bald. in lege Iulia, ff. de ritu nupt. & consil. 441. vol. 3. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, num. 43. de testament. Plaza in epithom. delictorum, capitul. 41.* vbi post longam disputationem affirmat appellatione suorum in vindicanda morte defuncti comprehendi etiam naturales quantumvis spurios ex damnato coitu productos, & *num. 28.* in hac residet sententiam, quam pariter sectantur *Rimin. iun. consil. 442. num. 21. volum. 4. Gomes variar. resolut. lib. 3. sub num. 66.* & alij passim.

Redditur huius opinionis ratio, nam in huiusmodi attenditur sola naturalitas, quo in casu legis prouisio omnes complectitur etiam bastardos.

Vltra quod modus generationis est idem in legitimo, vt in bastardo, vterque enim oritur ex spermate, vt notat *Gloss. in l. 1. §. hinc descendit in verbo coniugatio, ff. de iustit. & iur.*

4 Sed quod naturales non dicantur coniuncti, nec dicantur de familia, & proindè compromissum petere nequeant suso sermone probauimus *decision. R. A. Apulea 174.*

5 Et ob id non succedere in iure patronatus gentilitio, seu familiari tutantur *Præposit. in repetition. capitul. venerabilem, §. quod autem, colum. 4. qui filij sint legitimi, Rocch. de Curt. de iure patronatus in verbo competens alicui, quæst. 2. principali,* vbi ait tales illegitimos, &

natu-

naturales, nullo modò ſuccedere in iure patronatus competente illis de parenrela refert, & ſequitur *Viuian. de iure patronatus, part.1. lib.4. capit. 2. numer.68.* addo *Marc. Antonm.var.reſolut. lib.1. reſolut.108.* latè *Illuſtriſs.Epiſcop.Ricc.in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut.203. part.1.* in antiqua *edit. pagin.297. Gratian.forenſ.diſcept. 218.numer.13.& 14.& capitul.521.numer.34.* vbi poſt cæteros ſecus dicit in iure patronatus hæreditario, ſequitur modernus *Barbat.in tractat.de diuiſion.fructuum, part.1. cap.16. num.221. & ſeq.* quod non vna vice habui in facto, & ſic conſultus reſpondi, & vidi iudicatum *Rota in Florentina de Bucafolis 16. Martij 1603. coram Eminentiſſimo Cardinali Lancellotto iuniore, & in Ianuenſ. iuris patronatus 23. Ianuarij 1612. coram Eminentiſſimo Cardinali Pamphilio*, & in alia *in Aurien. Parochialis Veneris 8. Nouembris 1613.coram R.P.Manzanedo*, vt in poſthum. *Farinacc. deciſion.530. numer.8.*
6 niſi tamen eſſent legitimati expreſſa qualitate defectus, quia tunc ſuccederent ex remotione obſtaculi, vt fundat idem Epiſcopus *Ricc.dict.reſolut.303. verſic.limita*, provt ſic reſpectu immunitatis ob duodecim filios, quia baſtardi legitimati pro ſunt *Rom. conſil.214. lib.4. Rolana.conſil.67.volum.2. Paſcal.de patria poteſt.part.4. cap.4. num. 16.*

7 Conducit pariter aliud ſimile, quod legitimatus ſuccedit in emphiteuſi Eccleſiaſtica *Gam. deciſion. 72. numer.6.deciſ.381.num.4.Seraph.deciſ.151.part.1.Gratian. forenſ. diſceptat.218. à numer. 38. Illuſtriſſimus Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 128. part. 1.* in antiqua editione *Borrel.in ſumma deciſ. titul.33.de emphiteuſi à numer.46.tom. 1.* vbi per priùs *numer. 41.* regulam conſtituerat, pro excluſione illegitimorum *Clar. in §.emphiteuſis, quæſt. 30. Mantic.de tacit.& ambiguitat.conuens. lib.22. titul.11. Cornazzan. deciſion.Lucenſ.76. Paleotthus de Nothis, & ſpurijs, capitul. 30.* & alij antiquiores communiter.

Addit alias declarationes Amicus noſter *Pater Leon in tractat. de officio Cappellani. quæſt. 4. praxi 3.* vbi poſt firmatam antecedentem concluſionem *numer. 128.* ſubdit naturales, & illegitimos venire, quando eſſent vocati omnes, qui ſunt de ſtirpe, & tunc eo, etſi in concurſu cum legitimis, quamuis legitimi ſint gradu remotiori, & ſint fœminæ, ſemper naturales excluduntur adducens *Rotam in Placentina Cappellaniæ 16. Martij 1620. coram Pirouano*, quæ reperitur impreſſa apud *Viuian. deciſ. 60.* vbi *Rota* videtur aſſerere, etiam quod legitimus eſſet de alia linea.

8 Inſuper *num. 130.* declarat ceſſare antepoſitam concluſionem quoties ex verbis, & coniecturis aliud percipi poteſt de vocatione naturalium, *ex deciſ. Rotæ in Ianuenſ.iuris patronatus 23.Februarij 1612.coram Eminentiſſimo Cardinali Pamphilio*, de qua *Viuian. de iure patronat.lib.4.cap.2.ſub num.81.*

9 Præterea *num.133.* dicit ceſſare quando ex conſuetudine illegitimi, & naturales gaudent parentum nobilitate ex *deciſ.Rotæ in vna Pamphilonenſ.*

10 Et *num. 135.* ſimiliter ex theorica DD. apud *Rocch. de Curt. in tractat. de iure patronatus in verbo competens, numer. 8. verſicul. tamen iſto fundamento*, vltimo affirmat claudicare regulam reſpectu legitimorum filiorum illegitimorum, & ego addo pro confirmatione adducta per *Franch. deciſion. 27.* putans tamen ipſe verum quando teſtator vſus eſt verbis naturalibus vocando deſcendentes, vel conſanguineos, ſecus ſi verbis ciuilibus, vel ſaltem, quando cum tali non concurrit legitimus in pari gradu *ex Rota in Pamphilonenſ. Cappellaniæ 4. Martij 1622. coram R.P. Remboldo*, in recollect. *per Viuian. poſt tractat. de iure patronat. deciſion.45. in fine*, vide ipſum, nam alia coadunat, quæ ne longiùs euaderem dum è materia propria decedere videor hic non repilogo, ſat ſit locum indicaſſe, vbi reperies
11 pariter ſpurium, ſemper cenſeri excluſum à iuris patronatus ſucceſſione *ex deciſion. Rotæ in Ianuenſ. iuris patronatus 28. Februarij 1609. Coram R. P. Litta*, licet ſubiungat contrarium ſenſiſſe eadem *Rotam in Pamphilonenſ. Cappellaniæ 4. Martij 1622.* inter recollectas à *Viuian.deciſ.146.* etſi loquatur in iure patronatus paſſiuo, vbi vocatur conſanguineus proximior per verba naturalia, ibi *quia inſpecto iure naturali etiam illegitimi, & ſpurij dicuntur procedere ex ſanguine, & in eis cadit naturalis affectus.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori num competat filio agenti contra patrem pro morte matris ab eo occiſa.*
2 *Accuſare an liceat filio patrem de morte matris occiſa per eum, & num.3.& 5.*
4 *Alimentarius nequit accuſare alimentatorem ſuum.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num competat miſerabili perſonæ agenti pro nece matris, quam pater eius occiderat.

QVÆSTIO XIV.

1 Regula videtur affirmatiua, competere ſcilicet priuilegium eligendi forum filio miſerabili perſonæ agenti pro nece matris, quam pater eius occidit.

2 Cum in terminis licere filio accuſare patrem propter mortem matris quam ipſe pater occiderat iudicatum recenſeat *Phœbus deciſ.Rotæ Luſitan.23. pars.1.*

3 At quod non ſit permiſſa tali caſu accuſatio filio contra patrem fortiter obſtat *text. in cap. prohibentur 2. quæſt. 1. & in leg. qui accuſare, ff. de accuſat.* vbi Iur. Conſult. agens de his, qui accuſare poſſint his vtitur verbis.

Intelligemus, ſi ſcierimus, qui non poſſunt, itaque prohibentur accuſare alij propter ſexum, vel ætatem, vt mulier, vel pupillus, alij propter ſacramentum, vt qui ſtipendia merentur alij propter magiſtratum poteſtatemvè, in qua agentes ſine fraude in ius vocare non poſſunt alij propter delictum proprium, vt infames, alij propter turpem quæſtum, vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſvè ob accuſandum, vel non accuſandum acceperunt, (tandem adijcit) *alij propter conditionem ſuam, vt filij contra parentes, liberti contra patronos.*

Iniquum quaſi videtur, & ab omni pietate alienum, vt contra generantem generatus accuſationem produ-
4 cat, iuxta *leg. iniquum, ff. de accuſat.* vbi alimentarius alimentatorem ſuum accuſare prohibetur.

Cui ſi innitaris ſententiæ parum obſtat deciſio relata pro parte altera, illa enim fuit fundata *in l. Regia particulari Hiſpan.lib.4.tit.86.§.6.* vbi permittitur filijs, vt poſſint accuſare patrem.

5 Cum certum ſit de iure communi non licere filijs parentes accuſare, vt probat *Gig. in titul. de his qui accuſ.poſſ.in crimin.læſæ Maieſtat. quæſt.8.& 9. Farinacc. in pract.crim.quæſt.12.tit.de accuſat.limit.11.* vbi declarant ceſſare in crimine læſæ Maieſtatis.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non competit perſonæ priuilegiatæ de crimine aſſaſſinij inquiſitæ.*
2 *Aſſaſſinus non poteſt petere, vt remittatur ad proprium domicilium, vel ad Curiam Baronalem.*
3 *Aſſaſſinus vbique puniri poteſt.*
4 *Aſſaſſinium eſt crimen execrabile.*
5 *Aſſaſſini priuantur omni honore, & dignitate.*
6 *Aſſaſſini non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.*

7 Aſſaſ-

7 *Assassini sunt excommunicati.*
8 *Excommunicatus non habet fori priuilegium.*
9 *Mediatores in assassinio non habent priuilegium.*
10 *Mediatores pro assassinio puniuntur eadem pęna, sicut assassini.*
11 *Depositarius pecuniæ pro qua est committendum assassinium illo secuto, eadem pęna, qua assassinus punitur.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num debeat admitti in crimine assassinij.

QVÆSTIO XV.

1 REgula sit, quod si fortassè de crimine assassinij aliqua persona ex numero miserabilium reperiatur illaqueata priuata censetur electionis fori beneficio, itavt relicto loco, in quo inquiritur per viam priuilegij alias sibi concessi ad forum Principis conuolare nequeat.

2 Videmus inquam in simili assassinos non habere Ius petendi remissionem ad proprium domicilium, & Baronalem suam Curiam de per se, nisi tamen pro suo interesse compareat Baro *Foller. in practic. crimin. titul. audiantur excusatores*, *numer.* 120. *Tartaglia in praxi crimin. cap.*8. *sub numer.*8. *Thor. in compend. decision. Regni in verbo assassinus, part.*1. *Danza in tractat. de pugna DD. titul. de elect. fori, & foro competenti capitul.*4. vbi allegat nos *in collect. decis. super pragmatica Regni collect.* 25. *in antiqua editione Veneta*, quæ hodie in editione Neapolitana est collectanea 1. *sub Rubrica de assassinio*,
3 *numer.* 10. vbi pariter affirmamus ex *Nigro Ciriac. controuers. foren.* 399. *a num.* 16. *tom.*2. assassinum vbique puniri posse, etiam à Iudice, cui delinquens aliqua ratione non esset subiectus. vt etiam apud *Farinac. in practic. crim. quæst.*7. *num.*9. & 10.

4 Cuius conclusionis ratio redundat ex grauitate, & criminis odio, cum assassinij crimen scelus sit execrabile, *cap. pro humani de homicid. in* 6. & nedum atrocissimum, & grauissimum in iure quidem reputatur, sed etiam crudele, inhumanum, & horrendum nuncupatur *Couarruu. variar. resolut. lib.*2. *cap.*20. *num.*10. *Decian. in tractat. crimin. lib.*9. *cap.*30. *numer.*4. & 45. *Roland. consil* 14. *num.*14. *lib.*4. *Monticel. in regul. crimin.*6. *à num.*2. *Farinacc. in pract. crim. quæst.*123. *num.*6. & *seq.*
5 vbi meritò *numer.* 13. probat tali crimine illaqueatos priuari omni honore, dignitate, officio, & beneficio *dict. cap. pro humani*, ibi *a dignitate &c.*

6 Iuuat hanc partem, quia pro tali crimine videmus Ecclesiasticas personas priuari fori proprij priuilegio, & ad sæculares Iudices remitti *dict. capitul. pro humani*, vbi *DD. Capyc. decision.* 112. *Pras. de Franch. decision.* 176. fusè *Farinacc. in pract. crimin. quæst.*8. *numer.*82. latissimè *Grass. in tractat. de effectu clericatus effect.* 1. *numer.*668. *D. Episcopus Ricc. decision.*292. *part.*4. Igitur cur non idem dicendum erit de priuilegiatis personis sæcularibus.

7 Præterea pungit, quia certum est excommunicationem incurrere illos, qui per assassinium interficiunt, vel mandant interfici, quamvis non sequatur mors *dicto capitul. pro humani*, ibi *excommunicationis*, *Rayner. de censur. extra Bullam capit.*9. *excommunic.* 52. *Filiuc. tractat.*14. *num.*52. & 65. *Suarez de censur. tom.*5. *disput.* 23. *sect.*4. *num.*46. *Lauor. de Indulgent. part.*2. *cap.*13. *numer.* 15. quos reportat nouiter *Barbosa in tractat. de potestat. Episcopi allegat.*50. *numer.*216. *part.*3. & tamen *tom.* 1. *huius tractatus quæst.* 33. *sect.*4. firmatum est excommunicato esse præclusam viam fruendi priuilegio electionis fori.

9 Amplia regulam firmatam procedere etiam respectu mediatorum pro assassinio committendo *argument. pragmatic. Regni* 2. *sub Rubric. de assassinio*, vbi stat
10 sancitum mediatores pro assassinio committendo esse puniendos eadem pœna, qua mandantes, & mandatarij, latè *Giurba consil. crim.* 7. qui *consil.* 41. probat de-
11 positarium pecuniæ conuentæ pro assassinio faciendo illo secuto pœna ordinaria esse afficiendum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium eligendi forum conceditur miserabilibus personis, tam si agantur, quàm si conueniantur.*
2 *Vidua habet fori electionem, tàm si agit, quàm si conuenitur, num.*3. & *num.*5.
4 *Electio fori num detur in causa criminali.*
6 *Determinatio respiciens plura determinabilia debet aqualiter determinare.*
7 *Ius idem, vbi eadem ratio.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num concedatur miserabilibus, & priuilegiatis personis, tàm si fuerint Actores, quàm si rei.

QVÆSTIO XVI.

1 REgula sit priuilegium eligendi, & variandi forum esse concessum priuilegiatis, & miserabilibus personis tam si illi sint actores, quàm si fuerint rei.

Cum communi calculo sit receptum, & praxis quotidiana vigeat vniuersim tales miserabiles personas gaudere fori electionis priuilegio, siue agant, siue conueniantur, vtroque enim casu possunt eligere forum Imperialem, & Regium apud superiora Tribunalia, declinareque forum inferiorum iudicum ordinariorum, vel si conueniantur apud talia superiora Tribunalia ea declinare, & per viam variationis eligere proprium Iudicem inferiorem ex priuilegio sibi spectante per *leg. vnic. Codic. quando Imper. inter pupill. & vid. & Constitut. Regni Statuimus, de Magistro Iustitiario*, ita post communem vocem DD. inter cæteros *Sintagm. commun. opinion. lib.*3. *titul.*12. *Benedict. Ægid. de priuileg. honestat. articul.*24. *Castill. quotid. controuers. iur. lib.* 3. *cap.*25. *Trentacinqu. variar. resolut. lib.*2. *titul. de citationibus, resolut.*2. *Sola in decret. Sabaud. titul. de causis Miserab. personarum*, *Anguian. de legibus, lib.* 3. *controuers.* 22. *numer.*41. *Cancer. variar. resolution. lib.*1. *cap. susissimè*, vt vnum pro omnibus adducam *Carleual. in suo tractat. de iudic. disput.*2. *quæst.*6. *sect.* 7. vbi ad nauseam DD. omnes colligit hac in materia, quam per totam illam sectionem lato calamo exanclare non deficit, & de nobis sæpe sępiùs in edito iam *tract. de elect. fori, part.* 1. *iuxta antiquam, & modernam editionem* mentionem facit, & nostras opiniones, vt plurimum testatur.

Sed quia in quibusdam schedis antiquis doctissimi Genitoris mei D. Io: Dominici Nouarij reperi allegationes exaratas (provt tunc tempus ferebat) suprapośito in articulo placuit illas hic inserere, earum autem tenor sonat, vt infra.

2 Certissimum est in iure, quod vidua tamquam miserabilis persona de iure in suis causis habet electionem fori per text. *in l.*1. *Cod. quando Imperator inter. pupill. & vid. per Constitut. Regni Statuimus, & per Ritum*
3 *Magn. Cur.* 233. & hæc electio sibi conceditur, non tantum quando vidua contra alios agit, sed etiam quando ab alijs conuenitur, quia poterit forum proprij Iudicis declinare, vt habetur per *Gloss. in dicta leg. prima in verbo perhorrescunt*, quam ita intelligit *Couarruu. lib. practic. quæst. capit.*7. *numer.*5. & dixit *Gloss. in Constitution. Regni si quem nostrorum, in verbo termino*, ad quam se remisit *Grammat. in dicta Constitut.*

Sta-

Statuimus, num.4. imò eadem *Gloss. in dicta Constitution. Statuimus, in verbo eligere*, dixit in maioribus terminis, quod etiam si vidua conueniatur pro contractu defuncti, tanquam hæres, adhuc habebit priuilegium declinandi forum, & ita testatur fuisse determinatum in Magna Curia.

Quibus præsuppositis succedit quæstio, an quando
4 vidua citatur pro causa criminali coram Iudice proprio possit illius forum declinare, & alterius forum eligere iurando se perhorrescere potentiam aduersarij, prout verissimum est in causa ciuili, & in hac quæstione non opus est multum insistere, nam fuit decisa *per Isern. in dicta Constitut. Statuimus, in verbo miserabilium, circa medium, versicul. item si pupillus*, vbi quærit quid si pupillus, & vidua delinquant, an possint vti priuilegio electionis fori, de quo Constitution. illa loquitur, & dicit, quod sic nam cum *text. in l. 1. Codic. quando Imperator*, indistinctè loquatur non distinguendo in causa criminali, vel in ciuili, & sic indistinctè debet intelligi, *leg. de pretio, ff. de public. in rem act.* & ita dicit *Isern.* quod seruatur quem postea sequutus fuit ibidem *Afflict. num.23.*

5 Præterea *Ritus Magn. Cur. Vicar.* 233. qui expressè dat pro priuilegio viduæ, quod trahat suos aduersarios in ipsa Curia ciuiliter, & criminaliter ex communi vsu Curialium interpretatum est in causa ciuili tàm si mulier agat, quàm si conueniatur, *iuxta doctrina Gloss. in dicta constitution. si quem nostrorum*, ergo eadem inter-
6 pretatio fieri debet in causa criminali, cum sit vna determinatio, quæ respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare *leg. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* eo magis, quia eadem ratio perhorrescentiæ potentiæ aduersarij propter quam conceditur talis fori electio viduæ non tantùm procedit in causa ciuili,
7 sed etiam in criminali, imò magis in causa criminali, & paret cum sit eadem ratio, idem ius sibi vendicare locum habet, *leg. illud, ff. ad leg. Aquil. & leg. à Titio, ff. de verbo oblig.* nec ab hoc priuilegio electionis debet causa excludere prætensum delictum, quod nec debet prodesse, *per text. in leg. auxilium, ff. de minor.* nam per hanc electionem concessam à iure ex causa miserationis non liberatur à delicto, seu aduersus delictum restituitur vidua, quæ præsumitur delinquisse, sed tantum habet hoc, vt non conueniatur in eo iudicio, in quo timet, & perhorrescit potentiam aduersarij, &c.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori conceditur, & si persona priuilegiata petierint aliquid à Iudice coram quo fuerunt conuenta, & numero 11.*
2 *In Iudicem consentitur, quando aliquid ab ipso petitur.*
3 *Exceptio incompetentia Iudicis à principio est opponenda.*
4 *Protestatio conseruat ius protestantis.*
5 *Consensus tacitus excluditur per protestationem.*
6 *Protestatio contraria facto non releuat.*
7 *Donatæ an præsumantur gemmæ à sponso sponsa missæ ante matrimonium, & quid in vestibus festiuis, & numer. 8.*
9 *Consentiri dicitur in Iudicem, vbi à principio nihil fuit oppositum.*
10 *Procurator potest Domino præiudicare in exceptione declinatoria.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an cesset, vbi petitum est aliquid à Iudice coram quo fuit conuentus priuilegiatus non præcedente protestatione de reseruatione priuilegij.

QVÆSTIO XVII.

1 REgula sit electionem, & variationem fori esse concedendam, quamuis miserabiles, & priuilegiatæ personæ petijssent aliquid à Iudice coram quo conuentæ fuerunt nulla protestatione præcedente circa priuilegium eisdem competens, prout sic respectu declinationis fori enunciauit *Rota in vna Imolen. Tenuta coram Reu. P. Pegna*, vbi loquitur de exceptione incompetentiæ Iudicis non oppositæ in principio, dum coram eodem aliqua peterentur, & ita reperio notatum in quibusdam antiquis manuscriptis ad limitationem regulæ, quod vbi aliquid à Iudice petitur, tunc in ipsum
3 consentitur, & quod proindè exceptio Iudicis incompetentiæ è principio venit opponenda, *l. final. Cod. de except. Bartol. in l. non videtur, la seconda, ff. de iudic. & in l. quidam consulebat, numero 9. ff. de re iudic. Angel. in l. sed etsi susceperit, ff. de iudic.* Aduertens cautos Aduocatos à principio proponere solere declinatoriam, protestando se per actus quos agunt, vel facient nolle in Iudicē consentire, nouissimè *Amat. consil. 31. n. 9.*

4 Et rationabiliter quidem, quia certi iuris est, protestationem conseruare ius protestantis, itavt sibi non præiudicet, vt post cæteros *Surd. decision. 159. à numero 19. Ludouic. decis. Perus. 19. à num. 25. Niger Giriac. controuers. forens. 59 num. 21. tom. 1. Costa consil. 49. num. 8.*
5 *lib. 1.* annuens *num. 17.* ex ipsa protestatione excludi tacitum consensum, ne videatur consentire, quamuis agat contrarium actum, nisi id fuerit ex interuallo puta post dies decem *Roman. cum addition. cons. 179. num. 21.* cum tunc succedat alia regula, vt protesta-
6 tio contraria facto minimè releuet *leg. cum in plures §. locator, ff. locat. capitul. gratum de offic. delegat. Card. Tusc. conclus. 944. litt. P*, vbi declarationes coadunat apud ipsum videndas.

7 Ex quo iuris principio exoritur cautela pro sponso mittente gemmas, pretiosa sponsæ, vt priusquam ad illam deosculandam accedat protestetur, se ad vsum illa tradere, non autem animo donandi, *Capyc. in addit. ad Neapolit. in consuetud. si qua moriens, fol. mihi* 203. *Fontanell. de pact. nuptial. gloss. 3. clausul. 7. part. 6. numer. 85. & num. 2.* idque ex abundanti, cum iuxta communem donat, minimè censeantur in dubio res pretiosæ missæ sponsæ, ita post antiquorum scholam probant *Mascard. de probation. conclusion. 554. numer. 25. Molin. de iustit. & iur. disput. 430. tom. 2. Ludouisius decis. Rot. 474. Leo decis. Valentia 36. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambiguit. conuent. tom. 2. titul. 2. numer. 19. Sanchez de matrimonio disput. 26. à num. 11. lib. 6. Castill. decis. 93. Gratian. disceptat. forens. 189. Rota in recollect. à Farinacc. decision. 113. lib. 1. Surd. decision. 166.* vbi loquitur
8 pariter de vestibus festiuis, & pretiosis constante matrimonio factis *ex Bart. in leg. penultim. §. 1. ff. solut. matrimon. Angel. consil. 134. Afflict. decision. 315.* sicque in facti contingentia dicebam in causa Doctoris Physici Anelli Pecorelli ex communi DD. sententia affirmando vestes pretiosas, & festiuas constante matrimonio factas suæ filiæ illo soluto spectare ad maritum, cum factæ censeantur, ad effectum, vt ornatior incedat, itavt, nisi expressè logatæ sint vxor superstes illas non consequatur, licet secus sit respectu quotidianarum, quæ statim acquiruntur ipsi vxori, taliter, vt viuo, & mortuo marito de illis disponere valeat *Anchar. consil. 181.*

Quæ

Quæ omnia vera agnoscens nouissimè *Marinis* collega, & amicus noster *variar. resolut. cap. 90. num. 7.* ampliat procedere etiam si in traditione gemmarum, & similium adfuissent illa verba *se le goda, ci la presente*, quia talia verba hoc in casu, nec putat dominij translationem inducere, sed solum vsufructus acquisitionem, *ex d. Rot. decis. apud recollect. à Farinac. dec.* 113. plus subdens habere locum, quamuis interfuisset verbum illud *dono*, quia intelligendum est, secundum subiectam materiam ad vsum tantum, vt ornatior coniux incederet *Fontancl. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. gloss. 3. part. 6. num. 76.* tali modo, vt constante matrimonio vxori à viro auferri nequeant *Honded.* post alios *cons.* 30. *à num.* 30. *lib.* 2. vbi autumauit, quod si Nuncius, vel maritus in tradendo iocalia vsus fuerit verbo *dono*, non per intelligi factam proprietatis donationem, sed concessam, & commodatam ad vsum tantum ornamenti, sicque ex communi probat *Lup. in repetit. cap. per vestras §. 7. de donat. inter vir, & vxor.* licet non desint contrarium tenentes, quorum opinionem veram dijudicant, quando id non esset de consuetudine, vt apud *Honded. in d. cons.* 30. *à num.* 32.

9 Sed redeundo ad nostrum, post diuersionem factam, amplia quidem consensum in iudicem censeri datum, vbi de incompetentia Iudicis nihil à principio fuit oppositum, & terminus ad denunciandum à procuratore 10 fuit petitus nulla præhabita protestatione, illeque fuit concessus, cum possit procuraror domino præiudicare in exceptione declinatoria, *Butr. in cap. cum olim in fine, de offic. deleg. Bart. in l. fin. ff. quæ in fraud. credit.* quod non habet difficultatem, quoties expressè non renunciat, sed tacitè nō opponendo in termino *Iacob. de Aren. & Salic. in l. pactum curatoris, C. de pactis.*

1 Datur principalis regulæ ratio palpabilis, quia etiam per consensum in Iudicem ab initio non præcluditur via miserabilibus, nè possit ad principem conuolare *Rota in allegata Imolen. coram R. P. Pegna*, vbi quod requiritur specialissima renunciatio ex dictis alibi per nos in *tom. 1. huius tractatus quæst. 12. sect. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit miserabilibus personis pro furto in eorum bonis commisso, & num. 2.*
3 *Electio fori conceditur in criminalibus.*
4 *Clerici non habent electionis forum pro furto in bonis proprijs commisso, & num. 9.*
5 *Clerici agentes pro bonis proprijs non fruuntur fori priuilegio.*
6 *Crimen furti non dicitur iniuria personalis.*
7 *Pax non rumpitur per furtum.*
8 *Furtum respicit bona non personam.*
10 *Persona miserabiles generaliter pro omnibus causis habent fori electionem.*
11 *Extensio de miserabilibus personis ad clericum non valet.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori num competat miserabilibus personis agentibus pro furto in proprijs bonis commisso.

QVÆSTIO XVIII.

1 Regula habeo claram, & indubitabilem fori electionis priuilegium competere miserabilibus personis agentibus pro furto in bonis suis commisso, itaut frustratorium videatur hunc discutere articulum vti de per se clarum.

2 At quia nouiter *Danza in tractat. de pugna DD. tit. de electione fori, & foro competenti, cap. 6. tom. 2.* potius exercendi ingenij sui causa, quam aliter hunc voluit proponere nodum, illumque discutiendo de iuris censura contrarium tenere videtur.

Ideò ne dubietati ansa præbeatur repono praxim tam supremorum Tribunalium huius Ciuitatis, quàm Prouincialium Regni esse de directo contrariam, sicque generaliter obseruatur, & consuetum priscis temporibus fuit, cum certò certius sit in causis crimi- 3 nalibus, minimè esse tale priuilegium denegandum, dum sed omninò concedi, vt pleno calamo *ex DD. authoritatibus*, & rationum cumulo probauimus *in 1. tom. huius tractatus siuè praxis quæst. 12. sect. 4.* & vltra ibi citatos fundarunt *Gratian. forens. disceptat. 182. num. 5. to. primò, Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. de citationibus resolut. 2. num. 13. Castill. lib. 3. quotid. controuers. cap. 25. nu. 20.* modernè *Carleual. in suo tractat. de iudic. disput. 2. quæstic. 6. nu. 19.* vbi respondendo contrarijs hanc sustinet opinionem variis quidem iuridicis fundamentis.

4 Claudicabit benè verum ante signana regula respectu clerici agentis pro furto in bonis propriis facto quia ille tunc non poterit vti hoc electionis fori priuilegio.

Et ratio est in promptu, quia (vt alias probauimus) *tom. 1. eiusdem tractatus quæst. 52. sect. 2. numer. 17.* Cle- 5 rici agenti pro bonis proprii non fruuntur tali priuilegio, vt vltra ibi adductos, & alios *forens. quæst. 7. part. 1.* scribunt *Calà in tractat. de modo articulandi, §. primo, gloss. 1. num. 87. Præs. de Franch. decis. 597. Paschal. in tractat. de patria potestate, capit. 2. num. 89. part. secunda, Reg. Tapia in Constitut. Regni Statuimus, num. 22. & seq. Vulpes in praxi iudic. fori Eccles. cap. 27.* vbi de nobis mentionem facit, igitur non mirum si in tali casu clerici negutant præfato vti priuilegio.

6 Idque maximè, quia iuxta plurium DD. opinionem crimen furti non dicitur iniuria personalis, neq; offensa ad personam, sed offensa simpliciter *Bellug. in specul. princip. Rubric. 27. §. milites, numer. 44. Alexand. cons. 113. volum. 2.* vbi ideò firmat pacem non rumpi per furtum *Moron. de Pac. quæst. 158. numer. 17. Vulpel. in* 7 *huiusmodi nominis tractat. quæst. 43.* vbi de communi fidem facit *Cardin. Tusch. conclus. 182. litt. P. Viuius in Sylua commun. opinion. conclus. 566. num. 5.* vbi de magis communi testatur *Baiard. in addit. ad Clar. §. fin. quæst. 45. Farinacc.* qui alios concordantes coadunat *in practic. crimin. quæst. 107. num. 238. vbi numer. sequent.* declarationes reportat, vt etiam nouissimè agit *Guazzin. in tractat. de tregua, & pace q. 57.* vbi pro, & contra etiam in declarationibus ad regulam *DD.* cumulat.

8 Vndè dum furtum respicit bona, non autem personam declinatoria per viam electionis fori locum 9 non habet in clerico, qui tunc legitimè illa vti posset, si fortasse in persona propria offensus fuisset, vt demonstrauimus ex cohorte *DD. d. quæst. 52. numer. 34. tom. 1. huius tractatus*, quibus nunc iungo *Pascal. cit. tract. de patria potestate d. cap. 2. Illustriss. Præsul. Ricc. in collect. decis. collect. 300. & Cœual. in tract. de cognit. per viam violentiæ quæst. 59. num. 3. part. 2.*

Nec valebit dicere (vt ad antisignanum articulum regrediar) quod sicuti respectu clerici cessat electio fori ex causa furti, ita pariter respectu cœterarum miserabilium personarum, ne ille deterioris conditionis videatur, quàm persona miserabilis.

Siquidem deficit in salutari huiusmodi argumentum, cum habeamus taxationem in clerico respectu bonorum propriorum, & quando offensio in propria persona nō est facta, & generalitatē respectu miserabilis personæ

vt tam pro bonis quam pro persona, tam pro criminalibus, quam pro ciuilibus caußis ad principis forum conuolare poßint, vt post alios nouissime probat *Barbos. in collect. DD. ad l. vnic. C. quando Imperat. num. 81.* & ideò de vno ad alium non valet extensio, nec currit argumentum.

Inde scopum agnoscens, idem *Danza*, qui dubium in campo posuit post discussionem articuli *dict. capit. 6. tit. de elect. fori in fine*, quamuis concludat personam priuilegiatam forum non posse declinare pro furto in bonis suis commisso, vel pro bonis suis alium extra domicilium trahere, tamen non negauit esse cogitandum, quia obseruantia in contrarium se habet, prout in effectu numquam de hoc vidi, nec audiui hæsitari in Regijs Tribunalibus.

Itaut a regula minimè recedas, sed iuxta superiùs adducta in facti contingentia absque vllo scrupulo practicandum erit.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori competit miserabilibus personis in caußis introductis coram Magistris Nundinarum.*
2 *Nundinæ sunt priuilegiatæ, vt in illis tributa non exigantur.*
3 *Magistri Nundinarum sunt officiales ordinarij.*
4 *Electio fori datur à Capitaneis locorum ad Regia Tribunalia.*
5 *Ratio diuersa vbi non inducitur, non debet induci diuersum ius.*
6 *Diuersitas rationis, diuersitatem iuris inducit.*
7 *Appellatio datur a Magistris nondinarum.*
8 *Causæ, quæ tractabantur coram magistro Nundinarum, si reducuntur ad Iudicem ordinarium non tractantur illo modo.*
9 *Forum nequit declinari ex contractibus initis in nundinis.*
10 *Salernitani, an poßint conueniri coram Magistris nundinarum.*
11 *Ratione contractus quis conuenitur in loco, vbi aliàs conueniri nequiret, & num. 12.*
13 *Nundinæ habent priuilegium, vt ibi venientes non poßint ex contractu molestari, & num. 14.*
15 *Consuetudo tribuit iurisdictionem, & merum, & mixtum Imperium, num. 16.*
17 *Consuetudo est fons omnium iurisdictionum, & num. 19.*
18 *Consuetudo tribuit iurisdictionem citandi extra territorium.*
20 *Iurisdictio intelligitur concessa cumulatiuè quoad ordinarios.*

A R G V M E N T V M.

Electio Fori an possit fieri in caussis introductis coram Magistris Nundinarum.

Q V Æ S T I O X I X.

1 REgula sit electionis fori priuilegium procedere etiam in causis introductis coram Magistris Nundinarum, vulgò (Magistri Mercati) qui eliguntur pro administratione iustitiæ in Emporijs, Mercatis, seù Ferijs, de quibus in *pragmatica* 10. §. 85. *de offic. iudic. & aliorum offic. &c.* & nos plura in comment, siue *collect. ad pragm. Regni Rubrica de Nundinis, seù Ferijs Christineus decis. Rot. Belgic. 99. tom. 3.*

Inde cum pro parte Marsilij Iacobucij pupilli fuisset per viam electionis fori declinatum a foro Magistri Nundinarum coram, quo reperiebatur introducta causa a Michaele Angelo Lambardo, & ipse Michael Angelus se opponeret dicendo causam ipsam fore determinandam coram dicto Magistro Nundinarum, quasi quod in caußis coram tali introductis cessare de-
2 beret electionis fori beneficium, quia nundinæ sunt priuilegiatæ, ita vt in eis aliquid tributi nonunc non exigatur, nec pro debitis ibi contractis cessio bonorum admittatur *Christineus dec. Rot. Belgic.* 100. *tom.* 3. Non per hoc Mihael ipse fuit auditus, quoniam assessor Magistri Iurati, de quo *in pragmatica Regni* 1. *sub Rubrica de iurisdictione Magistri Iurati*, vbi nos diximus ex capite exceptionis electionis fori factæ non processit ad vlteriora, quamuis litteræ inhibitoriales Tribunalis electi non fuisent notificatæ iuxta vulgatam *Præsid. de Franch. decis. 294. Vrsil. ad Afflict. dec. 267. Carauit. Rot. 133. Petra ad Capyc. dec. 160. Gallup. in praxi S. C. par. 2. cap. 6. num. 57. Giurb. decis. 82. sub numer. 7.*

3 Patet enim huiusmodi Magistros Nundinarum, seù mercatuum rapræsentare ordinarios officiales locorum, à quibus per tempus quo durat mercatus abdicant iurisdictionem, itaut illi habeantur loco Capitaneorum per dictum tempus, & eorum Curias rapræsentant, & in ipsarum locum subrogantur, vt probauimus *forens. quæst. 31. lib. 2.*

4 Vnde sicuti a Curia, & Capitaneis locorum legitimè fori priuilegium per viam recursus ad Suprema Tribunalia fortunæ iniuria miserabilibus datur, ita pariter, & à Magistro Nundinarum, cum dissimilis ratio inuestigari non valeat ex dictis per *Portoles in tract. de consortibus, & fideicommiss. legal. c. 5. num. 14.*

5 Diuersa enim ratio, vbi reddi non potest diuersum ius induci non debet *l. Titio, ff. de verb. obligat. l. 3. §. 1. ff. de inust. rupt. testam.* cum diuersitas rationis
6 diuersitatem iuris inducat *l. final. ff. de rit. nupt. l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat.* & ratio, vbi est diuersa dispositio quoque diuersa esse debet, *leg. si seruus, ff de stat. liber. l. si ita, ff. de manumiss. testament. Dec. cons. 394. num. 3. Surd. cons. 64. num. 19.*

7 Conducit, quia sicuti appellationis beneficium datur à Magistris Nundinarum *Minad. cons. 24. Borrell. cons. 86. Capiblanc. pract. quæst. super prag. 8. de Baronibus, c. 39. tom. 2.* apud quos principaliter stat resolutum ad quem nam appellandum sit, vt etiam nos diximus *in tract. de grauaminibus vassallorum grauam. 58. tom. 2.* Ita pariter, & beneficium electionis fori impartiri potest habentibus tale priuilegium, prout sic reperi notatum in quibusdam antiquis apostillis manuscriptis in imargine *textus in l. 2. C. de Nundin.* vbi pariter stabat repositum, quod causæ coram Nundinarum Magistro agitatæ finitis nundinis coram ordinario finiendæ erant iuxta formam iuris *Bald. & Salic.* qui testatur de communi *in l. receptitia, C. de Constitut. pecun.* & ipsis addo *Marant. in praxi par. 4. distinct. 9. num. 72. & Giurb.*
8 *in decis. 83. num. 7.* vbi quod quando illæ redeunt ad Iudicem ordinarium non eo modo, quo coram Magistro nundinarum agitatæ fuerunt agitari debent, sed ordinariè, iuxta formam iuris, latissimè *Thorus in voto* 25.

9 Cæterùm mihi suaderem cessare antilignanam regulam principalem, quoties ageretur de contractibus initis in ipsis Nundinis, quia tunc priuilegiati non posent iuridice forum declinare *ad textum in d. l. 1. C de Nundin.*

Daretur siquidem alias absurdum, vt cogerentur negotiatores finitis Nundiuis persistere in loco nundinarũ ad conueniendos illos, cum quibus contraxerunt coram Iudice ipsorum, vel si forenses forent petere per loca eorum, vel ad Tribunalia Regia ad quam conuolarunt, & sic de facili fraudarentur *Foller. ad Marant in praxi p. 4. dist-*

4. distinct.9. vers. vt iudicium mercatorum, num.84. vbi num.85. meritò infert contra Salernitanos, qui licet minimè possit conueniri coram Magistratu nundinarum, nisi mercatores sint, id annuit procedere, quando non conueniunt coram magistro nundinarum ratione contractus in ipsis nundinis gesti cum ipsis mercatoribus, quia benè tunc conueniuntur.

11 Non est enim nouum ratione contractus in loco, in quo alias conueniri non posset in effectu illum conuenire, vt respectu miserabilium ostendimus in par. 1. huius tract. q.27. sect.4. in 2. edit. Neap. & ex regula habemus sancitum in l. hæres absens §. proindè ff. de iudic. §. hæc considerantes, & §. si igitur Auth. vt omnes obediant iudic. collat.5. c. fin. de foro competen. Tusc. conclus. 438. lit. F. Stracca de mercatura tit. quomodo in causis mercatorum sit procedendum pars. 2. vbi ostendit hoc verum, ne-
12 dum ratione contractus, quem principali gessit, sed etiam vbi gessit contractum institor eius, cum huiusmodi contractus habeatur, ac si fuisset gessus à principali d. l. hæres absens, §. apud labeonem, & ibi DD. ff. de iudic. Boer. decis. 114. Cremens singul. 77. vbi extendit ad institorem particularem Bonon. singul. 240. fusè ad materiam ex neotheticis Carlena. in tract. de iudic. disput. 2. quæst. 4. vbi ampliationes, & declarationes circa forum contractas conglomerauit.

13 Et quamuis attenta dispositione citat. textus in l. 1. C. de Nundinis venientes ad nundinas possint pro quocunque alibi contracto debito ibi molestari, nisi pro debito ibi contracto.

14 Tamen in effectu contrarium indifferenter seruatur, etiam respectu liquidationis instrumentorum, vt forens. quæst. 31. lib. 2. ostendimus, prout sic practicari vidisse, & fuisse practicatum, testatur Maranta in praxi part.4. cit. versic. vt iudicium, num.86. vbi valere huiusmodi consuetudinem autumat sub num. 87. & illam maiorem tribuere iurisdictionem textum in l. de arbitr.

15 Consuetudo namque tribuit iurisdictionem etiam priuatis l. item in princ. vbi Gloss. in verbo vel perpetua, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l. fin. ff. de aqua pluu. arced. l. viuus C. de diuers. offic. lib. 12. cap. cum contingat, vbi Gloss. de foro compet ent. cum adductis à Lanfranc. decis. 130. Franch. Marc. decis. 426. tom. 2. Carocc. decis. 110. Valer. in different. inter vtrumque forum in verbo consuetudo different. 1. & etiam feminis l. cum prætor in verbo moribus, ff. de iudic. Rocch. de Curt. in c. fin. de con-
16 suet. in 6. illaque tribuit pariter merum, & mixtum Imperium Marant. cons. 74. num. 6. Piaggia de consuet. quæst. 8. num. 143. Decian. in tract. crimin. cap.27. num. 3. lib. 4. & iudicatum patet apud Borrell. in summa decis. tit. de consuet. num.60. tom.1. contra Menoch. consil. 112. num. 65. vbi putat verius in persona aliquam habente iurisdictionem ex Felin. in cap. significauerunt, num.3. de Iudic. Natta cons.98. num.12. Mar. Antonin. Macer. resolut.103. num.7. lib.1.

17 Dicitur enim consuetudo, iurisdictionum omnium fons Bald. cons. 439. volum. 3. Cranetta cons.238. num.7. Paris. cons.23. num.56. vol.1. Decian. in tract. crimin. lib. 4. c. 27. lib. 6. Surd. cons. 465. num.4. Ramirez in tract. de absolut. Princip. potest. §. 28. extendens ad iurisdictionem imperiosam, altam, & bassam Bald. in l. etiam, C. de except. res iud. Monald. cons. 112. à num. 20. Cephal. cons. 39. num. 12. quæ iurisdictionem Regij bracchij importat Borgia in tract. de modo procedendi ex abrupto, num. 10. & seq. Caualcan. in speciali suo tractatu de bracchio Regio, part. 1. num.132.

Et duo sunt, quæ iurisdictionem conseruant, & impartiuntur, priuilegium, nempè & consuetudo Surd. cit. cons.465. num.5.

18 Hinc consuetudinem iurisdictionem citandi extra territorium tribuere officiali patefaciunt Florian. in l. 3. §. final. ff. de testibus, Felin. in d. cap. cum contingat de foro competenti, Surd. d. cons.465. num.6. etiam extra territorium cognoscendi l. 3. §. fin. ff. testibus Marsil. in l. final. n.23. & ibi ante Ias. num. 18. ff. de iurisd. omn. iudic. Decian. cit. tract. crimin. cap.27. num.1. & cap.29. num. 11. de quo tamen Gurba adduct. consil. 52. vbi Pars II.

num.2. enunciat consuetudinem non habenti iurisdictionem tribuere, illamque augere, & minuere capit.
19 conquestus 9. quæst. 3. cap. irrefragabili §. 1. & cap. dilectus de offic. ordin. lib. 1. & ibi DD. Cod. de emancip. liber. Tusch. conclus. 543. num.23. litter. I. Sesse de inhibit. cap.8. §. 4. num.23. & seq. Scrader. de feudis, num. 10. sect.5. numer.5. & seq. Scappa de iure non scripto lib.3. cap. 1. num.2. Viuius decis.470. num.8. Ambrosin. de immunitat. Eccles. capit. 14.

Idquè priuatiuè etiam ad Superiorem cap. irrefragabili, §. excessus de offic. ordin. Abb. in capit. pastoralis, num. 7. eodem tit. & ibi Felin. num. 11. cum adductis per Marescot. variarum resolut. lib. 1. cap.54. num.5. vbi iudicatum in Rota in Burgen. iurisdictionis 2. Decembris 1585. coram Eminentissimo Cardinali Seraphino, attestatur Mantic. decis.296. quod est notandum ad declaratio-
20 nem communis, & vulgaris regulæ, vti in dubio iurisdictio cumulatiuè ad Iudices ordinarios sit concessa l. fi. C. vbi caus. fiscal. l. iam collatores, C. d. re milit. l. 1. C. de offic. præfect. verb. & ibi Bart. fusè Roman. cons. 393. Ruin. cons. 7. lib. 4. Ludouic. conclus. 20. Grammat. decis. 30. Mysinger. obseru. 99. cent. 6. Sistin. de regalibus cap. 5. num. 55. lib. 1. & alii omnes antiquæ, & modernæ nostræ professionis Authores vna voce sic cantarunt.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio fori facta per miserabiles personas, an valida sit, & num.2.*
3 *Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium.*
4 *Misericordia non est tollenda.*
5 *Renunciatio aliquando intelligitur rebus sic stantibus.*
6 *Promissio iurata intelligitur si noua causa non superuenerit, & nu. 16. & 25.*
7 *Concessa reuocantur ex superuenienti facto.*
8 *Approbatus in officio ab illo ex causa potest remoueri.*
9 *Noua auxilio noua emergentia indigent.*
10 *Ordinatus in sacris ad simplex beneficium examinatur, & de ratione, num. 11.*
12 *Ordinatus in sacris præsumitur habilis ad simplicia beneficia.*
23 *Approbatus potest reprobari ex superueniente delicto.*
14 *Tutor, qui se excusat ob numerum filiorum, illis mortuis non excusatur à tutela.*
15 *Arbitri quando possunt recusari suspecti.*
17 *Pactum de vendendo differt ab ipsa venditione, & non est vltro citroque obligatorium, num. 18.*
19 *Pactum vendendo annullatur, cessante causa propter, quam initum fuit.*
20 *Promissio cessat, illius causa cessante.*
21 *Conditione deficiente, deficit promissum.*
22 *Saluus conductus intelligitur rebus sic stantibus.*
23 *Contractus celebratus censetur sub conditione firmo manente eo rerum statu.*
24 *Noua causa facit recedere à contractu.*
26 *Locator potest expellere inquilinum ex noua causa.*

A R G V M E N T V M.

Electio, seù Variatio Fori, si post specialem iuratam renunciationem noua perhorrescentiæ causa superuenit, an concedatur.

QVÆSTIO XX.

1 REgula sit, vt non obstante speciali renunciatione facta per miserabiles, & priuilegiatas de non eligendo, vel variando forum etiam mediante iuramento, quo in casu videtur præclusa via vtendi tali beneficio ex dictis *in par. 1. huius tractatus sect. 1. quæst. 12. sub num. 34.* iuxta secundam editionem Neapolitanam *folio 42. col. 1.*

2 Tamen si noua causa perhorrescentiæ post specialem renunciationem iuratam factam superuenerit, erit tunc quidem concedenda electio, variatio fori, vt tutati fuimus *in d. 1. part. huius tractatus quæst. 3. num. 23.*

Vnde clausulam appositam in quærela Angelæ Ruiz viduæ quondam Marcelli Lunetti, dum scilicet cum iuramento promittebat non variare à Tribunali per viam electionis fori audito nihil prodesse ne præfato iuris priuilegio valide vti posset, dum noua perhorrescentiæ partis aduersæ superuenerat causa dicebam vti aduocatus hoc in articulo assumptus.

Siquidem semota doctrina *Caranitæ in Ritu M. C. V. 221. in fine*, asserentis clausulam istam, quam ponunt actuarij in quærelis viduarum dicendo (quod cum iuramento promiserunt non variare) non ob esse, quia tale iuramentum tanquam contra bonos mores nun-
3 est obligatorium *cap. non est obligatorium de regul. iur. in 6.* Cum priuilegium miserabilitatis intuitu videatur
4 concessum, & si renunciaretur misericordia tolleretur, quod esset contra bonos mores, *Alexand. consil. 122. num. 14. & cons. 126. vol. 4. Barbos. in l. alia, §. elegan-ter, num. 50. ff. solut. matrim. Trentacinq. variarum resolut. lib. 2. tit. de citationibus resolut. 2. num. 37. Gratian. discept. foren. 182. num. 22. Carocc. de except. cap. 22. quæst. 6. num. 8. Castil. quotid. controuers. lib. 3. c. 25. num. 22.* quos, & alios per multos priscos, & neothericos coaceruat *Calenui* moderne *in suo tract. de iudic. disp. 2. c. 6. à n. 598.*

5 Adhuc talis renunciatio debebat intelligi rebus sic stantibus, *l. vt nullus C. de Iudeis*, cum sic videamus in quacunque dispositione, promissione, vel pacto etiam iuramento firmatis *l. quid tenuitus, vbi Gloss. ff. de condit. in deb. l. quero §. inter locatorem, ff. locati, Gratian. discept. 96. num. 23. D. Fpisc. Ricc. collect. 1771. Gutier. de tutel. cap. 1. num. 23. part. 1.* nec illa ad nouam causam superuenientem extendenda est.

6 Promissio etenim etiam iurata, nisi noua causa superuenerit, intelligi debet *Barz. decis. Bonon. 132. numer. 15.*

7 Hinc videmus concessa reuocari ex superuenienti facto, iuxta probata per *Boer. dec. 149. num. 17. 18. &*
8 *23.* quatenus ostendit, & tutatur suo in casu approbatum in officio posse reprobari, & remoueri ex officio ob superuenientem causam *ex Imol. in l. vt gradatim, ff. de muner. & honor. Abb. Innocent. & Dec. in cap. cum venerabilis de excep. Laudens. in tract. de offic. princip. §. 135.*

9 Et enim absolutissimum in iure axioma nouo indigere auxilio, quæ de nouo emergunt, & in nouis rebus nouum remedium, & consilium esse suggerendum *l. 1. ff. de ventr. inspic. l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. Act. l. si iure, ff. de rei vendic. l. oratione, ff. de ferijs, cap. final. de integr. restitut. Tusc. conclus. 54. lit. E. Monach. decis. Lucens. 21. num. 32.* & nouis morbis nouem conuenire antitodam præparari patet *ex cap. cæterum de iuramen. calumniæ Thesaur. dec. 239. à numer. 11.*

Conducunt tradita per *Romanum* (pleno, vt aiunt calamo) *in l. si vero, §. de viro, num. 83. ff. solut. matrim.* vbi conglomerat viginti duos casus deuiantes à communibus regulis ratione nouitatis superuenientis, vt, illum adducit *Gonzalez super regul. 8. Cancellariæ, gloss. 4. de mensibus, & Altern. num. 98.* probans ex
10 hoc *num. 96.* ordinatum in sacris ex noua causa posse ad simplex beneficium examinari, exemplifican-
11 do puta, quia per longum interuallum fecit intermissionem, seu diuersionem à studijs, & de hoc constaret, vel aliud simile accideret quia tunc etiam si pro forma non requireretur examen deberet examinari ra-
12 tione nouæ causæ, licet regulariter eo ipso, quod aliquis sit admissus, & ordinatus sacris ordinibus præsumatur habilis idoneus ad beneficia simplicia, ita vt nouo examine opus non sit, *cap. accepimus de ætat. & qualit. vbi Hostiens. numer. 12. Io: Andr. numer. 13. Butr. numer. 8. & 12. Abbat. numero 3. & 6. Veral. decision. 367. part. 2. Rota diuers. decision. 16. part. 2. Boer. decision. 149. num. 16. Lambert. de iur. patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 10. art. 2. num. 5.*

13 Approbatus enim potest reprobari ex superuenienti delicto *leg. sed & reprobari, vbi Nicol. de Neapol. de excus. Tutor. l. 1. Codic. de Athlet. lib. 11. Anna allegat. 123. numer. 7. vbi numer. 6.* quod è contra reprobatus propter ignorantiam potest approbari ob scientiam su-
14 peruenientem, & quod quando aliquis est excusatus à tutela ob numerum filiorum, vel excusatus à munere, quia inops, si postea filij moriantur, aut diues euadat non excusatur ab alia tutela, vel ab alio munere.

15 Iuuat vlterius hanc partem, quia arbitri de communi consensu electi possunt ex causa superuenienti recusari suspecti *ad textum cum Gloss. in leg. non distinguemus §. cum quidam, ff. de recept. arbitr. Barz. decis. 3. numer. 18. & seq.* nouissime *Galeott. controuers. 39. numer. 4. lib. 1.* vbi quod sicuti ex causa arbiter potest arbitrium susceptum deserere, ita compromittens in arbitrum electum recusare, *leg. licet cum Gloss. eodem titul.* autumans etiam arbitratorem posse, vt arbitrum recusari, vt post alios *Afora de partit. bonorum, capit. 4. num. 9. part. 1. Mastrill. decis. 91. à numer. 4.* qui *numer. 6.* superueniente noua causa apertè pariter admittit præsertim *ex Damauder. in prax. ciuili capit. 125. num. 12. & seq.* alios pariter coadunans eiusdem opinionis, & ita extitit iudicatum per Collaterale Consilium in anno 1614. de mense Augusti in causa Excellentissimi Principis Satriani Aureis Velleris Equitis, cum D. Maria Rauaschieria, quod causam ad se aduocauit, & processit in ea excluso arbitro, licet respectu vnius ex arbitris electis ex capite consanguinitatis compromittentis *vigore pragmaticæ odia litium sub Rubrica de arbitris*, aliud iudicatum extiterit per Sacrum Regium Consilium iunctis Aulis *die 9. Septembris* 1550. inter Candidam Vitalianam, & nonnullos de Iordanis ad relationem *Consiliarij Freccia* in Banca tunc *Margiotta*, vt refert *Anna alleg. 72. part. 1.* & hoc euidenti ratione, quia pragmatica adducta mandando disponit esse compromissum faciendum in duos coniunctos, seu Amicos, ergo rationabiliter stante tali dispositione recusatio, quia coniunctus iuridicè de iure Regni procedere haud potest, prout ex facto nouissime ita dicebatur in causa compromissi Scipionis, Dominici, Nicolai, Caroli, & aliorum fratrum de Fusco super hæreditate quondam Ioannis Francisci, & V. I. D. Francisci Antonij de Fusco, quorum differentias ipse tandem post multa sopiui penes Magnificum Fuluium Candidum Actuarium assumptum.

16 Insuper pro corroboratione opitulatur illud simile, vt promissio de vendendo cesset noua superueniente causa *Rota in Turden. contractus Lunæ* 1596. *coram R. P. D. Iusto*, vbi loquitur de promissione de vendendo ex necessitate æris alieni, qua promissor fuit obstrictus, & ex hæreditate superuenta, à qua pecuniam hausit, & liberare se poterat, ex pacto ad vendendum non fuit astrictus, vt etiam aduertit *Berlicch. decision. 142.*

17 Vbi quod licet aliud sit pactum de vendendo, & aliud pactionem ipsam de præsenti *Glos. in l. ... in bona, ff. de eo quod certo loco, & ibi Castre. ... & Ias. Thesaur. decision. 233. Grammat. decision. 103. numer. ...8. Hartman. obseru. 2. lib. 2. Tusc. conclus. 310. lit. ... Farr. decis. 3. num. 1. Surd. consil. 52. à numer. 13. Barz. decis. Bono-*
18 *nia 111.* & quod non est vltro citroque obligatorium,

& ex

& ex eo ille cui facta est promisso de vendendo, etiam si partem pretij soluerit non obligetur, sed pœnitere possit, & ille dumtaxat, qui eiusmodi promissionem de vendendo fecit obligatur *Castrens. & Ias. cit. l. quod bona Tiraquell. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 45. Boer. dec. 48. à num. 11. Surd. cit. cons. 52. num. 59.* tamen secus
19 puta vbi pactum illud ex certa causa puta ob necessitatem æris alieni, qua promissor fuit obstrictus, & se hoc pacto liberaturum iri operauit fuit initum, tunc si promissor aliundè pecuniam cotradere, & se liberare potest ex pacto ad vendendum non teneri iudicatum testatur.

20 Probat hanc suam sententiam, tum quia promissionis causa cessante cessare etiam debeat promissio *Roman. cons. 417. Tiraquell. in tract. cessante causa, part. 1. num. 224.* Tum quod huiusmodi promissio ex illa causa impulsiua, & finali, si scilicet præsuppositum verum sit, vel quis ex necessitate æris alieni vendere cogitur formatum, & sic conditionale esse videatur *Bart. in l. 2. §. fin. col. 1. ff. de donat. Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. gloss. vnic. num. 4. Tusc. conclus. 586. lit. C.*
21 Deficiente autem conditione proindè est, ac si nihil gestum, vel promissum fuisset *Alexand. in l. si pater, col. 5. ff. de instit. & substitut. Bald. cons. 478. lib. 1. Heig. q. 33. num. 51. & seq. part. 1.*

Tum etiam, quia huiusmodi promissio pricipaliter, vt promissor hoc modo se ex ære alieno extricare, & sibi consulere possit, & ita in eius fauorem est initum *Bald. in l. 1. num. 11. ibi vnum scias, C. de legat.* ergo in eius detrimentum verti non debet, quod sane fieri dicit si promissor pactum præcisè seruare, & vendere, vel interesse præstare teneretur, vt apud eum cerni poterit.

22 Suffragatur similiter, quia saluus conductus intelligitur rebus sic stantibus, & mutato rerum statu non prodest, vt argument. *l. cum quis in princip. ff. de solut. cap. fin. de heretic.* probat *Surd. decis. 307. num. 7.* vbi ex *Rom. in l. 4. §. si seruus, num. 10. ff. de acquirend. possess.* dicit, quod expirat securitas deficente eo rerum statu, qui erat tempore concessionis habet enim securitas tacitam conditionem, nisi impetrans nouam præbeat offensionis causam *Blanc. in praxi crim. §. datis diffensionibus, num. 52. Vital. in tract. clausul. in tit. nibil innouand. secur. pendent. col. 2. circa fin. Nell. in tract. de bannit. in 2. part. 2. tempor. q. 16.* quod in dies videmus seruari in materia guidaticorum.

23 Et comprobatur, quia contractus omnis celebratus censetur sub conditione firmo manente eo rerum statu, *l. cum quis in princip. ff. de solut.* cum adductis latius *per Tiraquell. in præfat. l. si vnquam, num. 166. C. de re-*
24 *uoc. donat. Gozad. cons. 27. Crauetta cons. 680. num. 15.* vbi quod ob nouam causam receditur à contractu *Cacher. decis. 91. num. 2.* vbi quod promissio intelligi debet secundum terminum, & statum temporis quo facta est, eo vero mutato aliud est dicendum refert, & sequitur *Surd. decis. 326. num. 31.*

25 Hinc descendit, quod si post locationem factam domino noua causa superuenerit, & re locata indigeat potest expellere conductorem *l. æde. C. locati Marsilian. decis. 29. Zuccar. decis. Lucens. ciuil. 50. Gabriel conclus. 3. de locat.* vbi declarationes cumulat *Cardin. Tusc. conclus. 426. tom. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori facta antequam Baro impetrauerit derogationem*, l. vnicæ C. quando Imperat. *an possit annullari.*
2 *Electio fori facta tempore habili, quamnis supraueniat tempus inhabile, non annullatur.*
3 *Priuilegium superueniens non potest infrigre fori electionem.*
4 *Restitutio superueniens non operatur recuperationem eorum, quæ tempore donationis ad alios peruenerunt.*

5 *Electio fori non habens impedimentum à principio, non potest per superueniens priuilegium impediri.*
6 *Qualitas requisita ad succedendum requirit, vt sit habilis tempore successionis.*
7 *Primogenitus existens capax maioratus tempore mortis, in eo succedit.*
8 *Monacus existens in Monasterio incapaci tempore successionis, succedere nequit.*
9 *Habilitas præcedens non est consideranda.*
10 *Priuilegium superueniens post motam litem non eximit litigantem.*
11 *Lis debet terminari coram quo capta est.*
12 *Iurisdictio sufficit, quod sit tempore recitationis.*
13 *Concessio Principis facta lite pendente, de ea nulla facta mentione est nulla.*
14 *Princeps per suum priuilegium non intendit alteri præiudicare.*

A R G V M E N T V M.

Electio Fori an cesset, quando post illam factam Baroni superuenit priuilegium derogatorium leg. vnic. C. quand. Imperat. &c.

QVÆSTIO XXI.

1 Regula sit, vt si postquam fuerit facta electio fori, superuenit priuilegium Baroni derogans in specie priuilegio *l. vnic. Cod. quando Imperat. inter pupill. & vid.* taliter quod de illarum causis cognoscere possit, non per hoc electio fori facta ante priuilegium ipsum cessare debet, & proindè vigore illius Baro causæ remissionem petere nequibit.

2 Per electionem siquidem factam à miserabili, & priuilegiata persona tempore habili, in quo priuilegium derogatorium non erat est ei acquisitum ius, quia erat tunc capax sui priuilegij, & habilis ad eligendum forum vigore illius, vndè quamuis à Principe concedatur deinde derogatio ad fauorem Baronis, non per hoc impugnatur electio fori iam facta in tempore quo nulla resistebat lex, sed imò assistebat, tanquam tunc non existente priuilegio Baronis, non potest, idcò pri-
3 uilegium inde superueniens fori electionem prædictam infringere, quia deficiunt extrema retrotractionis, maximè cum agatur, de præiudicio tertij hoc medio quæsito, certum est, inquam retrotractionem in præiudicium tertij non dari ex fusè cumulatis à *Peregrin. in tract. de iure fisci libro quinto tit. 2. sub num. 34.* itaut re-
4 stitutionem superuenientem non operari recuperationem eorum, quæ tempore damnationis ad alios deuoluta fuerunt firmarunt. *Alciat. in l. si is qui pro tempore num. 16. de vsucap. Bartol. in l. 1. §. filio, qui matris, ff. ad Tertull. Boss. de restitut. quæ fiunt à princip.* post *Bellum num. 15. Caphal. consil. 395. lib. 3. Natta consil. 470. Clar. in pract. crimin. quæst. 59. Gail. de pace publica, lib. 2. cap. final. à num. 12. Sfort. Odd. de in integr. restitut. quæst. 99. artic. 1. num. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 46. num. 9. Farinac. in pract. crimin. titul. de inquisit. quæstio. 6. num. 36.*

5 Sufficit enim priuilegiatæ personæ, vt tempore factæ electionis non adfuerit priuilegium derogatorium contra ipsam, nam qualitas requisita ad illam excludendam tunc debebat adesse præcisè, quando electio fiebat, nec obest, quod deindè illa iam facta superueniat priuilegium, ad textum *in l. non oportet, ff. de leg.*
6 *2. & l. interuenit, ff. de leg. præstand.* vbi qualitas requisita ad succedendum debet adesse præcisè eo tempore quo cedit dies substitutionis, nec sufficit, si postea superueniat, vt pariter probatur *in l. si quis haberet, ff. de*

F 3 *ius*

ſulis, & legim. hæred. in l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognat. l. ita legatur, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 36. vbi infert ſufficere primogenitum tempore mortis maioratus capacem repeririri, ad hoc, vt in eo ſuccedere poſſit, quamuis prius incapax fuiſſet, & ita pariter enunciauit *lib. 3. cap. 2. ſub num. 14.* adducens *Federic. de Sen. conſ. 26.*
8 affirmantem, quod ſi tempore delatæ ſucceſſionis monaco in monaſterio incapaci repetiatur, nequit ſuccedere etiam ſi ex poſt facto capax efficiatur, *Tiraquell. de tract. lign. §. 1. gloſſ. 9. num. 105.* ſecus ſi tempore delatæ ſucceſſionis ad monaſterium capax translatus ſit. quia tunc cum tempore delatæ ſucceſsionis capax reperiatur de in capacitate præcedenti non eſt curandum *Port. conſil. 23. à num. 39.* nam inhabilitas præce-
9 dens conſideranda non eſt *l. intercedit, ff. de condit. & demonſtrat.*

10 Conducit pro corroboratione, nam priuilegim ſuperueniens poſt cæptam litem non eximit litigantem, aut litem a priori foro, cum præuenta ſit iuriſdictio quoad illam cauſam, in cuius præiudicium forum mutari haud valet *cap. propoſuiſti, & ibi DD. de foro competenti, l. tutor petitus, ff. de excuſat. Tutor. l. ſi quis poſtea quam, & l. vbi captum, ff. de iud. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 22. à num. 3. Tuſ. concluſ. 445. lit. F. Gratian. forenſ. diſcept. 421. à num. 22. Kochier. in tract. de iuriſdict. in exemptos, tom. 1. part. 2. quæſt. 16. & 19. Lopez. in l. Caſtell. lib. 12. tit. 7. p. 3.*

11 Itaut non deſint affirmantes litem introductam eſſe terminandam coram eodem iudice, quo cæpta eſt non obſtante priuilegio deindè quomodocunque quæſito, vt tradiderunt *Bald. Angel. & Alber. in l. qui autem, ff. ſi quis caut. Iaſ. in l. ſi quis quemdam num. 4. ff. eodem tit. Abb. in cap. cauſam quæ, num. 3. & ibi Felin. & Imol. de teſtibus Io. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. tit. de dol. §. 2. num. 20. Prel. de Franc. deciſ. 544. num. 15.* latè *Gramb. deciſ. 23. & deciſ. 82.* vbi *num. 11.* autumat
12 ſufficere iuriſdictionem tempore citationis ineſſe priuilegium ſuperueniens deinde obſit admutationem fori iam electi *Sapi tit. repetit. l. cum quadam puella, num. 13. & ſeq. ff. de iuriſd. om.*

13 Iuuat hanc partem inſuper, quia conceſſio Principis lite pendente facta nulla de ipſa facta mentione eſt • inualida, quamuis motu proprio ſit facta, vt colligitur *Auth. in medio litis non fieri ſacras formas §. 1.* & tradunt *Capyc. dec. 86. num. 20. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. num. 643. Gabriel. concluſ. 4. num. 20. de iud. Kochier. de iuriſdict. in exempt. tom. 1. part. 2. d. quæſt. 16.*
14 *num. 11.* cum nunquam præſumatur Principem per ſuum priuilegium cæteris damnum, aut priuilegium inferre *l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, c. quamuis, & cap. ſi propter tua de reſcript. in 6.* cum latius cumulatis à *Peregrin. de iure Fiſci lib. 1. tit. 3. à num. 21.* At magnum quidem inferreretur præiudicium miſerabili, & priuilegiatæ perſonæ, ſi lis introducta coram Tribunali Regio eſſet deindè tractanda in Curia Baronali.

Vndè niſi in priuilegio Baronali derogatorio *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* expreſsè non eſſet clauſula etiam quod cauſas pendentes, & electiones fori factas, nunquam priuilegium ipſum operabitur aliud quoad iam introductas fori electiones.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non datur pro crimine cauſale, niſi culpa præcedat caſum, num. 2.*
3 *Delictum caſuale, quando ſit impunibile, & quando non, num. 6.*
4 *Irregularitas euitatur ex delicto caſuale.*
5 *Caſualia non ſunt in coſideratione.*
7 *Culpa lata dolo proxima eſt, ſed quando ſecus ibidem.*
8 *Culpa, vbi eſt maior, ibi maior ſuccedit pœna.*
9 *Culpa portat pœnam.*
10 *Remiſſio partis requiritur in delicto cauſale exiſtente lata culpa,*
11 *Culpa leuis caſui æquiparatur.*
12 *Delictum caſuale doloſum non præſumitur.*
13 *Falſum abſque dolo non incurritur, & qualis debeat eſſe iſte dolus, numer. 14. & an præſumptus, numero 15.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an concedatur agenti pro caſuali offenſione ſibi illata præcedente lata culpa.

QVÆSTIO XXII.

1 Regulam fundabant nonnulli electionis fori beneficium intentatum ad inſtantiam Andreæ de Nouellis pupilli, & Mariæ Angelæ de Nouellis ſororis virginis in capillo aduerſus Io: Iacobum de Simone, minimè potuiſſe ſubſiſtere, dum tractaretur de crimine caſuali, pro cuius punitione ipſi agebant.

Cumque pro tuitione, & ſcuto huiuſmodi opinionis vterentur aduocari ipſorum deciſione Sacri Regii Conſilii de qua *in praxi, ſiuè tractatu part. prima, quæſt. 65. ſect. quarta*, in ſecunda editione, vbi in delicto caſuali excludi fori electionis priuilegium paret, fui propterea rogatus, vt quid in rei veritate ſentirem apertè propalarem.

Quare in caſu, de quo diſceptabatur, & meum requirebatur votum tam à parte, quam à duobus ex iudicare debentibus aſſeueraui electionis fori priuilegium denegari, minimè potuiſſe.

2 Apparebat inquam prætenſum crimen non eſſe omninò caſuale, quia præcedebat culpa, quæ probabatur ab allegantibus, vt erat neceſſe *Afflict. deciſ. 13. numero 17. Viuius deciſ. 279. Maſcard. de probation. concluſion. 468.* quo in caſu opinio noſtra *loco citat. in part. 1. huius tractat.* claudicare debet, nec ſuum vendicat locum, & ita videtur tenere *Marin. quotid. reſolution. lib. 1. capitul. 2. ſub numero 31.* ibi (non tamen lata conſiderabatur.)

3 Certi enim iuris eſt, quod quando delictum eſt merè caſuale, & citra omnem dulpam illius, qui criminis cauſa fuit, tunc eſt impunibile etiam extraordinariè, iuxta theoricam *Bart. in leg. reſpiciendum, §. delinquunt, numer. 4. ff. de pœn. Boſſ. in tractat. crim. titul. de homicid.*
4 *numer. 66. Soccin. conſil. 16. lib. 1.* inferens ex ipſo irregularitatem euitari, de quo ſtaut iura *in cap. lator, capitul. dilectus, capitul. ſignificaſti, capitul. ex litteris, & capitul. Ioannes de homicid. Auiles de cenſur. ſect. 1. di-*
5 *ſput. 6.* quia verum eſt dicere caſualia non eſſe in conſideratione, *leg. huiuſmodi, §. legatum eſt*, & ibi *Caſtrenſ. ff. de leg. 1. leg. Titius, ff. de act. empt. Marſil. conſ. 67. à num. 47. Boer. deciſ. 13 numer. 51. Valenzuel. conſil. 128. num. 50. volum. 2.*

6 At vbi concurrit culpa lata, (provt in caſu iſto) tunc non erit impunis delinquens ſaltim pœna extraordinaria *Boſſ. in tractat. crim. titul. de defenſ. reorum, numer. 68. Clar.* poſt cæteros *in practic. crimin. §. homicidium, num. 3. Oter.* modernè *quæſt. 5. num. 20. part. 3.* & dixit *Rota in vna Imolen. coram R. P. D. Brano*, vbi quod lata culpa non puniri poteſt mortis pœna ex *Capella conſil. 54. ſub numer. 9.* & ego addo *Farinacc.* vt vnum pro omnibus adducam *in practic. crimin. quæſt. 87. numer. 73.* de quo *Maſtrill. deciſion. 228. numer. 109.* probat etiam *Viuius deciſion. 279.* vbi iudicatum in facti contingentia reportat, probans *deciſ. 1. numer. 11.* culpam facere quem teneri de caſu, quando eſt ordinata ad caſum *Bart. in leg. ſicut certò, §. ſea vt interdum, ff. Commodati Garciar. patrocin. 88.*

7 Culpa enim lata dolo proxima eſt *l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. leg. quod nerua. ff. depoſ. de Ponte conſ. 37. n. 12. & 19. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 124. numer. 10.* licet vbi dolus exigitur non æquiparetur dolo, *l. 1. ſi quis ideò, ff. ne-*

nis fit ci l.1. §.actio, ff. vi bonorum rapt. Cephal. consil.
577.num.24. Bursat.consil.47. Laurent.decis. Auen.1. cum
dolus præponderet culpæ *l.item §.fin.ff.ad l.Aquil. Tusc.*
conclus.579.lit.D.
8 Et vbi illa est maior, ibi grauior succedit pœna, *cap.*
cum bona de ętat.& qualit. cap. tanta de excessibus pręlat.
Perez in l.1.ordin.lib.5.tit.1.fol.mihi 31. quia culpa, vbi
9 inest, pœna ibi subintrat, vt è contra culpa, vbi non est,
ibi nec pœna esse potest, *cap.sine culpa de reg.iur.in 6. l.si*
putator, ff.ad l.Aquil. nam vbi non est culpa, ibi non est
delictum *cap.cum voluntate de sentent. excommunicatio.*
Peregr. in extrauag.ambitiosè de reb. eccles. non alienand.
num.30.
10 Indè in homicidio casuali concurrente lata culpa requiti partis remissionem pro obtinenda compositione nouiter ostendit *Marin.quotid.resolut.cap.2. num.8.* secus tamen putans, vbi tantum leuis, vel leuissima concurreret culpa cum eo casu tunc criminaliter puniri, minimè possit taliter delinquens ex communi *Cyn.* sententia in *l.si quis non dicam rapere circa fin. C.de Episcop. & cler. Boss.in tractat.crimin.tit.quomodo proced.per Act. num.38.*
11 Leuis inquam, & multò magis leuissima culpa casui æquiparantur, itaut crimen ita commissum potius casuale, quam culposum censeatur, *Clar. in d.§.homicid. sub num.3.*
12 Et vbi casuale reputatur, dolosum non præsumitur, & si cessat dolus cessat pœna, *Menoch.cons. 28. numero 13.*
13 Hinc cessante dolo falsi pœna euitatur *Decian.in tract.crimin.cap.11.num.14.lib.6. Menoch.de arbitr.iudic.*
cas.309. Mascard.de probat.conclus.739.num.12. Campa-
nil.in diuers.iuris canonici, c.28 num.5.rubr.11. annuens,
14 nec quemlibet sufficere dolum, sed illum tantum, qui
sit expressus in iure, *Menoch. cons.221. num.15.* vt nec
15 præsumptum sufficere, sed verum dumtaxat per *l.nec*
exemplum C.de falsis. Gabriel.cons.169. à num.16.cum
seq. affirmabam ad defensionem Clerici Ioan. Dominici
Vainæ Ciuitatis Vici Equensis.

S V M M A R I V M.

1 *Eligendi forum priuilegium cessat, si agatur de crimine iræ motu patrato.*
2 *Factum ex ira dolosè factum non censetur.*
Ira excludit dolum ibidem.
3 *Iræ motus pęnam minuit, & quando num.9.& 11.*
4 *Motus primi non stant in potestate nostra.*
5 *Ira impedit animi deliberationem, & consilium, numero 6.*
7 *Offendens Ecclesiasticum ex primis motibus non incurrit excommunicationem.*
8 *Aggressus excedens modum inculpatæ tutelæ in se defendendo contra Clericum, licet incurrat excommunicationem, tamen potest absolui ab Episcopo.*
10 *Crimen calore iracundiæ in palatio Principis commissum non punitur ordinarię.*
12 *Deliberatio, quando excludatur in delicto.*
13 *Delictum, quando incontinenti censeatur factum.*
14 *Natura, & qualitas delinquentis calore iracundiæ inquirenda est à Iudice.*
15 *Delictum ad defensionem honoris patratum dicitur excusabile.*
16 *Honor, & vita æquiparantur, imò pręfertur honor, numero 17.*
18 *Honor dicitur maximum bonorum.*

A R G V M E N T V M.

Electio Fori an competat priuilegiato agenti pro sibi illata offensione ex Iræ motu.

QVÆSTIO XXIII.

1 REgula fundabatur pro exclusione electionis fori factæ per Gratiam Castellanam viduam quondam Iacinti Pepe agentem pro vulnere sibi illato à Marco Antonio Fioccaro, quod cum tale vulnus apertè patebat ex subitaneo iræ motu fuisset illatum, proindè sufficere debebat, vt quærela exposita coram Iudice domicilij, in quo casus acciderat, ibi expediretur de iustitia, nec licere ad Regium Tribunal Audientiæ conuolare.

Adducebatur illud simile decisum in Sacro Regio Consilio, quod beneficium electionis fori, minime sit concedendum miserabili personæ agenti pro offensione sibi casualiter illata, vt alibi diximus tam *in 1. part. huius tractatus quæst.65. sect.4* quam in hac 2. *part. quæstio. pręcedent.*

Vndè sic pariter in offensione facta ex Iræ motu, cum
de vno ad alium benè valeat extensio, & currat argu-
mentum, siquidem vti casus excusat, vt latiùs probaui-
mus *d.quæst.præcedenti hac eadem secunda parte, & sect.*
2 3. Ita pariter, & ira cum non videatur dolosè, & ex pro-
posito factum, quod ex ira fit *Abb.in cap. dilecti filij*, &
ibi *Felin.de except. Aretin.cons.80.* cum ira dolum om-
nem excludat *Farinac.cons.76.num.2.* lato calamo *Ti-*
raquell.in tract.de pęn.temperandis caus.1. de iure natu-
rali, ciuili, & diuino conglomerans per plura exempla
probat iræ motu minuere pœnam, itaut homicidium
calore iracundiæ factum sit aliquo modo excusabile,
prout sic suum Pedemontanum censuisse Senatum
ostendit *Thesaur.decis.178.* vbi respondet contrarijs, &
hanc fouet sententiam declarationes tamen reportan-
do, *Barz.dec.142. Farinac.in pract.crim.tit. de pen.temp.*
qu.91. Castill.decis.159. apud quos latè materia stat di-
4 gesta, nam primi motus in potestate nostra non sunt
Gram.cons.56.num.17. Barz.d.dec.142.nu.9. Giurba cons.
crim.63.num.14.
5 Ira inquam impedit animi deliberationem, adeò vt homo intenso dolore præuentus mentis non habeat plenitudinem *l.quicquid calore*, & ibi *Cagnol.num.2.& 3.ff.de reg.iur. Honded.consil.104.num.29.lib.1. Negusa. consil.157.num.4. Mascard.de probat. conclusio.1126.numero 5.*
6 Iracundiæ, dolor, & primi animi motus tollunt deliberandi consilium *l.Gracchus C.ad l.Iul.de adulter. Bald. in cap.1.§.si quis vero de pac.iuram.firm and. Menoch.de arbitr.iud.cas.361.num.9.lib.2.*
7 Hinc iustificatur illorum opinio asserentium non
incurrere pęnam canonis percutientem Ecclesiasticam
personam ex primis motibus, & absque deliberatione,
vt ex pluribus apud nos *dec.Reg. Aud. Capitanatę Apu-*
leę 175. & apud *Grass.in tract.de effect. clericat. effectu 9.*
num.235. qui *num.265.* asseuerat quod si aggressus in se
8 defendendo excedat moderamen inculpatæ tutelæ, &
percuteret Clericum, licet sit excommunicatus propter
talem excessum, nihilominus non debet ire ad Sedem
Apostolicam pro absolutione obtinenda, sed posset ab-
solui à suo Diœcesano loci ordinario, quia si esset astri-
ctus ire ad Sedem Apostolicam puniretur pęna ordina-
ria delicti, quod esse non debet, nam aggressus in se de-
fendendo excedens moderamen prædictum occidendo,
vel vulnerando suum aggressorem non punitur pęna
mitiori arbitrio iudicis, iuxta communem DD. senten-
tiam de qua *Gram.consil.crimin.56.num.7. Boer. dec.168.*
num.7. Afflict.decis.206.in fin. Menoch. de arbitrar. iud.

casu

casu 178.*num*.2. nec id putat nouum, quia idem videmus, quando verberans est minor, vel quando percussio est leuis, vnde sicut ibi minuitur pœna ratione ætatis, & paruitatis materiæ, seu modicitatis delicti, ita hic debet minui ratione incensi caloris, & primi motus, ex quo tunc homo non dicitur in plenitudine intellectus, & hanc opinionem refert, & sequitur nouissimè *Vulpes in praxi iud. fori ecclesiast. cap.*1.*num*.42.

9 Quinimò iram, & primi animi motus excusare delinquentes ab ordinaria delicti pœna, etiam quod ex quacumque causa proueniant, quamuis illa sit leuis, & iniusta nouiter enunciat *Merlin. controuers. forens.*66. *nu.*
10 17. *& seq.* vbi reperies iudicatum crimen calore iracundiæ ad vlciscendam iniuriam commissum etiam in palatio Principis, Prætoria, vel carcere non esse pœna ordinaria puniendum videndi pariter *Illustrissimus Præsul Ricc. decis. Curiæ Archiep. Neapol.*245.*par*.3. *Mut. dec*.36. *& Castil. dec*. 171. vbi tractat si prouocatus ad iniuriam illam possit propulsare in Regio Palatio, seu in locis vocatis *Cuerpos de guardia*, probans tamen *num*.8. con-
11 tra supradicta iram debere prouenire ex iuxta causa, vt ex causa delinquentem, alias secus ex *Cagnol. in d. l. quicquid calore num*.9. *ff. de regul. iur. Farin.* qui alios secum vehit *d. qu*.91.*num*.38. *&* 39. quibus addo *Tusc. conclus.* 360. *lit. I. Sesse dec. Aragon*.104.*num*.24. *Bellon. de ijs, quæ fiunt incontinenti, cap*.8.*num*.2. & cęteros apud *Giurb. consil. crim*.17.*num*.15. vbi quod ira reum excusat, si iusta ex causa proueniat.

Quæ sanè iuxta causa in casu de quo agebatur euidenter constabat ex dispositione Iulij Fiorilli, & Ioan. Baptistæ Sanctomangho testium examinatorum ad instantiam eiusdem Gratiæ quærelantis, quamuis ipsa in sua depositione nihil dixisset, sed simpliciter quærelam de recepto vulnere exposuisset in Curia Magnifici Gubernatoris Terræ.

Nec non vulnus incontinenti post iniurias verbales subsequutum fuerat, itaut ad alios actus se nō diuerterit
12 ipse Marcus Antonius ob quod excluditur deliberatio, vt apud *Boer. dec*.168. *Farinac. in pract. crim. qu*.125. *tit. de homicidio sub num*.339. *cum seq. Thesaur. aict. dec*.78.
13 *Castill. cit. dec*.159. vbi fuse enucleat quando dicatur commissum incontinenti delictum calore iracundiæ, de quo etiam *Giurb. consil. crimin*.86. *Gizzarell. dec*.18. annuens insuper *num*.19. quod natura, & qualitas delin-
14 quentis calore iracundiæ à Iudice inquirenda est *Caualcan. de Bracchio Regio par*.4.*num*.79. quoniam ei arbitrarium est iudicare quantum calor in isto durare potuit *Menoch. de arbitr. iud. cas*.319. videndus etiam in materia *Barz. dec. Bonon*.132.

15 Et proindè vti in defensionem honoris illatum, erat excusabile, quamuis verbis prouocatus fuisset Marcus Antonius ipse ex dictis per DD. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* bene *Gail. obseruat*.100. *&* 101. *lib*.2. *Barz. in dec. Bonon*.133. vbi tractat an, & quando prouocatus verbis possit impunè prouocantem offendere etiam absque incursu pœnæ de non offendendo, ac pacis ruptæ.
16 Honoris enim, & vitæ æquiparantur causæ, *l. iusta causa, ff. de manumiss. vindict. Cassan. in cathalog. glor. mundi par*.1.*consider. Menchac. qu. illustr. c*.18. *num*.13. *Brunor. in locis communibus in verbo honor, num*.4. imò quasi vitæ præfertur honor, *l. isti quidem, ff. quod metus caus. l. quisquis, Cod. de postul. l. reprehendenda, Cod. de instit. & subst. cap nolo* 12.*qu*.1. *Menoch. de arbitr. iudic. cas*.277.*num*.19.
18 quia honor est maximum bonorum, *Gloss. in extrauag. ad conditorem de verb. significat. D. Thom*. 2.2.*qu*.2.*art*.2. *Philosoph. Ethic. lib*.4. *Nauar. in tract. de finibus bonorum acturum, num*.45.

Indè rimato, & trutinato negotio per dominos Auditores illius Prætorij, & videntes potius ad defatigandum ipsum vulnerantem fuisse ibidem introductam causam per viam electionis fori à dicta gratia, quæ vulnus ipsum etsi non lethale ex verbis iniuriosis prolatis contra honorem dicti Marci Antonij ipsamet procurauerat, & (vulgò, vt dici solet) tale vulnus emerat, considerantes pœnam paruam cadere instante vtili domino dictæ Terræ fuit causa remissa Curiæ Baronali, quæ iustitiam faceret, & ex pace secuta inter vulnerantes, & vulneratam, quæ remissionem pariter facit, fuit interpositum decretum, quod carcer cædat in pœnam, vt ipsemet reus me certiorauit.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non conceditur miserabilibus personis agentibus pro criminibus impunibilibus, vel pęnam minuentibus.*
2 *Priuilegium fori minuitur, vbi pro delicto pęna non irrogatur, vel si irrogetur, illa minuitur.*
3 *Lex indulgens pęna, indulget, & priuilegio.*
4 *Pęna est inducta contra delicta.*
5 *Priuilegium fori quare est concessum miserabilibus personis.*
6 *Principale, vbi cessat, cessat & accessorium, amplia num*.7.
8 *Tertia non possunt exigi, stante dilatione creditoris.*
9 *Dilatio data super principali, censetur data super tertijs.*
Prælatio super capitale procedit in tertijs, & vsuris ibidem.
10 *Priuilegium fori non competit pro delicto casuali.*
11 *Crimen casuale non punitur pęna ordinaria.*
12 *Priuilegium fori cessat, vbi miserabilis persona agit pro iniuria sibi ex ira illata.*
13 *Scientia equalis non requiritur in omnibus Confessarijs.*
14 *Confessarius quantum scire debeat, certa regula non datur.*
15 *Ius patronatus qualiter probari debeat respectu Vniuersitatum, vel personarum, in quibus cadit vsurpationis pręsumptio.*
16 *Ius patronatus obtentum à familia potenti præsumitur vsurpatum, & vide num*.17.
18 *Iudicis arbitrium debet versari in concedendo fori priuilegio.*
19 *Periculum maius vbi inest, ibi plenius est consulendum.*
20 *Consilium ad melius est mutandum.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an detur, quando miserabiles agunt ex offensione recepta, pro qua pœna non venit infligenda, vel saltem minoratur.

QVÆSTIO XXIV.

1 Regula sit priuilegium eligendi forum alias concessum priuilegiatis, & miserabilibus personis agentibus pro criminibus patratis in earum, vel suorum, personam cessare quoties talia crimina illius sint speciei vt vel non sint punibilia, vel in eis soleat, & debeat minorari pœna.

2 Sumit robur huiusmodi opinio, nam si pro delicto pœna non irrogatur, vel si irrogetur illa minoratur, priuilegij soliditas adhuc minorari debet, ne illud suas retineat vires, tunc inquam minoratur priuilegium, quoties fauor in eo concessus non exercetur *Rota in Seguntina Spolij* 1575.*coram R.P.D. Grasso.*

3 Quia si lex indulget pœnæ, igitur, & indulgere videtur, priuilegio, vt illud extenuetur, quasi quod pœnæ rigor, vbi cessat, cesset, & pariter priuilegium ordinatum ad fauorem irrogationis pœnæ.

4 Certum est enim pœnam esse inductam contra delicta, quibus commensuratur *cap. Felicis de pęnis in* 6. eorumque authores sequitur *l. sancimus, Cod. de pænis l. absen-*

tem, ff. eodem, & certo certius est priuilegium eligendi
5 forum esse concessum miserabilibus personis, vt iusti-
tiam magis commode consequi possint, cumque iustitia
respiciat in criminibus, delinquentium castigationem,
& lex pœnam in huiusmodi casibus, vel non imponat,
vel minorem imponet, ita & minorare priuilegium il-
lud dicendum est.

Siquidem, si iuxta causa criminis facit cessare pœ-
nam, cur non priuilegium tendens ad criminis punitio-
nem?

Currit inquam argumentum lex in aliquo casu tole-
rat delictum, igitur in illo casu eripi priuilegium con-
tra tale delictum tendens.

Potius enim est principale pœnæ impositio, quam
priuilegium imponendi illam coram vno, vel altero
6 Tribunali, vnde si cessat principale, cur non destruen-
dum est accessorium, stat quidem regula sublato prin-
cipali corruere accessorium, *l. qui liberis ff. de vulgar. &
pupillar. substitut. l. cum principalis, vbi Dec. ff. de regul. iur.
§. fideiussores instit. de fideiussor.* cum illud naturam sui
principalis sectetur *l. etiam Cod. de iur. dot. c. accessorium
7 de regul. iur. in 6.* etiam quod sit magis dignum, & pre-
tiosum, quam ipsum principale cui annectitur *Tusc.
conclus. 76. num. 26. lit. A. Barbosa in l. cum prætor, §. fin.
7 num. 211. ff. de iud.* & faciunt latius cumulata *in decis. R.
A. Apulea 1.* occasione discussionis articuli. quod ter-
tiæ, seu inter vsuria in casibus, in quibus dilatione debi-
tori concessa durante currunt, non possint exigi, & exa-
ctio dicatur supersessa, quousque dilatio principalis de-
biti finiatur, eo quia dilatio super capitali censentur da-
ta super tertijs, vt prælatio super capitali inest pariter
super tertijs ab illo descendentibus, *l. Lucias & l. insu-
lam. ff. qui potior. in pignor. habeantur, Neguf. de pignor. par.
5. 2. membr. num. 9. Soccin. cons. 41. li. 4. Honded. consil. 14.
lib. 2. Milauent. dec. 8. num. 380. & seq. & dec. 13. num. 23.
& 24. lib. 1.* fusè *Barz. dec. Bonon. 108. de Ponte consil. 67.
num. 12. volum. 1. & dec. 34. Mastrill. dec. 119. numero 11.
Vrsill. ad Afflict. dec. 186. Felician. de censibus lib. 3. cap. 5.
num. 18. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 22.
num. 32. & 33. Reg. Valenz. consil. 56. num. 31. vol. 1. Gra-
tian. discept. forens. 730. num. 19. Castill. decis. 17. num. 31.
Gait. de credit. cap. 4. quæst. 10. num. 1176.* vbi quod Syno-
nalis ratio est, quia vsuræ sunt accessiones ad sortem,
Barbat. in tract. de assistentia gloss. 12. num. 223. licet con-
trarium alias iudicatum referat *Thoran Compend. decis.
Regni in verbo prælatio part. 1.* de quo videndus nouiter
Galeot. controu. 21. & 56. lib. 1.

10 Conducit ad corroborationem fundatæ regulæ, quo-
niam in delicto casuali solet Sacrum Consilium exclu-
dere priuilegiatum ab electione fori, *Danza in tract. de
pugna DD. tit. de elect. fori cap. 8. in fine, tom. 2. Thor. in
compend. decis. Regni in verbo electio fori, column. 2. fol. 36.
11 part. 3.* & certum est crimen casuale non esse regulari-
ter delictum punibile, vt ostendimus *hac eadem sectio. 3.
supra quæstio. . . . . . in hac secunda parte tractatus.*

Igitur potest trahi consequentia idem procedere
alijs in similibus casibus, prout hoc ductus fundamento,
12 hocque scuto vtens asseueraui electionem fori cessa-
re, quando miserabilis persona agat pro iniuria sibi illa-
ta ex iræ motu, vt latius præcedenti quæstione apertè
patet.

Cæterum philosophationibus istis ex proposito
omissis arbitrarer in huiusmodi casibus prudentis iudi-
cis arbitrium versari debere, iuxta factorum, & perso-
narum qualitatem in denegando, vel concedendo tale
priuilegium electionis fori non semper laxando ma-
num, nec semper restringendo, sed iuxta vulnera re-
media serio applicare, non enim eadem prouisio sem-
per est tuta.

13 Vt in simili, non eadem scientia casuum conscientiæ
requiritur in omnibus Confessarijs, sed maior, vel mi-
nor respectu locorum, vel personarum, vbi, vel quas
audiunt *Suarez disput. tit. 28. sect. 2. sub num. 4. Molfes.
the log. moral. cap. 14. num. 98. tract. 7. tom. 1. Moscon. de
Maiest. tit. Eccles. militant. capit. 17. Bonacin. de sacrament.
disputat. 5. quæst. 7. par. 4. §. 2. num. 8.* vnde *Graff. decis. par.
1. lib. 1. cap. 15. sub num. 8.* autumat de sufficientia scien-
tiæ confessarij non posse dari certam doctrinam, sed
illam fore quidem remittendam arbitrio boni viri in
inspectis circumstantijs locorum, & personarum, *Me-
noch. de arbitr. iudic. cas. 425. Homobon. de humana vita
stat. cap. 16. par. 1.* & ideò Venetijs, Genuæ, Placentiæ, &
Lucæ tiæ debere esse Confessarios valde peritos in ma-
teria cambij, & contractuum, Romæ in materia Benefi-
ciorum, simoniæ, & Societatis officiorum Laureti, quò
omnes vtique confluunt debere esse in omnibus ferè
materijs peritissimos, vt nouiter enunciat *P. Leon in suo
tract. de officio, & potest. Confessar. par. 1. recollect. sub nu-
mero 26.*

Ex quo fundamento obiter descendere mihi fas sit,
vt quamuis vigore *Sac. Concilij Tridentini sess. 25. de
reformat. cap. 9. versic. in his vero per omnia &c.* circa pro-
15 bationem iurispatronatus plenior probatio requiratur
respectu Vniuersitatum, vel personarum, in quibus ex
vsurpatione præsumi solet acquisitio, vt de Imperatore
scripsit *Puteus decis. 56. lib. 1. de Rege Aragoniæ, Mohed.
dec. 10.* de iure patronatus de instante Portugalliæ, *idem
Put. dec. 55. eodem lib. 1.* de Barone, alioque domino iu-
risdictionem temporalem habente tractant *Gonzal. in
regul. 8. Cancellariæ glos. 18. nu. 66. Piasecl. Riccius in praxi
fori Eccles. resolut. 132. part. 1. Molfes. in summa Theolog.
moral. tract. 6. cap. 5 num. 61. tom. 1. Rota in recent. dec. 53.
part. 1.* & de quocumque alio magnate voluit *Rota
apud Vinian. de iure patronat. dec. 31.* & scripsit *Veral. decis.
128. par. 2.* vbi de quolibet ex familia columnæ, vt pari-
ter enunciat *D. Ricc. in praxi cit. resolut. 132.* & voluit
*Rota in Lucana iurispatronatus de podijs 5. Martij coram
Illustrissimo D. Coccino,* vbi etiam de quolibet ex familia
de Sabellis, & de familia Vrsinorum, & de Nobilibus
Venetis in statu Veneto, prout de familia Caracciolo-
rum dixit *Rota in Romana Capellaniæ 29. Ianuarij 1571.
coram Eminentissimo Gardinali Lancellotto.* Tamen ius
16 patronatus à qualibet familia potenti obtentum præ-
sumi ex vsurpatione acquisitum affirmarunt, *Antonin.
var. resolut. lib. 1. resolut. 33. Garsias de benef. part. 5. cap. 9.
ex num. 98. Rot. diuers. dec. 5. par. 2. Mantic. dec. 257. num.
5. Ludouisius dec. 222.* idque habita ratione locorum, &
personarum, cum in loco persona alias vilis possit esse
potens, vt experientia docet, vnde in hoc Iudicis erit
arbitrium versandum, quamuis, quod si concurreret so-
17 la potentia prætendentium ius patronatus absque iu-
risdictione, tunc non habere locum formam datam à
S.C. loco citato, censuerit *Rota in recent. dec. 374. part. 2.*
post *Gabriel. consil. 192. lib. 2. & Rota alias in Lucana
iuris patronatus 26. Iunij 1619. coram Reu. P.D. Dunozet-
to, Barbosa de potestate Episcopi allegat. 72. num. 66. parte
tertia.*

18 Et proindè (ad nostrum regrediendo) poterint Domi-
ni Iudices habere oculos in hac materia admissionis
electionis fori ad qualitatem personarum, criminum, &
causarum, vnde ortum habuere, nec semper apicibus
iuris inhærere, sed per modum prouisionis legitima
existente ratione denegare alias solita concedi, & con-
cedere alias solita denegari, prout tempus ferret, &
19 vbi periculum maius cernet, ibi plenius consulat iuxta
textum *in l. 1. §. sed & si quis, ff. de Carbonian. edict. leg.
manifestissimi, Cod. de furt. l. ad instar, Cod. de appella. cap.
20 vbi periculum de elect. in 6.* & sicut in melius vident ten-
dere consilium, ita & illud nitent ad textum *l. nonnun-
quam*, vbi *Gloss. de collect. bonorum*, cum adductis per
Card. Tusc. conclus. 435. lit. M. tom. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Electio fori facta per Monacum, qui dum erat laicus, que-
relauerat, & causa fuerat remissa ad Curiam domicilij,
minimè subsistit per mutationem status factam.*
2 *Et ita decisum refertur.*
3 *Mutatio status, non operatur in præiudicium primi Iudi-
cis, & partis, & quibus fuit ius acquisitum.*
4 *Mutatione personæ mutatur nomen rei, & ipsius sta-
tus.*

5 *Mu-*

5 *Mutatione personæ inducitur mutatio causæ.*
6 *Mutato statu personæ rei status mutatur.*
7 *Res perueniens ad manus exempti gaudet exemptione.*
8 *Priuilegiata efficitur res, si perueniat ad priuilegiatum.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori facta à Monaco, qui dum esset laicus querelam cuidam exposuit, & ad eius Curiam remissus est, an per mutationem status procedat.

QVÆSTIO XXV.

1 REgula sit negatiua, non subsistere, scilicet electiò-
nem fori factam per Monacum, qui dum esset
laicus quærelam cuidam exposuerat, & ad eius Curiam
remissus, nec in hoc esse habendam rationem mutatio-
nis status querelantis, *Danz. in tract. de pugna DD. tit.*
de elect. fori quæst. 3. num. 16. tom. 2. vbi quod cum fuisset
exposita querela criminalis per Anellū Franca Montis-
falcioni contra Iulianum Cerone de occupatione terri-
torij, incisione arborum fructiferarum, & alijs, & indè
causa remissa per Regiam Audientiam Principatus VI-
tra Curiæ Clusani, indè effecto Monaco præfato Anello
in Monasterio Montis Virginis elegerat in forum de
nouo eamdem Regiam Audientiam, fuit dubitatum si
poterat militare talis electio per mutationem status
quærelantis, iam quod fuerat aliàs cognitum de dicta
causa iam remissa, licet per eamdem Regiam Audien-
tiam fuisset iudicatum, vt in ea causa remaneret & indè
2 interposita appellatione ad M. C. iudicatum stantibus
grauaminibus, vt remaneret causa in M. Cur. attamen
re bene perpensa fuit die 18. Nouembris 1632. ad rela-
tionem quondam Iudicis Marc. Antonij Ruffini deci-
sum, vt reus remitteretur ad Curiam Clusani confir-
mando primum decretum, non obstante mutatione
status quærelantis in Banca Ioelis, nouissimè post illum,
ita refert *Thor. in compend. dec. Regni ver. electio fori, par.*
3. & fuit iudicatum ad fauorem Donati Antonij Gelo-
gini contra Fratrem Hiacintum Barbam.
3 Iuuatur huiusmodi conclusio ea de ratione, quia
mutatio status non operatur in præiudicium primi Iu-
dicis, & partis, quibus fuit ius acquisitum, cum muta-
tione status non mutetur conditio, quoties tertij in
præiudicium redundat *Burcult. inter consil. diuers. consil.*
4 *32. num. 7.* licet regula sit mutatione personæ mutatur
nomen rei, & ipsius status *l. Paulus respondit*, vbi *Bart. &*
alij, ff. de acquirend. hæred. l. cum patronus ff. de leg. 2. l. li-
citatio, §. penult. ff. de public. & vectigal. Cranetta consil.
293. num. 10. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 119. num. 6. &
5 mutatione personæ inducitur mutatio causæ, *l. cum*
quæritur, cum seq. ff. de except. rei iud. Bellamer. decis. 314.
num. 2. probat nouiter *Regens Valenzuel. cons. 151. à nu.*
52. cum seq. vol. 2. vbi ex *Menoch. de arbitr. cas. 562. num.*
45. autumat mutato statu personæ, & rei statum con-
6 uenire mutari, *l. per procuratorem, ff. de acquiren. hæredit.*
l. castrense, ff. de castrens. pecul. Anna allegat. 70. num. 34.
& seq. proinde firma *num. 56.* vt si res perueniat ad ma-
nus exempti debeat gaudere priuilegio exemptionis ex
Dec. in cap. si terra, §. porrò, num. 7. & 8. de priuileg. cap. 2.
de immunit. Eccles. in 6. Ancharan. consil. 108. Guid. Pap.
dec. 208. ita quod si transierint ad personam priuilegia-
tam, quamuis prius essent obnoxia sequuntur qualita-
tem personæ ad quam deuenere, *Grat. respons. 61. num.*
48. volum. 1. Clem. 1. de decim. Mattiens. in l. 6. tit. 7. lib. 5.
recopilat. glos. 8. num. 4. Cardin. Tusc. conclus. 436. litt. M.
8 *Thesaur. dec. 234.* cum res non priuilegiata perueniat ad
priuilegiatum assumit eius priuilegium *cap. vnic. de iur.*
patronat. in 6. Abb. consil. 9. num. 2. Bellett. disquisit. cleric.
part. 1. tit. de exempt. cleric. & eorumdem bonorum sub
numero 31. nouissimè *Ciarlin. controuers. forens. 103. num.*
19. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non potest fieri ab Ecclesiasticis, quando Baro habet derogatorium priuilegium* l. vnic. C. quando Imperat. &c. *sed declara, vt num. 10.*
2 *Iurisdictio fluit, & refluit à Principe.*
3 *Iure suo vtens nemini facit iniuriam.*
4 *Iuris executio iniuriam minimè continet.*
5 *Impediens beneficium iniuriam non facit.*
6 *Statutum ne exempti gaudeant beneficijs statutorum valet.*
7 *Derogatio directa contra libertatem Ecclesiæ est inualida.*
8 *Libertas Ecclesiastica læditur, quando clerici efficiuntur deterioris conditionis quam laici.*
9 *Clerici non debent minus benè tractari, quam laici.*
11 *Ecclesiastici in generali sermone non veniunt.*
12 *Ecclesia qualiter defendi, & in honore sit habenda.*
13 *Ecclesia dicitur multum priuilegiata.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an detur Ecclesiasticis personis, non obstante quod Barones habeant derogatoriam l. vnic. Cod. quando Imperator.

QVÆSTIO XXVI.

1 REgula fundatur ex infra citando, vt stante priuile-
gio derogationis *l. vnic. Cod. quando Imperat. inter*
pupill. & vid. ad fauorem Baronis contra priuilegiatas,
& miserabiles personas, tunc est præclusa via etiam Ec-
clesiasticis personis vtendi priuilegio electionis fori, ita
Capiblanc. in pragm. 8. par. 1. num. 302. & seq. de Baron.
tom. 1.
Potest recipere adiuuamen talis opinio, siquidem di-
cta concessio derogatoria benè comprehendit tales per-
sonas, cum Princeps hic non disponat super alienis, sed
super suo priuilegio, & iurisdictione concessa, quæ ab
2 eo fluit, & refluere potest *l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic.*
Præfect. Vrb. l. 1. Cod. eod. cum adductis per *Reg. Tapiam*
de Constit. Princip. cap. 4. num. 10. & Merlin. controuers.
forens. cap. 13. num. 9. vt iurisdictio quam in suis terris
Barones habent à Rege fluere dicatur *Mastrill. decisio.*
219. num. 14.
Vnde sicuti ei placuit priuilegiare, vt prælibatæ per-
sonæ omissis medijs eum adire, potuit super isto iure
positiuo contrarium decernere derogando, nec iniuria
supradictis infertur, eo quia Princeps mandet causam
3 prius terminandam in Curia Baronali, quam in alia,
iure enim suo tunc vtitur Princeps disponendo, quo in
casu nemini facit iniuriam *l. 3. §. si tamen. ff. de liber. ho-*
min. exhibend. l. fluminum, § fin. ff. de damn. infect. cum
adductis per *Mascard. de probat. conclus. 1051. num. 31.*
4 *Tusc. conclus. 162. litt. I.* hinc iuris executio iniuriam
continet *l. iniuriarum actio, §. is qui inter, ff. de iniur. Rom.*
cons. 387.
5 Confert, quia impediens beneficium non facit iniu-
riam *l. iniuriarum, §. si quis de honoribus, ff. de iniur. Tira-*
quel.

quell. in tractat. de retract. §. 1. *gloss.* 8. *num.* 42. vbi pro-
6 bat valere statutum ne exempti gaudeant beneficiis sta-
tutorum, & quod proinde statutum de retractu possit
excludere ipsos à beneficio ipsius retractus statuendo
scilicet expresse, ne illo vti possint, nec id repugnare
libertati, vt latius per eum, videndus *Ias. in leg. Gallus,
§. & quid si tantum de liber. & posthum.*
7 Indè contra Ecclesiæ libertatem directa non videtur
huiusmodi derogatio, quæ si foret, vtique minimè va-
leret *Auth. Cassa Cod. de sacrosanct. Eccles. cap. cum Eccle-
sia de Constitut. latè Morla in Emporio iuris part. prima,
tit. 1. quæst. 96. Perez in l. 7. in gloss. por que todo esto farta
tit. 2. lib. 1. ordin. Azor. instit. Moral. p. 2. lib. quinto, capit.
12. q. 3.* fusè *Grass. in tractat. de effectib. clericatus effect. 2.*
vbi ad nauseam omnia cumulauit.

Non enim hoc in casu Ecclesiastici efficiuntur dete-
rioris conditionis, quam laici, sed pari passum ambu-
lant circa talem derogationem, quia ambo stante tali
priuilegio derogatorio electionis fori beneficio alias
concesso vti non valent, at secus si laicus posset, &
Ecclesiasticus non, quia tunc subintraret grauamen li-
8 bertatis Ecclesiasticæ, cum certum sit illam lædi, quan-
do Clerici fiunt deterioris conditionis, quam sint lai-
ci *capit. quanto de priuil. c. fin. de immunit. Eccles. in 6. An-
charan. consil. 175. num. 2. Bellett. disquisit. cler. par. 1. tit. de
9 exempt. cleric. à statut. secul. §. 1. num. 15.* vbi quod non
debent clerici minus benè tractari, quam laici, *cap. non
minus de immunit. Eccles.*
10 Cæterum modificari poterit allegata regula quoties
expressè derogatio esset facta contra supradictas perso-
nas Ecclesiasticas, quod solere fieri autumat *Anna ob-
seruat. 16. num. 1.* at secus si generaliter esset derogatio
respectu *d. l. vn. C. quand. Imper.*

In primo enim casu cessaret eligendi forum priuile-
gium, iuxta *dicta in part. 1. huius tractatus quæst. 52. num.
26. sect. 2.* in editione secunda *fol. 146. colum. 2.* vbi erit
videnda sub declaratio ad hanc declarationem, ne bis
idem repetatur.

Non enim est præsumendum voluisse Principem ex-
cludere Ecclesiasticos à tali priuilegio, dum expresse de
illis mentionem non fecit.
11 Cum in generali sermone in odiosis illorum personæ
contineri, minimè debeant, vtì qualitate particulari
imbutæ, & cohonestatæ, & proinde specialem requi-
rant dispositionem, quia qualificata in generalibus non
comprehenduntur.

Vltra quod ad ipsarum fauorem in dubio est pronun-
ciandum, quia Ecclesia in magna veneratione est ha-
benda, illiusque priuilegia ad possibile potius amplian-
da, quam restringenda veniant, cum defendi debeat
Ecclesia *Molfes. in Consuet. Neapol. cons. 13. num. 38.* ma-
xique in honore habenda sit *Genuen. in practicab. Eccles.
quæst. 611. Illustr. Præsul Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Nea-
13 pol. 171. part. 1.* illaque multum sit priuilegiata, vt de
ipsius priuilegijs nouissimè *Barbos. in suo tractat. de iure
Ecclesiastic. vniuersal. lib. 2. cap. 13. tit. de priuileg. Ecclesia-
rum, & piorum locorum.*

Vnde aduertendum est, quando huiusmodi deroga-
tiones impetrantur à Rege, vt in specie fiat mentio su-
pradictarum personarum nominatim, nec sint conten-
ti Barones de generali derogatione *l. vnic. C. quando Im-
per.* sed speciatim personarum nominationem procu-
rent, vt dixi, quia, sic euadent disputationem, & in-
tentum obtinebunt.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua, & aliæ personæ miserabiles non trahunt subiectos Curiæ Admiratiæ ad Magn. Cur. Vic. vel ad Sacrum Consil. in prima instantia, & num. 9. & quare num. 10. 11. & 22. Sed contra num. 13. 26. 37. 41. 42. ex ratione, num. 36. 47. 40. 51. & absurdo, numer. 54. & alijs vsque ad fin.*

2 *Io: Iacobus Annichinus refertur, & laudatur.*

3 *Viduarum in iudicibus eligendis priuilegium quo iure constet.*

4 *Electio fori ante, & post litis contestationem fieri potest, in quacumque parte Iudicij, num. 5. & etiam in secunda instantia, num. 6.*

7 *Admiratiæ Curia in certum genus personarum, viuentium scilicet de arte Maris, concessam habet iurisdictionem ad omnes causas vniuersaliter, cum clausula priuatiua ad Magnam Curiam Vicar. etiam in appellationibus, num. 8.*

10 *Clausula priuatiua, seu abdicatiua in concessione iurisdictionis quid importet.*

11 *Priuilegium viduis concessum trahendi, & forum eligendi debet intelligi, dummodo eligant Iudicem, qui non sit prohibitus circa id cognoscere, & qui alias præsit cognitioni rei, de qua est lis, sed explica, vt numer. 57. & seq.*

12 *Nobilis Curialis, qui ex priuilegio conueniri non potest, nisi coram Illustriss. Magno Siniscalco à Vidua, vel alia miserabili persona non potest conueniri coram Iustitiario, vel in Sacro Consilio contra num. 79.*

24 *Nemo extra sui ordinarij forum, neque ad Curiam Principis, inuitus trahi potest in prima instantia, fallit respectu miserabilium personarum, nu. 15.*

16 *Miserabiles personæ in electione fori debent iurare perhorrescere potentiam aduersariorum, & hoc ius nouum est in regno, num. 17.*

18 *Miserabilium personarum cognitio non iure ordinario, sed peculiaris protectionis spectat ad Principem, ad eum talium personarum recursus ex officio specifica ipsarum defensionis tribuitur.*

19 *Miserabiles ex priuilegio* leg. vnicæ, Cod. quando Imper. *trahunt aduersarium ad Vicarium Principis, & sic ad M. C. num. 23. & num. 27. ac coram Iustitiarijs prouinciarum.*

20 *Magister Iustitiarij in Regno est Generalis Vicarius Principis, & Gubernator totius Regni, num. 21.*

22 *Magna Curia, Domus Regis Curia est, Tribunal supremum, ac venerandum.*

24 *Iustitiarij Prouinciarum tanquam loco Vicarij Regis in Prouincijs degunt.*

25 *Magna Curia Vicaria præsentia si adsit in Prouincia, cessat Iustitiarij potestas.*

26 *Cognitio miserabilium personarum non ex propriatur à Principe, vel eius Vicario concessa, iurisdictione alteri Curiæ quoad quasdam personas priuatiuè a M. C. Vicar. eiusque iurisdictione, & vide, num. 31. & numer. 34. & 37.*

27 *Procurator, seu Vicarius Regni, idem est in hoc Regno, ac M. C. V.*

28 *Priuilegio, l. vnic. C. quando Imper. non derogatur concessa alteri iurisdictione, nisi specificè exprimatur, quamuis priuatiuè sit facta concessio, & cum clausulis derogatorijs, & num. 44.*

29 *Priuilegio concesso alicui, Ciuitati, vel nationi, quod trahat, & non trahatur, vt est priuilegium Neapolitanorum, aut concessa iurisdictione priuatiuè, & expressè, quod possit cognoscere viduas, & pupillos non intelligitur facta concessio in derogationem priuilegij l. vnic. Cod. quando Imper. sed etiam eo casu possunt eligere Vicarium Principis.*

30 *Iurisdictione concessa cum derogatione speciali leg. vnicæ, C. quando Imper. idem est, ac si concedatur cum clausula non obstante, quod sint miserabiles personæ.*

32 *Admiratia à Curia non appellatur ad M. C. V. sed ad Sacrum Consil.*

33 *Sacrum Consilium, vt Tribunal Supremum, ac Regium, cognoscit de omnibus appellationibus, & nu. 35.*

36 *Iurisdictio concessa Baronibus reputatur solidior, quam concessa alteri Curiæ, & quare.*

36 *Viduæ gaudent priuilegio electionis fori, præsertim in prima instantia.*

39 *Diuersa instantia facit diuersum iudicium.*

40 *Tribunal superior, & competens non dicitur, si ab eo in primis causis sit abdicata iurisdictio, licet subordinatio remaneat in appellationibus.*

41 *Ecclesia forum Sacri Consil. aduersus Curialem, seu Officialem*

cialem Regiæ Cameræ, & vide nu.56.

41 *Virgo deflorata elegit forum M.C.V. contra filium rationalis Regiæ Siclæ.*

43 *Siclæ Tribunal habet amplissimam iurisdictionem, sicut Curia Admiratiæ, & ab eo non appellatur ad M.C.V. vel Sacr.Consil.sed Regiam Camer.etiam respectu filiorum eius rationalium.*

45 *Iurisdictione concessa priuatiuè ab vno ad aliud Tribunal omnia illi à quo abdicantur applicantur ei, cui conceduntur, siue iure communi, siue ex priuilegio in vim iurisdictionis ei competebant, ita vt neque admittatur prorogatio, & num.47. fallit in ijs, quæ in priuilegium supremæ dignitatis, & tanquam Principi reseruata detinentur, nam non possunt abdicata videri, numer. 46.*

47 *Priuilegium viduarum, & miserabilium personarum ex leg.vnica, Cod.quando Imper. & Constitutione Statuimus, non est quid tributum, aut competens Magnæ Curiæ Vicariæ, sed est concessum miserabilibus, & num. 50. & propterea est priuilegium personale, numer. 51.*

48 *Magna Curia Vicar. non habet iurisdictionem in personas miserabiles, nisi ipsæ velint, & sic habent iurisdictionem dependentem à voluntate ipsarum.*

39 *Miserabiles post electionem fori Magnæ Curiæ Vicar. variare ex earum voluntate, & priuare Magnæ Curia, possunt etiam Fisco contradicente, & numer. 96.*

51 *Pupillorum Iudex fauore personarum tributus est.*

52 *Priuilegium concessum miserabilibus, est priuilegium ipsius Principis, qui si euocet tales personas ad forum suum vtitur priuilegio proprio tamquam Princeps, qua ratione priuilegium cognoscendi omnibus concessionarijs anternis habet, & illesum intelligitur præsertim facta concessione admirato, numer. 53.*

54 *Priuilegium miserabilium, aut vanum est, & inane, aut tenentium feuda cum clausula cognoscendi viduas, & miserabiles, & cum clausulis derogatorijs, leg. vnicæ, Cod.quando Imperat. si miserabiles non eligunt forum facta concessione iurisdictionis priuatiuè ad M.Cur. V. & quare num.55.*

55 *Barones omnes in Regno habent iurisdictionem concessam priuatiuè ad Magn.Cur.in primis causis, & prohibent vasallos adire Regia Tribunalia omissis iudicibus constitutis ab eis,*

56 *Ecclesia quo iure vtatur priuilegio electionis fori, & an gaudeat electione fori contra vassallum Baronis cui est concessa iurisdictio abdicatiuè, & priuatiuè ad Magnam Curiam.*

Iserniæ *doctrina explicatur* in Constit. Statuimus, num. 60. versic. item quid si pupilli.

58 *Baiulus, qui iudicat in ciuilibus non potest eligi à miserabili in causa criminali.*

59 *Fori necessitas determinat Iudicem, & impedit prorogationem.*

60 *Iudex potest eligi sit competens ratione rei, & præsit iurisdictioni, licet non præsit inter illas personas quarum aliqua conuenitur.*

61 *Iurisdictio dicitur penès Iudicem ratione causæ, vel rei, & qui prohibetur iudicare in causa, vel in re non est Iudex, nec potest eligi à miserabili.*

62 *Iudex licet prohibeatur iudicare inter aliquas personas, si tamen præsit iurisdictioni vniuersaliter potest in eum fieri prorogatio, & electio a priuilegiatis, & num.71. & quare, num.66.*

63 *Iustitiarius, seu præses Prouinciæ non potest eligi à priuilegiatis in causa feudi quaternati, quia eius rei ad eum cognitio non pertinet sed qui Iustitiarij prouinciarum de feudis cognoscant in regno.*

Afflictus decis. 257. *dispungitur, & exploditur, & num. 68.69. & seqq.*

65 *Magna Curia Vicar. ex diuisa iurisdictione criminali à ciuili non potest eligi a miserabilibus in causa ciuili coram Iudicibus criminalibus, & è contra.*

67 *Magna Cur.Vic. retinet iurisdictionem ordinariam habitu etiam in viuentes de arte maris.*

68 *Reis habentibus plures Iudices non est facienda iniustitia ex fauore expenso miserabilibus in tribuendo eis priuilegium eligendi forum.*

70 *Vidua non potest conuenire reum laicum coram Iudice Ecclesiastico ratione deficientis iurisdictionis, & diuersitatis fori, sed vide nu.71.*

Et quando vidua possit eligere Ecclesiasticum, numer. 72.

73 *Vnus, vel plures Iudices incerti ex priuilegio nulliter intelliguntur concessi.*

74 *Reus si sub vno tantum Iudice debet conueniri iniustè trahitur à miserabili coram alio, sed vide contrarium num. 75. si conueniatur ratione rei sitæ, contractus, vel delicti, num.77. & 78.*

76 *Priuilegium, quod quis sub vno certo Iudice conueniatur recipit easdem limitationes, ac si esset ius commune in materia super qua disponit, & proinde vti relicto proprio iuris communis Iudice reus ad Curiam Principis miserabili trahente ventre cogitur, ita cogetur relicto Iudice priuilegij.*

78 *Lex vnica C.quando Imper. est exceptio contra illum, qui debet conueniri coram extraordinario Iudice ratione priuilegij.*

80 *Decisiones Sacri Consil. referuntur quibus pluries per Sacrum Consilium constat fuisse remissas causas ad Consules Artis Serici non obstante electione fori facta per viduas, sed declarantur, numer.82. & 83. & contraria afferuntur num.87.*

81 *Consules Artis Serici habent iurisdictionem priuatiuè ad M.C.V. prout Curia Admiratia.*

83 *Vidua super rebus mercantiam tangentibus si ipsæ sint de Collegio vel arte habente Consules, & Iudices Consulares Regio non gaudent priuilegio electionis fori.*

84 *Clericus si sit collega super rebus mercantiæ non declinat forum collegij, & quare num.85. imò de negotiatione soluit gabellam apud Hispanos, num.86.*

87 *Doctor de Collegio ad Sacrum Consil. euocatus ex priuilegio pupilli, vel monialium non remittitur ad Almum Collegium.*

88 *Collegium Doctorum Neapolitanorum habet iurisdictionem in Doctores priuatiuè, sicut Curia Admiratiæ.*

89 *Electio fori cessat à Curia Admiratia quod eius Tribunal existat in Ciuitate in qua residet Princeps, contra num.93. & seq.*

90 *Principis præsentia excludit timorem.*

91 Textus in l.1. C. de his qui per met.Iudic. non appell. *declaratur*, num.98.

92 *Decisio Collateralis Consilij in causa Francisci Monsolini cum Lucretia Datsola declaratur.*

93 Scipio Regens Rouitus conf.88. numer.4.lib.1. *declaratur.*

94 Andr. de Isernia *loco centum interpretum habendus est.*

95 *Electio fori competit priuilegiatis etiam existente Rege in loco, quia nihilominus possunt eligere Iudicem inferiorem etiam in faciem ipsius Regis.*

96 *Electio fori, & variatio eadem legis prouisione descendunt, & ideò non possunt aduersam pati determinationem.*

97 *Perhorrescentia ad electionem fori, nec iusta sit oportet, nec indiget alia probatione, quam iuramento perhorrescentis.*

99 *Restitutio aduersus appellationem non propositam, aut non prosecutam ex timore non conceditur, nisi metus sit iustus.*

100 *Officialium Curiæ Admiratiæ, delegatorum, & iudicum particularium suspectum censendum iudicium est, maximè contra miserabiles personas,*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an detur contra subiectos Curiæ Admiratiæ.

QVÆSTIO XXVII.

REgula sit negatiua quam firmat *Reg. de Tapia decis. Sacri Consilij 43.* pro qua fundanda multa faciunt, quæ variis in locis huius praxis siuè tractatus coaceruamus, vel vnam, vel alteram tuendo partem, quæ *idem Tapia* repetit *dec. 13. & alibi* nobis vtroque in loco relatis.

2 Verùm quia post alia scripta ad nostras manus peruenerunt ingeniosissimæ lucubrationes *eruditissimi V. I. D. Io. Iacobi Auuichini* quartum altera contrarium enixè probat, & doctè, placuit illam imprimi facere ad communem studiosorum vtilitatem, vt ad illas cum casus, accidit recurrere possint, & est, *ex eius lib. primo, obseruat. ad Ius Regni cap. 13. tenoris sequentis.*

3 Quemadmodum Indubitatum est viduarum in iudicibus eligendis priuilegium *ex l. vnica C. quando Imper. & Constit. Regni statuimus*, cum qua concordat de iure Hispanorum *lex 8. & 9. tit. 3. lib. 4. noua recopilat.*

4 Siuè antè siuè post contestationem litis electio fiat
quicquid contra hoc vltimum censeat. *Christinæus*
decis. Cur. Belgica 159. num. 17. prim. volum. & decis.
166. volum. 2. in princ. deceptus ex terminis simpli-
cis declinatoriæ fori, nisi staturo particulari apud Bel-
gas id caueatur, prout apud Hispanos caueri testis est
Azeuedus in cit. l. 8. Nam contratium probat *Afflict.*
in Constit. Statuimus nu. 17. quem refert *Regens Rouitus*
5 *decis. 27. num. 9. Neuiz. in Sylua nupt. lib. 6. vers. in*
dubio quomodo iudicandum, num. 38. versic. & propte-
rea, vbi ita iudicatum dicit *Parpalia Belluga spec. Princ.*
rubr. 23. versic. sed pone col. 2. num. 9. Natta consil.
590. num. 16. lib. 3. Vincent. de Franch. decis. 100. nu.
21. in fine, Thesaur. decis. 77. num. 6. qui subdit quod
quamuis *Couar.* contrarium senserit, Senatum tamen
re benè intellecta, & discussa cum opinione *Afflict.*
Neuizan. & aliorum, vti communiori de iure loquen-
do sensisse in causam cuiusdam viduæ, idem tenet *Ca-*
ranit. ritu 231. & 233. Franc. Viuius commun. opin.
365. numer. 6. lib. primo, Alexand. Trentacinqu. lib.
secundo, variar. resolut. tit. de citat. resolut. 2. num. 7. &
decimo, Fuluius Pacianus consil. 84. num. vigesimo octa-
uo, vbi quod dictis personis licet variare de vno Iudi-
ce ad alium etiam in fine litis, & ita praxis, quoti-
diana seruat.

5 Et in quacunque parte iudicii fieri electionem hanc
posse *legum citatarum*, generalitas ipsa suadet etiam
6 in secunda instantia *Thesaur. dict. decis. 177. numer.*
octauo.

7 Ita certum est Curiam Admiratiæ in certum genus
personarum viuentium scilicet de Arte Maris conces-
sam iurisdictionem habere ad omnes causas vniuersa-
liter cum clausula priuatiua ad Magnam Curiam Vi-
8 cariæ, ex iis, quæ latè tradit *Antonius Capycius de-*
cis. 9. Pres. de Franch. decis. 417. numer. 9. etiam in
appellationibus, vt aduertit *de Franch. decis. 722.*
num. 24.

9 Verùm si vidua priuilegium illud *lege vnica, & Constitutio. Statuimus*, contra subiectum Admiratiæ illum nempè à Curia Admiratiæ ad Magnam Curiam Vicariæ, vel Sacrum Consilium etiam in prima instantia, euocando exerceat famosissima semper quæstio fuit, quam propterea nos hoc loco ducimus examinandam.

10 Videtur verò stante prædicta iurisdictionis priuatione omninò priuata Magna Curia cognitione talium personarum subiectarum Admiratiæ, ita quod penitus sit Iudex incompetens quoad tales personas hoc namque operatur dicta priuatio iurisdictionis, ita vt neque partium consensu prorogati possit ex speciali deductione *Capycij dicta decis. 9. num. 15. cum seq.* & quodammodo ex priuatiua, & abdicatiua concessione facta admirato cognitio causę alicuius ipsius subiecti sit similis causæ clericali, vt reputetur, ac si esset clericus contra quem nullatenus Iudex secularis se intromittere potest, ita dixit in eodem facto *Capyc. in alia decis. 122. num. 6.* & confirmauit *Vinc. de Franchis dicta decis. 417. num. 8.* & eruditè repetit *Fabius de Anna consil. 107. part. 2.* ac nouissimè *Consil. Merlin. controuers. 99. sub num. 22.*

11 Ex quo satis commodè *Isernia in dicta Constitut. Statuimus, num. 60. vers. item quid si pupilli* rem determinare videtur ibi enim concludit, quod priuilegium viduis concessum trahendi, & forum eligendi debet intelligi dummodò eligant Iudicem qui non sit prohibitus circa id cognoscere, & qui aliàs præerat cognitione rei de qua est lis, & sic cum Magna Curia Vicariæ prohibeatur dictas personas, & causas iudicare pluribus viduæ priuilegium videtur cessare.

12 Et in puncto videtur posse afferri doctrina *Afflict. 257. num. 3.* cum nobilem Curialem, qui ex priuilegio conueniri non potest, nisi coram Illustrissimo Magno Senescalcho, à vidua, vel miserabili persona conueniri non potuisse coram Iustitiario, vel Magna Curia Vicariæ, vel in Sacr. Cam. confirmauit, cum namque non sit Magnæ Curiæ in conuentum iurisdictio ex incompetentia Iudicis electi cessat priuilegium viduæ, vel miserabilium personarum.

13 His tamen, & aliis non obstantibus censeo ego contrarium esse de iure verius, ac propterea posse viduam etiam in prima instantia subiectum Admiratiæ trahere ad Mag. Cur. V. vel Sacr. Conf. ac pro hac parte meliores esse rationes.

14 Pro quibus altiùs differendo certissimum dici po-
test neminem extra sui ordinarij forum neque ad
Curiam Principis inuitum trahi posse in prima in-
stantia *ex l. nemo Cod. de iurisdict. omn. iudic. & auth.*
vt differentes Iudices §. primo, quidam tamen legibus
15 miserabiles, visi sunt, quibus particulari priuile-
gio indulserunt in Curiam Principis in prima instan-
tia suos aduersarios trahere posse, maximè si con-
trariorum potentiam perhorrescant, *vt in verbis di-*
16 *cta leg. vnica*, cuius dispositionem nuditer Rex con-
firmando *in dicta Constitut. Statuimus*, illud tantum
17 addit, vt talibus miserabilibus in fori electione per-
horrescentiæ iuramentum exigatur, hinc etenim hoc
solum esse ius nouum in Regno dixit *Caranit. in ritu*
228. numer. 5. Afflict. in dict. Constit. Statuimus numer.
14. & Reg. Tapia numer. 32. Couarr. practic. quest.
cap. 6. num. 1. Caranit. in ritu 228. num. 5. Niger. in
capit. Regni, quoad decretum numer. 9. de offic. instit.
cum aliis penès *Consil. Merlin. controuers. forensi 86. nu-*
mer. 7.

18 Hoc tamen non iure ordinario, sed peculiaris protectionis ad Principem spectat, ac ad eum talium personarum recursus ex officio specificè ipsorum defensionis tribuitur, vt considerat *Baldus in dicta lege vnica num. 2. Castrens. num. 4. Couarr. dicto cap. 6. nu. 6.* illudq; priuilegium sic protectionis competens merè, vt ad Curiam, & Vicarium Principis aduersarij trahantur fuit concessum, vt in specie *ex dicta l. vnica* probat *Petrus Belluga in speculo Principum rub. 38. §. conqueruntur, col. 3. in princ.* & videtur indicare *gloss.*

filium, sed ad Regiam Cameram, quæ est Iudex,
43 etiam respectu filiorum rationalium *de Franch. ibi ex eo Tassonus ad pragmatic. de antefato versicul. 3. obseruat. 3. numero 297.* an dicta virgo variare posset contra ipsum deflorantem, & fuit decisum, quod sic non obstante, quod amplius non esset virgo, & pro indubitabili transiuit consilium, nec fuit opus discutere si debebat impediri electio fori talis virginis, eo quia talis erat subditus Regiæ Siclæ, & aliàs conformiter sic fuisse declaratum *in fine huius obseruationis* aduertemus.

Vis consistit solum in contrarijs, ex quorum resolutione lucidiùs veritas nostræ conclusionis apparebit.

44 Primùm verò, quòd dicebatur de priuatione, & abdicatione iurisdictionis facta à Magn. Cur. quæ debet operari, vt tanquam carens iurisdictione, nec in viduas, aut miserabiles eam exercere possit satis ex prædictis est sublatum, ex quibus fundatur ad hoc esse requirendam specificam, & indiuiduam derogationem, & priuationem aliàs nunquam earum cognitionem ex propriari à Principe, vel eius Vica-
45 rio, cuius rei ratio est concludentissima, quando namque conceditur iurisdictio priuatiuè ad aliud Tribunal, tunc certissimè omnia competentia illi, à quo abdicantur, applicantur ei, cui conceduntur, siuè iure communi, siuè ex priuilegio in vim iurisdictionis ei competebant, ita vt neque admittatur prorogatio, vt discurrit *Capyc. & alij iam citati*, & ta-
46 men, quæ in priuilegium supremæ dignitatis, & tanquam Principi reseruata detinebantur non possunt abdicata videri, vt post *Bellugam supra* adductum *numero 26.* in hac cognitione miserabilium personarum confirmat *Dom. Præsid. de Franch. decision. 192. num. 7. & 14.*

47 Præterea omnia spectantia iudici, à quo tolluntur, & applicantur ei, cui conceduntur, & priuilegium viduarum, & miserabilium personarum non erat, quid tributum, aut competens Magnæ Curiæ, ergo ex priuatione facta à Magn. Cur. non potest intelligi concessum Curiæ Admiratiæ. Absumptum quod tale priuilegium non sit tributum, aut competens ipsi Magnæ Curiæ patet ex *ore omnium interpretum*, qui dicunt priuilegium *leg. vnica. & Constitut. Statuimus*, esse concessum miserabilibus personis, & idem repetit *Afflict. in dict. decision. 257. in princip. & ante numer. 6.* vndè, hoc quod non fuit concessum pro iurisdictione Magnæ Curiæ, sed aliquibus personis ex pietate status earum non potest intelligi sublatum ex abdicatione iurisdictionis à Magna Curia.

48 Ad quod optimo iure confert, quod Magna Curia non habet cognitionem, & iurisdictionem in tales personas, nisi ipse velint, & sic est iurisdictio dependens à voluntate ipsarum, vt post *Odofred. in dict. leg. vnica* declarat *Afflict. in citat. Constitut.*
49 *Statuimus, numer. 35.* & non tantum à voluntate earum personarum dependet talis iurisdictio in ipsa electione, sed etiam post electionem factam ex voluntate variare, & priuare eam possunt etiam Fisco contradicente, *vt per Vincent. de Franchis decision. 507. numer. 8. Muta decision. 29. sub numer. 32.* dummodò non constet de fraude, in quo Fiscus summopere aduertere debet de ratione, de qua *Mastrill. decision. 268. à num. 24.*

50 Ex quo magis confirmatur competere Magnæ Curiæ cognitionem talium personarum tanquam quid tributum in priuilegium ipsarum, non tanquam quid datum iurisdictioni ipsius Curiæ, quod in specie *de Franch. decision. 723. numero 12. cum seq.* optimè
51 sentit, dùm pupillorum iudicem, fauorem personarum tributum confirmat, eaque ratione personale priuilegium concessionis Iudicis derogare priuilegio Admiratiæ, cuius iurisdictio officio concessa, & non fauore personarum intelligitur, scribit insuper
52 hoc idem priuilegium tributum miserabilibus est priuilegium ipsius Principis, vnde euocando tales personas ad forum suum vtitur priuilegio proprio tam quam Princeps, vt in specie, probat *Bellvga rubr. 23. vers. sed pone, num. 9.*

53 Dùm ergo ex noua concessione iurisdictionis vis ipsam alteri Curiæ applicare, non potes, quia Magn. Cur. illam tenet tamquam Vicarius Principis, vt antea probauimus, & sic à se non expropriandum, quinimò cum nouam iurisdictionis collationem allegat Princeps, vel eius Vicarius priuilegium suum anterius demonstrat tales personas cognoscendi, cum hoc inter Principis priuilegia numeretur, & hæc sua principalis potestas in concessione iurisdictionis facta Admiratiæ, illesa debet intelligi præseruata, vt post *Grammat. decis. 30. Capoll. & alios* deducit *Menoch. lib. 2. præsumpt. 18. num. 2.*

54 Præsertim, quia si concedimus ex sola concessione iurisdictionis priuatiuè ad Magnam Curiam prohiberi personas miserabiles eligere Magnam Curiam cum perhorrescunt potentiam aduersariorum, vanum omninò, & inane, aut est priuilegium electionis fori, aut priuilegium. quod multis concedi consueuit cognoscendi etiam contra viduas, pupillos, & personas miserabiles, & cum clausulis derogatorijs *leg. vnica, Cod. quando Imper. & Constitut. Statuimus*,
55 quandoquidem non est hodie in Regno nostro baro, qui non habeat concessionem iurisdictionis priuatiuam, & intentionem fundatam in primis causis, ita vt prohibeantur vassalli adire Regia Tribunalia omissis iudicibus constitutis à Baronibus exceptis casibus quibusdam, vt ex *Foller. & Carolo de Tapia not. Consil. Merlin. controuers. 86. n. 15.*

56 Et ex his censui semper Ego suspectas decisiones Sac. Consil. quas retulit *Consiliarius de Anna in addition. ad allegat. genitoris 146. sub numero 3. tom. 2.* præsertim *ex additione felicis de Rubeis ad Afflict. decision. 257.* quod scilicet Ecclesia, cui ex interpretatione *præcedentem*, vt dicit *ipse* est communicata *leg. vnica, Codic. quando Imperator*, cum pretius prouisum sit in Regno ex interpretatione *Regis Roberti*, qui vt dicit *Andr. in Constitut. Statuimus, col. 1. versicul. de Ecclesia, & Vincent. de Franch. decision. 234. numer. 4.* & ita interpretatus est *dicta constitut. vt ex capitul. Regni*, quia nulla obseruat *Anna pater allegation. 146. numero 8. tomo 2.* non gaudeat electione fori Magn. Cur. Vicar. in vassallum Baronis, cui est concessa iurisdictio abdicatiuè, vel priuatiuè ad Magn. Cur. vt est priuilegium multorum in Regno, nam ex prædictis confunduntur, & ex *decis. Capyc. 160.*

57 Secundum quod videbatur vrgere *de Isernia* doctrina *in Constitut. Statuimus*, quod priuilegium viduarum est intelligendum, dummodò Iudicem aliàs competentem eligant, ex diligenti eius verborum intellectu tollitur, imò pro his inducitur.

Quæritur namque *ibi in versicul. quid si pupilli*, si hæ personæ priuilegiatæ velint agere de re feudali, & eligere forum Baiuli, an possint, & dicit non posse, quia limitata est cognitio feudorum à certis iudicibus, vnde alij sunt priuati in illa qualitate rerum cognoscere, idemquè ait, si velint eligere baiulum in causa criminali, & sic facit conclusionem *in versicul. generalia tamen verba*, eas personas habere priuilegium dummodò eligant Iudicem, qui aliàs præerat cognitioni rei, de qua est his cuius dicti validissima fuit ratio, quam *ipsemet* adducit, quia dum Iudex non habet cognitionem rei, de qua litigatur non potest eligi repugnat enim qualitas rei, quæ semper manet, & quia prohibitus cognoscere ratione rei perpetuò intelligitur prohibitus, *argum. leg. quos prohibet D. de postulando.*

58 Eadem est causa, quando ratione causæ Iudex non potest vltra cognoscere, baiulus enim, qui in ciuilibus iudicat, non potest eligi in causa criminali, quia ipsi vltra ciuiles non est iurisdictio, & sic non est Iudex, necessitas namque fori, quæ determinat Iudicem,
59 vt in re feudali, vel Fisci impedit etiam prorogationem *Bald. in leg. cum eorum, num. 7. Cod. de sent. & interloq. omn. iud.*

60 Diuersum tamen erit quando Iudex, qui eligitur

aliàs est competens ratione rei, quia cognoscit super
re, de qua litigatur, & similiter de causa, quia est
Iudex tàm Ciuilium, quàm Criminalium, quia tunc
sufficit, quod Iudex, qui eligitur aliàs præsit illi iuris-
dictioni, licèt non præsit inter illas personas quarum
aliqua conueniatur, & sic in specie sua dicta decla-
rat *Andr. In eadem Constitution. Statuimus, in versic.
sed iurisdictio*.

61 Iurisdictio enim dicitur penès Iudicem ratione cau-
sæ, vel rei, vt constat *ex leg. 1. cum gloss. fin. D. de
iudic.* ex quo rectè dicit *Andr.* quod quando prohibe-
tur Iudex in causa, vel in re iudicare; non est Iudex,
& propterea non potest eligi in Iudicem à priuilegia-
tis, quando ergò prohibetur inter aliquas personas iu-
dicare, tunc præest iurisdictioni vniuersaliter, & si-
62 cut in eo fit prorogatio per alias personas, & rema-
net eadem iurisdictio in genere prorogata, ita rema-
net electio facta a dictis priuilegiatis, vt rectè colli-
gitur ex dictis verbis *Isernia*, quem dum *Afflict. in dict.
decision. in princip. & in dict. constitut, numer.* 13. pro
fundanda sua intentione inducit *in versicul. item, quod
si pupilli, & versicul. generalia tamen verba*, fideliter
refert, vt priuilegiatus non possit conuenire reum co-
63 ram Iustitiario Regis si sit incompetens, quia conue-
niebat de feudo quaternato, cuius rei cognitio ad eum
non pertinet paucis exceptis, vt in Iustitiarijs Trani,
64 & Litij ex causis, *vt alibi*, sed parum sibi constans
Afflict. ad casum applicat, incompetentiam veram
ratione rei ad prohibitionem inter personas extendens,
prohibitio enim in causa, vel in re iudicare *ex supra-
65 dictis* facit verè iudicem incompetentem, & hac ra-
tione videmus in eadem Magna Curia, quæ eligitur à
miserabilibus personis, quod cum in ea diuisa sit iuris-
dictio ciuilis a criminali *pragmatic.* 10. & 14. *§. quam-
uis de offic. mag. iustit.* & probat *constitut. non sine grandi
consilio*, si in causa ciuili coram Iudicibus criminalibus
eiusdem Magn. Cur. miserabiles vellent litigare, vel è
contra certum est repelli, & non admitti.

66 Aliud verò est, quando Iudex prohibetur inter ali-
quas personas iudicare, tunc enim restringitur, &
coarctatur iurisdictio vniuersalis, quoad exercitium,
habitu, & potentia tamen viuit, vt ex *Bellug. citat.*
optimè deducitur, quandoque enim dormit iurisdi-
ctio non quoad esse, sed quoad exercitium, vt ex *text.
cap. pastoralis de rescript.* deducit *Anchar. in cap. ex teno-
re 3. not. de foro compet.*

67 Et in terminis M. Cur. quod iurisdictionem retineat
ordinariam habitu, etiam in viuentes de Arte Maris
in proprio casu explicat *Vincent. de Franch. d. decis. 722.
num. 22.*

68 Ex quibus minùs repugnat *Afflict. decisio*, quæ pun-
ctualis videtur, *illius* enim dicta eliduntur, & fundan-
tur *ex Isernia* doctrina, quæ cum declarata, & distincta
remaneat, nihil est quod obstet.

69 Nec aliquid operantur cogitata per eum *ibidem nu-
mer. 1. versicul. & naturalis ratio*, vbi confirmat quod
ex fauore impenso miserabilibus personis in tribuendo
eis priuilegium eligendi forum, quando rei habent
plures Iudices non est ipsis reis iniustitia facienda assert
*notat. in capitul. ex tenore de foro competent. & in c p. 1.
de priuileg. lib. 6.* ibi, *quia certus iudex datus est*, in-
tendens probare, quod miserabilis persona, licet ha-
beat priuilegium eligendi Iudicem, vbi reus habet plu-
res Iudices, non tamen poterit eligere alium incom-
petentem ipsi reo, vt dicitur *in dict. cap. ex tenore*,
70 in quo vidua non potest conuenire reum laicum coram
Iudice Ecclesiastico, & hoc, quia Iudex Ecclesiasti-
cus non habet subiectum sæcularem, ratione deficien-
tis iurisdictionis, & diuersitatis fori, vt ex dictis ibi
per *Abb. num.* 8.

71 Sed hoc longè distat à casu nostro, in quo iurisdi-
ctio eiusdem domini Regis in subiectos vniuersaliter
manet, sed tamen est quoad exercitium ex prohibi-
tione inter aliquas personas coarctata, vel obdormi-
ta, vt supra abundè diximus, non potest enim vi-
dua eligere Iudicem alias incompetentem reo, sed qui
fundamentaliter in eum iurisdictione careat, vt quia
à diuerso Principe dependens, iuxta terminos *dict. ca-
pitul. ex tenore*, secus si Iudex electus eodem deriuans
fonte vniuersali vtitur iurisdictione, quæ quoad ali-
quas personas restricta reperiatur, nam eligi poterit,
vt in specie ad dictam *Isern. & Afflict.* doctrinam de-
clarat punctualiter *Pres. de Franch. decis. 601 num. 15. &
duobus sequentibus*.

72 Insuper in casu *dict. capitul. vidua* potest Ecclesiasti-
cus Iudicem eligere in vno tantum casu denegatæ iu-
stitiæ à sæculari, vndè si recta via ad eum recurrat,
iure non poterit, & sic rectè procedet decisio illius
textus, cùm extra casum iurisdictionis eligat Iudicem
penitus incompetentem, longè tamen distans erit ca-
sus, in quo vidua Principem eligit, quem pro com-
petenti, ac peculiari iudice vniuersaliter determi-
natum habet, non in vno casu tantùm denegatæ iu-
stitiæ.

Affert postea ad idem probandum, quæ *not. gloss. in
versicul. certo in dict. cap. 1.* ibi *quia certus iudex datus est*,
quæ *gloss.* soluit contrarium *de c. ad hac de rescr.* vbi
73 vnus, vel plures Iudices incerti ex priuilegio nulliter
intelliguntur concessi, secus tamen dicit *gloss.* quando
certus Iudex datur, ex quo inferre vult *Afflict.* quod
74 quando reus sub vno certo tantùm Iudice debet con-
ueniri iniustum esset si à vidua, vel miserabili posset
trahi coram alio iudice, cùm validè sit ei concessum,
quod sub vno solum Iudice possit conueniri *ex notat. per
gloss. citat.* sed *vir* alioqui *eruditissimus*, in hoc non
aduertit casum *text. in dict. capitul. 1.* nec *ibi notata*,
75 quæ in specie determinant contrarium, in eo etenim
text. ponitur casus expressus, quod is qui habet exemp-
tionem, vel priuilegium, vt non possit conueniri, ni-
si sub vno Iudice, poterit tamen coram alio cognosci,
vel ratione rei sitæ, vel delicti, vel contractus, & ex
hoc in puncto infert *ibi in versicul. & id ipsum*, *quem
pro §.* legit *Dominicus de Sancto Gemin. in princip. &
Philippus Francus numero* 1. quod priuilegium, quod
76 quis sub vno certo Iudice conueniatur recipit easdem
limitationes, ac si esset ius commune in materia super
qua disponit, & proindè cum relicto proprio iuris
communis Iudice reus ad Curiam Principis miserabili
trahente venire cogatur, idem relicto priuilegij Iu-
dice est dicendum *ex illo text.* & casum in specie po-
suerunt *Dominicus numer. 3. Io: Andr. numer. 3. versic.
quid si actor. Anchar. numer. 8. versicul. quarto quæro, &
Philipp. Francus numer.* 3. qui dicunt quid si actor, qui
habet priuilegium trahendi reum coram tali Iudice,
an possit trahere reum sic priuilegiatum, qui non po-
test conueniri, nisi sub suo certo Iudice, & distin-
guunt, licèt eorum distinctionem minùs perfectè
Afflict. referat concludentes, quod quando iudices
competunt ex priuilegio electio sit actoris, & sic quod
reum trahere possit, ita quod ex eorum dictis, & ex
casu *dict. capitul.* 1. certum sit quod reus, qui debet
conueniri sub certo iudice ex dispositis à iure commu-
ni potest trahi coram alio, cum tale priuilegium respi-
ciat declarationes à iure communi, vt *Gemin. & Fran-
cus* in specie notant.

77 Ex quo cessat illud, quod sub oscurè *Afflict.* di-
cere volebat quod iniustitia videtur fieri reo, qui
sub vno tantùm Iudice debet conueniri si sub alio
conueniatur, quia illud priuilegium certi iudicis de-
claratur, & limitatur ex causis expressis in iure com-
muni, inter quas præcipua est, vt trahantur con-
uenti ad instantiam miserabilium coram Principe, *vt in
d. l. vnica*.

78 Et eundem casum determinauit *gloss.* ad hoc singu-
laris *in Rubr. d. l. vnica, Cod. quando Imperat.* vbi con-
cludit, quod *d. l. vnica* est exceptio etiam contra illum,
qui debet conueniri coram extraordinario Iudice ra-
tione priuilegij, cuius quippè verba decidendo casum
destruunt id quod *Afflict.* in Curiali ratione priuilegij,
79 vt coram Illust. Magno Senescalco conueniatur dedu-
cit, & quod *moderniores* iactant ex priuilegio concesso
Admiratiæ ratione exercitij, & ne distrahantur, qui vi-
uunt de Arte Maris.

80 Et licet *ex addit. de Bottis in d. Constitut. Statuimus*,

atter-

afferri possit pluries per Sacrum Consilium fuisse cau-
sas remissas non obstante electione fori facta per vi-
duas ad Consules Artis Serici, qui habent eamdem
81 iurisdictionem priuatiuè, prout Curia Admiratiæ, *vt
in ead. dec. de Franch. 722. num. 24.*
82 Omisso quod loquitur in casibus, in quibus etiam
dabatur appellatio à dictis Consulibus ad S. C. & sic
ratio superioritatis in contrarium considerata ces-
sat.
Prætermisso etiam quod in his non fuit articulus for-
tè discussus, sed obiter tractatum.
83 Item quod decisiones illæ potuerunt oriri ex facto,
quod solet communiter accidere scilicet, quod vi-
duæ illæ forum eligentes fuissent conuentæ, vel egis-
sent super rebus mercantiam tangentibus, & ipsæ es-
sent eiusdem Artis Serici, tunc enim viduam non
gaudere priuilegio electionis fori, nec reum trahere
posse coram alio Iudice quam Consulibus Artis, vel
Collegii, & iudicibus eorum, ita certum est ex iis,
quæ tradit, *Azenedus in l. 8. & 9. titul. 3. lib. 4. sub
num. 9.*
84 Vt neque si collega sit clericus adhuc in rebus mer-
cantiæ possit declinare forum collegii, secundum
*Gregor. Lopez in l. 1. tit. 4. part. 3. & Mexiam ad
pragm. taxa panis conclusion. 5. num. 25.* quia clerici,
secundum *Bald. & in gloss. cit. per Azeuedum loco cit.*
85 non sunt puri clerici, qui negotiationibus se immis-
cent, & Clerici negotiatores quantum pertinet ad ne-
gotiationem, iure communi laicorum vti debent *l. 2.
C. de Episc. & cleric.* & hac de causa de negotiatione
clerici apud Hispanos soluunt gabellam *ex lib. 7. tit.
18. lib. 9. noua recopil.*
Quocumque tamen modò in veritate se habuerint
87 decisiones illæ reperio ego decisum secundum hanc,
quam tueor, opinionem in causa vnius de collegio
qui non fuit remissus, ad Sacrum Consilium euoca-
88 tus ex priuilegio pupilli, & tamen constat Almum
Collegium habere iurisdictionem priuatiuè, sicut Cu-
ria Admiratiæ, vt *in decis. Afflict. 41.* & in eo casu *D.
Hieronymus Seuerinus Præs. Sacri Consil.* erat de Colle-
gio, & tamen fuit prouisum, & decisum quod debe-
ret procedi in S. C. vt refert *de Franch. decis. 234. nu.
4.* qui in alio casu Monasterij Sanctæ Claræ idem *ibi*
decisum refert.
Ita quod satis liquet ex his decisiones vario obser-
uatas, & pro nostra sententia melioribus fulciti ra-
tionibus, & si quandoque contrarium fuit decisum,
eo forsan moti fuerunt sydere Consiliarij, quo in alia
pro eadem Curia in alio iuris puncto relata *per Fab.
de Anna consil. 107. part. 2.* cuius extat decisio *D. de
Franc. 722.*
89 Nec dicatur cessare electionem à Curia Admiratiæ,
90 quod eius Tribunal existat in Ciuitate in qua residet
Princeps, vt inde deficere videatur maximum requi-
situm perhorrescentiæ, qui præsentia Principis ex-
cludat timorem, *vt ex l. 1. C. de his qui per met. iud.
non appellat.* not. *Reg. Rouitus cons. 88. num. 4. lib. 1.
Staibanus cons. 74. num. 13. Illustriss. Episc. Ricc. de-
cis. 84. part. 3. Restaurus Castal. de Imperat. quæstion.
110. versic. 185. & alij*, de quibus apud *Consil. Mer-
91 lin. controuers. 100. num. 3.* quandoquidem *tex. d. l. 1.*
loquitur de eodem Tribunali, seu Curia in eodem lo-
co, & eadem iurisdictione, in quo assistat saltim per
Vicarium Princeps ex his, namque à M. C. non dari
variationem ad S. C. dicit *Staibanus cons. 84. num. 13.*
& ita est casus *Reg. Rouit. loc. cit.* & relatus *à Consil.
92 Merlin. d. num. 3.* ex decisione Collat. Consil. in cau-
sa Franc. Monsolini, cum Lucretia Dattola die 13. Iu-
lii 1634. cum à Magna Curia vidua variasset ad Sa-
crum Consilium, sed Tribunal Admiratiæ regitur ve-
luti per Baronem, & ideò quid mirum si tamquam
à Curia Baronis eligatur forus Magnæ Curiæ Vicarii
vel S. C.
93 Item in casu *D. Roueti cit. cons. 88. num. 4.* fuit facta
variatio ad Sacr. Cam. per Ecclesiam, & ibi causa re-
mansit, nec remissa, fuit decidenda per Magnæ Cur. &
Pars II.

potuit Sac. Cam. moueri in decisione causæ ex articu-
lo variationis, dum *Rouitus*, qui in fine *cons. 89.* ponit
decisionem non tradit causam decisionis, eo quod tunc
vti aduocatus à votis abesse cogebatur, & potuit id de
facili contingere quia nunc excitatus articulus de per-
horrescentia in Ciuitate, in qua adest Princeps non
ita contemnendus erat, vt non haberet *Andream*,
94 qui loco centum interpretum habendus *in Constitut.
Statuimus*. dicit vt & aduertit *Vrsill. ad Afflict. decis.*
95 257. competere electionem fori priuilegiatis etiam
existente Rege in loco, quia nihilo minus possunt eli-
gere Iudicem inferiorem etiam in faciem ipsius Re-
gis, vndè cauendum erit *à Francisco de Petris consil.
13. num. 9.* cum ait quod variatio non datur à Iudice
superiori, & sic à Magna Curia ad Baronales, nam
falsum id est omninò, si simpliciter (prout ipse facit)
asseratur, & absque distinctione fraudis, *ad trad. per nos
supra sub num. 49. ex Vinc. de Franch. Mus. & Ma-
strillo*, qui sic iudicatum pluries refert, & verè adest in
hoc praxis semper inconcussa in Mag. Cur. & Sacr.
Cam. nostro ex solo miserabilium priuilegio, quod in
variatione, non solum innititur, vt ipse credit, in per-
horrescentia, cuius ratio, nec proponi, neque exa-
minari solet in variationibus, sed etiam in commodi-
tate litigandi, quam habent miserabiles in proprio
domicilio, cum abest timor aduersariorum, nec te
moueat tumida illa consideratio ex superioritate, aut
sanctitate Tribunalis Magn. Cur. in qua tanta exer-
ceatur iustitia, aut decisio Sacr. Cam. quam refert *in
fine consilij*, nam & consideratio rem non restringit, &
decisio illa non exiit ex his terminis, sed quia virgines,
quæ variauerant in casu consilij sui erant hæredes An-
næ de Paulo viduæ, quæ elegerat in forum Mag. Cu-
riam vti viduæ, vndè succedebat regula *leg. hæres absens
D. de Iudic.* vbi dicitur, quod & de *Petris* notat *ibi in
fine*, hæredem debere conueniri vbi forus defunctus
debuit; nec potest forum declinare, aut alium elige-
re, estque traditio hæc vulgaris, *apud Valasc. consult.
136. num. 10. Vinc. de Franch. decis. 234.* latissimè *Ca-
still. libr. 3. controuers. 25. à num. 45. & propriè num.
47.* quia priuilegiatus hæres quocunque priuilegio po-
tiatur sequitur forum defuncti quoad litem cœptam,
vel contrahenda *Paul. Castr. cons. 8. ista bona paterna,
num. 2. vers. item non obstat, lib. 1. Tuscus practic. lit. H.
num. 2.* etiam si hæres clericus sit, quia tenebitur litem
coram Iudice seculari cœptam à suo defuncto apud
eundem Iudicem prosequi, licet quoad non cœptam sit
vocandus coram suo Iudice Ecclesiastico, *Couarr. pra-
ctic. cap. 8. per tot. Surd. cons. 222. lib. 2. & decis. 110.
Gratian. discept. 16. num. 31. & seq. Menoch. Olanus,
Villalobos, Auiles, Parlador. Auendanus. Gregor. Lo-
pez, & Didacus Perez*, quos refert, & sequitur *Hiero-
nym. Zanallos pract. comm. contra comm. quæst. 36. præ-
sertim, num. 13.*
96 Præsertim cum *Andreæ* opinio probetur ex diutur-
nissima experientia, quæ si attendatur oportet, quod
motiuum excidat, ita vt afferri amplius nequeat, ni-
mirùm quia cum eadem legis prouisione pendeat
lectio, & variatio fori *ad text. in lege cum qui
certarum, in fine, D. de verbor. obligatio. Afflict. in
Constitut. Statuimus, quæst. decimatertia*, quod pen-
det vnica ex dispositione diuersam pati determi-
nationem non valeat, variatio vero fiat à Magna
Curia ad Tribunalia inferiora etiam fisco reluctan-
te quoties priuilegiatis videtur, vt dixi *num. 49.*
& certum est nunquam fuisse viduas impeditas, eò
quod in Ciuitate metus iustus non cadat ex assistentia
Excellentissimi Proregis, ergo eodem modo non debet
impediri electio.
97 Probatur item conclusio per abducta *per doctiss.
Nouarium in tractat. de election. & var. fori, quæst. 3.
num. 32. & de priuil. miserab. person. priuileg. 135.*
quod perhorrescentia, quæ requiritur ex *Constit. Re-
gni* ad fori electionem, & sine qua electio fori non
98 datur *de Franchis decis. 257. num. 5.* nec iusta sit opor-
tet, nec alia indiget probatione quàm quæ per iura-

ad fori electionem, & fine qua electio fori non datur
98 *de Franchis decis.257.num.5.* nec iusta sit oportet, nec
alia indiget probatione quam quæ per iuramentum fiat
eius, qui eligendo iuret perhorrescere, vt hinc cum
text.in l.1. Cod.de his qui per met.iudic.& Doctores citati
excludant iustitiam metus in Curia Principis, & ex
iusto metu non ex iniusto soleat concedi restitutio ad-
99 uersus appellationem non propositam, aut non prose-
quutam, ex *text.in d.leg.1. cum seq.* à contrario sensu
ex ratione legis, vt nunc neothericos omittamus,
nihil est, quod *textus ille citatus* afferri possit ad in-
tellectum *Constitut.Statuimus*, quæ non distinguit iu-
stum metum ab iniusto, & est intelligenda quominus
lædat *text.in l.vnica C.quando Imperat.* in eo quo cor-
rigit, præsertim contra miserabiles personas quarum
priuilegium est, vt semper pro ijs facienda sit inter-
pretatio.

Sed & id probatur ex absurdo, quod oriretur in
detrimentum miserabilium in Regno, & per Prouin-
cias, in quibus cum degant subditi Admiratiæ quo-
tidiè vexant miserabiles litibus quas omnino desere-
re cōgerentur si coram Iustitiariis, & præsidibus Pro-
uinciarum, qui sunt loco Magnæ Curiæ Vicariæ, ex
dictis *num.24.* forum eligere prohiberentur, iuxta con-
trariam sententiam pro Curia Admiratiæ in qua sit,
vel ne iusta causa timoris nunc non tango, sufficiat
considerasse, quod si potentes in Curia illa non es-
sent, qui viuunt de Arte Maris, & patentes Admi-
rati, vt aiunt, procurant non affectarent remissiones
100 causarum ad eius officiales, quorum semper, vt &
omnium delegatorum, & Iudicum particularium su-
spectum centendum iudicium est, maximè contra
miserabiles, ad tradita per *Castill.lib.3.contr.25.nu.41.*
in fine, Deus faxit quod mentiar.

Io.Iac.Anichinus.

APPEN-

APPENDIX

Ad quæst. XIV. Sectionis I. Tractatus huius Secundæ Partis.

SVMMARIVM.

1 *Dohana Apulea tanquam corpus principale plura sub se continet, quæ describuntur, & in quo illius Tribunalis forma, & institutum consistant.*
2 *Tribunal Dohana habet iurisdictionem priuatiuam quoad Barones in certis temporibus.*
3 *Dohana menepecudum vnde dicta.*
4 *Magister Actorum est necessarius ad iustitiam expediendam.*
5 *Magister actorum est principalis in Dohana Foggia residens.*
6 *Cauallarij ordinarij, & extraordinarij defensores pro locatis deputantur cum eorum scribis.*
7 *Dohana iurisdictio in toto Regno, sed diuerso modo exercetur.*
8 *Actorum magister eiusdem Dohanæ alius deputatur in Ciuitate Aquilea, Aprutij Vltra, vbi Dohanerius per suum Vicarium iurisdictionem exercet.*
9 *Dohana Apulea appellatione vniuersa dohana continetur.*
10 *Membra sunt regulanda à capite.*
11 *Appellatio a Locumtenente Aprutij ad Dohanerium Foggiæ residentem datur.*
Appellatio interponi consueta symbolum est relationis superioritatis, & dependentiæ ibid.
12 *Iurisdictio dohanæ est vnica.*
13 *Sacrum consilium, & Regia Camera qualiter sint loco vnius Tribunalis, sed diuersas habent actuarias.*

QVatenus hic de Dohana Menepecudum Apuleæ verba fecimus, pro coronide hic referro adducta *per Galeot. controuers. 23. num. 16. lib. 1.* occasione decisionis articuli, vt concessio Actuariæ Menepecudum Apuleæ comprehendat etiam prouentus Actuariæ Dohanellæ Ciuitatis Aquilæ, subordinatæ dictæ Dohanæ Apuleæ, & rectè per eundem Dohanerium, & habitæ tamquam vnicum corpus dictæ Dohanæ maioris illorum autem tenor est, vt infra.

1 Dohana tamquam corpus principale plura sub se continet scilicet iurisdictionem in omnes locatos possidentes animalia, quæ sub Regia fide continentur in viginti tres locationes herbagiorum pro ipsorum pastu distributa quippe, qui in æstate relicta Apuleæ, & ipsius siccitate quasi pluuia, & aquis depascunt greges in montibus Aprutii herbosis, & frigidis, & in Autumno in Apuliam reuertuntur per loca, & vias, quos passus, & Regios tracturos vocant, vbi propè parantur pascua, quæ vulgò appellantur *Ristori*, adeò vt isthe conuentus, & assiduus fluxus, & refluxus statutis temporibus per certa destinata loco sub certis regulis capitulis, & priuilegiis pro conseruatione, & augumento animalium, & successiuè commodo, siuè compendio locatorum, & consequenter Regiæ Curiæ, quæ ex augmento vberiores percipit fructus cum iurisdictione priuatiua quoad omnes etiam Barones infeudatos in certis casibus omnimoda, & interdum li-
2 mitata etiam certis temporibus, quæ exercetur per Dohanerium, dohanæ ipsius Rectorem, & Præpositum, cum suo Auditore, & duobus assistentibus Officialibus perpetuis, quos Credenzerius vocant, qui velut Fiscales iura illius patrimonii tuentur, & generali locationi, siuè herbarum distributioni, quæ fit Mense Nouembris vnius cuiusque anni præsunt aliorumque negotiorum quæ inter locatos, & Fiscum occurrunt satagunt vltra Perceptorem, siuè Casserium, & alios inferiores ministros cum suis districtis, & rectè distributis ministeriis, ex quo commeatu per annorum curricula statuto creditur processisse illud adiunctum
3 Dohanæ nomen (nempè pecudum) sicut ipsamet dohana nuncupantur pecudes cum custodibus, & pastoribus dum in ipsius legibus, & instructionibus sæpissimè legitur *Doue la Doana camina passa, & dimora*, & quia ad iustitiam expediendam necessarius est actorum
4 Notarius iuxta tradita *per Iser. quæ sunt Regalia in ver-*
5 *bo potestas constituendorum Magistratuum*, vnus, & principalis est actorum Notarius dohanæ residens Foggiæ Secretarii nomine cohonestatus, vbi caput Dohanæ residet Dohanerius, sub quo continentur plerique substituti actuarii, & Scribæ residentes apud Cauallarios ordinarios, & extraordinarios, qui Iudices siuè defensores deputantur pro locatis, nedum in Prouincia Capitanate, cuius vna est Metropolis Dohana Foggiæ,
6 sed in Prouinciis Barij, Hydrunti, Comitatus Molisij, & etiam Basilicatæ, vbi per suum locumtenentem Dohanerius, & per substitutum Actorum Magist. hic emolumenta, & reditus Actuariæ ille verò iurisdictionem exercet etiam in toto Regno, alter verò deputatur A-
7 ctorum Magister in Ciuitate Aquilæ, vbi idem Dohanerius vniuersæ Dohanæ Præses, & Rector, cum non valeat de persona vtrobique interesse ob loci distantiam, & negotiorum multitudinem per suum Vices gerentem iurisdictionem exercet: quod si Dohanæ Apuleæ appellatione integra, & vniuersa dohanæ iurisdictio apud omnes, & singulos contineatur vnione vera reali, & necessaria integralis corporis, & destinatione Regis patrisfamilias, & domini, qui ita dohanam erexit denominauit, & gubernari mandauit per ipsos dohanæ Rectores, Aprutium cum Apulea vti capite ab initio erectionis coniungens, & vniens, cur diuersæ sit statuendum quoad reditus, & prouentus actuariæ non videbatur recta ratione suaderi.

8 Quinimò sicut concessa, vel denominata dohana vniuersum corpus quoad iurisdictionem, & gubernium contineri nemo negabit, sic pariter concessis reditibus actuariæ qui fructus sunt, & prouentus ipsius iurisdictionis, & ab ipsa procedunt, & fluunt necessario di-
10 cendum est comprehendi tum ex regula quod accessorium

rium, & membra fint regulanda à capite *Dec. conf. 389. num. 2.* cum ratione pari formis, & æqualis determinationis respicientis plura determinabilia.

11 Accedit etiam quod à locumtenente Aprutii appellatur ad ipsum Dohanæ Præsidem Dohanerium Foggiæ residentem, ex quo etiam relatio superioritatis conuexionis dependentiæ euidenter ostenditur per ea quæ dicit *Bar. in leg. cum apud. ff. iudic. solut. col. fin. in fin. in vlt. q.* vbi distinguit *& Franch. decis. 601. num. 12. & 13.* Quibus stantibus ad motiua, quæ pro parte Regij Fisci fuerunt in discussione controuersiæ considerata dicebatur posse responderi, quatenus etiam primò arguebatur, quod licet iurisdictio Dohanæ sit vnica nihilominus
12 Actuariatus erant diuersi, & omninò officia distincta, & ideò sub concessione redituum, & prouentuum officij Actorum Magistri Menepecudum non continebantur redditus Dohanellæ Aprutii, quia separatè locantur sicut etiam in Prouinciis creantur quidam qui Cauallarii vocantur inferiores iudices in causis locatorum cum eorum verbis, nec sequi consequentiam; Dohana est eadem, ergo idem in Actuaria, quæ diuersa est
13 cum diuersis locetur sicut in simili, licet Sacrum Consilium, & Regia Camera sint loco vnius Tribunalis in eadem Ciuitate sub eodem Rege, & vnum corpus de per se, diuersa tamen vnum quodque ex dictis Tribunalibus habet scriptorias, & officia Actuariorum separata, & distincta.

Et ex his ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, eiusque Beatissimæ Mariæ Virg. & SS. Antonii de Padua, Franciscique de Paula Patronorum, & Protectorum meorum sic impositus finis huic Tertiæ Sectioni, & posteriori toto Tractatui de Electione, & Variatione Fori, quem quidem Tractatum, & singula quæcumq; à me alias scripta, & forsitam scribenda correctioni S. Matris Ecclesiæ submitto, cui in omnibus me subiicio, quia ex nunc detestor, si quid dissonum fortasse fuerit (quod non credo) pro non scripto, nec dicto haberi volo. Non mihi Domine, Non mihi, sed nomini tuo da gloriam.

SE-

SERIES
ARGVMENTORVM RESOLVTIONVM, ET DECISIONVM,
De quibus huius in Operis fine.

Taliter dispofita, vt litt. P. paginam, litt. C. columnam significet.

DE-

S E R I E S.

Finis Decisionum in materia Electionis Fori.

IO. MARIÆ NOVARII I. C. LVCANI

De Electione, & Variatione Fori Decisiones diuersorum Orbis Tribunalium,

Quæ in Prima, & Secunda Parte eiusdem Materiæ Tractatus deductæ fuere.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegiatæ personæ vt pupilli, & viduæ possunt non nunquam ordinarium declinare forum, & per viam querela venire ad Imperatorem.*
2 *Priuilegia miserabilibus personis concessa abrogata an sint.*
3 *Quæ censeantur esse miserabiles personæ, & num. 6.*
4 *Priuilegium l. vn. C. quan. Imper. an extendatur ad eos qui propria culpa ad paupertatem deuenerunt.*
5 *Viduæ diuites, luxuriosè viuentes priuilegio an l. vnica, fruantur.*
7 *Priuilegiatum contra æquè priuilegiatum non vti priuilegio quando fallat.*
8 *Quamdiu Iudicibus tribuatur cognitio de militaribus delictis.*

ARGVMENTVM.

Quæ censeantur esse miserabiles personæ, & an gaudeant priuilegio fori etiam si propria culpa tales euaserint.

DECISIO I.

Ex Christineo decis. Curiæ Belgicæ 166. vol. 2.

QVia supra dictum est de iurisdictione omnium iudicum, & quemadmodum actor debeat sequi forum rei; nunc hoc; *Titulo*, quia personæ quædam priuilegiatæ, quæ vocantur miserabiles non nunquam conuentæ declinare possunt forum ordinarium, & per viam querelæ venire ad Imperatorem: id quæ ante litis contestationem. Non autem post: vt latius dixi *volum.* 1. & tradit Dom. *Bernard. Automne hoc titul.* 13. *ad leg. nemo* 4. vel etiam personæ illæ actrices nulla ratione habita fori ordinarii, possint aliquem ad principem vocare, Ideò de illo priuilegio miserabilibus personis concesso tractauit hoc *Titulo* Imperator; Et quia Optimus Imperator ad se auocat causas pupillorum viduarum, & in genere miserabilium personarum, idcircò videmus ipsos Imperatores esse speciales protectores earundem personarum sic quod in casu quo istis non administraretur iustitia per Iudicem, sæcularem fortasse propter contemptum, vel inopiam, tunc possent in supplementum Iustitię ad ministrandę vocare suos aduersarios ad Pontificem, hoc est Iudicem Ecclesiasticum.

Priuilegia verò hoc *Titulo* contenta, an vsu abrogata sint, sæpè in dubium vocatum fuit, cum *Andrea Gayl. lib. 1. pract. obseruat. 1. num. 40.* sed hoc in Camera dicat ea non obseruari, quia ipsimet Principes, & status Imperii in causis viduarum, & pupillorum cognoscunt, & ideò omisso medio viduis, & pupillis non decernuntur processus in Camera, nisi in casu denegatæ, vel protractæ iustitiæ in hac namque Curia vidi eius contrarium aliquando seruari, & dare viduis, & miserabilibus personis omisso medio litteras citationis in eadem. Et sic regula illa, qua traditur actorem sequi forum rei, fallere videtur in personis miserabilibus pupillis scilicet, viduis aliisque à *Menoch. de arbitr. iud. cas. 66.* recensitis etiam in furioso qui, & ipse inter mi-
3 serabilis reputatur, *teste Marco Antonio de Amato* Rotæ Prouinciæ Marchiæ *decis. vltima*, per totam vbi testatur ita receptum fuisse in facti contingentia, & plures alios quoque inter miserabiles personas recensuerunt *Anton. Thesaur. decis. Pedemontan. 77. numer. 5. Ioseph. Mascard de probat. conclus.* 8064. *per tot. & Vinius decis. Neapolit. 5. 21. Afflict. decis. 257. Couarr. lib. pract. q. 7. Guid. Pap. quæst. 565.* & ibi *Additio, & Rebuff. ad Constitut. reg. to. 1. tractat. de sentent. prouis. art. 3. gloss. vltim. nu. 2. & sequent.*

4 An autem illud priuilegium *leg. vnic.* hoc titulo competat tantum pauperibus, viduis, & pupillis non autem diuitibus, vel etiam miserabilibus personis, quæ propria culpa, luxu, & similibus ad paupertatem deuenerunt, inter Doctores controuersum est, & pro illius decisiones habemus *Couarr. practicar. quæst. cap. 6. num. 2. vers. secundus*, sub sequitur, *& Natt. consilio 59. & Anton.*

ron. Thesaur. decis. Pedemont. numer. 177. num. 3. vbi asserunt in terminis decisiuis viduam etiam diuitem beneficio, *d.l.* perfrui, subdens idem *Thesaur.* ita in eodem Concilio Pedemontano iudicatum fuisse, quod etiam indistinctè seruari, & iudicari in Concilio Neapolitano asserit *de Franch.decis.100.num.19.* & pro confirmatione illius inter alios allegat *Gayl. in dict. obseru. 1. num.90.* & de illa obseruantia iudicandi tradit quoque *Viu.decis.Neapolitana 459. num.12.* vbi etiam dicit, quod sic sæpius in Regia Audientia Barensi iudicatum fuerit, *& decision.521. num.7.* idem testatur, & ita quoque iudicatum fuisse in Rota Romana refert *Viu. dict.decis.521.num.12. vers.& ita* secundum eam in eius comprobatione adferens magnum *Authorum* cumulum Contrarium verò, quod pauperi viduæ, hoc beneficium indulgeatur non diuiti, nec luxuriose viuenti videntur tradere, & velle post *Imol.spe ulat.Iason. Mascard.de probat.conclus.1064. num.3. & Marant. distinct. 9.num.195. & Roland.a Valle cons. 20.vol.2. & Viu.decis. 521.num.7.&* 8.

Idcircò pro conciliationis federe existimant nonnulli contrarietatem hanc esse sopiendam, vt prior sententia, quod fori priuilegium procedat, quoad propositum nostrum non autem, quoad cætera miserabilibus personis indulta priuilegia, vti tradunt *de Franch.dicta decis.100.numer.20. Menoch.de arbitris iudic. casu 66.numer.4. & Rebuff.& tract.de sent.prouis.articul.3.glos.vltim.* enumerat inter miserabiles personas de quibus hic peregrinos senes decrepitos quantumuis diuites cæcos, ac mutilos carcere clausos item, & de nouo conuersos ad fidem diuturnoque morbo fatigatos eruditè verò, vt omnia Cuiac. in parata miserabiles personas à miseris distinguit miser enim semper dicitur in malo *D.Bernard. Antonin.titul.14. in sua conferent.* dicit tamen, hunc titulum contraria consuetudine sublatum esse, & *Azor.Ioann.Fabr. & Bartolom. ad legem vnic. hoc titulo* censent omnes viduas, & pupillos etiam diuites inter miserabiles referendos eiusdem etiam opinionis *Rebuff. & Quenois ad Imbert.lib.1.cap.63.* referentes sic iudicatum fuisse non vti priuilegio contra æquè priuilegiatum id tamen fallere censet *Anton. Faber. in suo Codic.hoc titulo*, ex causa *leg.verum, §.vltim.ff.de minor.l. vnic.ff. ex quibus causis maior*, ac proinde dicto loco idem *Faber.* tradit viduam dotem repetentem habere priuilegium sui Iudicis etiam si contra pupillum agat de militaribus autem delictis tribuitur cognitio Ducibus quamdiu in expeditione sunt *l.1.Codic.de offic. Magistr. milit.l.officium,ff.de re milit.& Authent.Neq; milit.neque Feder.cat.8.* Automne ensa confer. *hoc.tit.* Sed melior, vti ibidem subdit *Constitutio Henrici Regis anno* 1553. totam cognitionem militaribus officiis de militibus ademit nisi quidem legatis, & locum tenentibus regiis ideoq;nec præfectis arcium quos Capitaneos vocant permisit ministrorum suorum correctionem teste eodem, *& D. Argent.tit.des Iustic.arrest.4.*

SVMMARIVM.

1 *Deus est particularis protector viduæ,& pupilli.*
2 *Persona priuilegiata, quæ sint, & nu.3.& 4.*
5 *Iudicis arbitrium debet versari in cognoscendis personis miserabilibus.*
6 *Priuilegia miserabilium personarum, quæ sint remissiue.*
7 *Priuilegiatus contra priuilegiatum quando agere valet.*
8 *Par in parem non habet imperium.*
9 *Viduæ, & pupilli diuites, an numerentur inter personas miserabiles, & nu.10.& 12.*
11 *Priuilegium cessat illius causa cessante.*
13 *Paupertas, & diuitiæ relinquuntur arbitrio Iudicis.*

ARGVMENTVM.

Miserabiles qualiter commendentur, & quænam sint tales. Et num pupilli, & viduæ diuites, & potentes annumerentur inter istas.

DECISIO II.

Ex linglois decis. 9. quæst. 2. à numer.10. vsque ad 14.

1 DIxit Dominus Exodi *Capit.22. Viduæ pupillo, non nocebitis si leseritis eos, vociferabuntur ad me,& ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus percutiamque, vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli*; hic tibi attende Iudex, & adde *Ecclesiastic. capit.4.* in illis verbis: *in iudicando esto pupillis misericors, vt pater, vt pro viro matri illorum, &c.*

De his omnibus personis tractat, *Rebuff.de sentent.*
2 *prouis.art.3 glos.fin.* sunt autem hæ secundum ipsum,
pupilli viduæ honestè viuentes, nuptæ: cuius viri
sunt inutiles, puta quia detinentur morbo, vel quia
militant, & nihil ipsis pro sunt ex sua militia, vel iam
diu ab sunt, vel sunt banniti, vel furiosis, aut mente
3 capti, qui absentium loco sunt, *l.sed si vnius 17. §.ait
prætor de iniuriis.* Orphani peregrini, Aduenæ puellæ
Nobiles quæ secundum conditionem suam nubere non possunt, mercatores, cum grauantur in vectigalibus, & pedagiis, publicæ pœnitentes, liberti Ecclesiæ, manumissi, qui commendantur Ecclesiæ, & ad eam refugiunt Officiales Ecclesiæ, & alii seruientes, si gratis seruiant, & sint pauperes, infantes expositi, senes decrepiti, Cæci membris mutilati leprosi debilitati, carcerati, cruce signati de nouo conuersi ad fidem nostram Catholicam, diuturno morbo fatigati, de his etiam *text. est notab.in lege vnic. Codic.quando Imperator inter pupill.& vid. vel alias miserabil.person. cognoscat.*
4 Adde Cordigeros, & Cordigeras nihil possidentes in
communi, vt notat *Prudent.a Sanct. Maur.in sua Prax. Iud.lib.1.tit.6.* sunt enim verè miserabiles respectu bonorum temporalium.
5 Cœteræ miserabiles personæ arbitrio Iudicis relin-
6 quuntur *ex dict.leg.vnic.* quarum omnium sexdecim
priuilegia ponit idem *Rebuff. loc.supr.cit.* quæ valere in-
7 telligo etiam contra pariter priuilegiatas personas si
agatur de damno vitando secus si de lucro ageretur argumento à contrario sensu *Panormit.in cap. super spolia-*
8 *tione extr.de ordin.cognit.* neque enim par in parem ha-
bet imperium *l.digna vox C.de legibus, & l.nam Magistratus, ff.de recept.arbitr.*
Sed non assentior *Alex. in cons.121. in fin. vol.primo,*
9 *nec Rober.Marant.in suo specul.part.4. dist.6. num.79.* as-
serentibus viduas, & pupillos si sint diuites non annumerari inter personas miserabiles non enim distinguitur *in dict.cap.20.Exodi*, quia si viduæ, & pupilli essent pauperes tunc duplici commiseratione digni reputarentur tanquam duplici affecti miseria vnde optimam rationem iudicio meo admittendam profert *And.Gail. obseruat.prima num.40.lib.1.* nempè quod non tàm diuitiæ considerandæ sunt, quam conditio ipsa viduitatis, & pupillaris ætatis ob quam huiusmodi personæ soleat communiter premi *text. in dict.leg.vnic. C.quando Imper.inter pupil.& vid.* eiusdem opinionis est *Prud. à Sancto Maur. in dict. Prax. Iudic.lib.primo, tit.6.numer.12.*

10 De-

10 Declarà nisi essent diuites, & potentes simul, vt per *Specul. in lib. 2. de instrumen. adit. § nunc certo, numer. 62.*
11 quippe cessante causa priuilegii, quæ est metus oppressionis cessat, & ipsum priuilegium, vt latè probat *Tiraquell. in tractat. cessante causa part. prima num. 203.*
12 Declara etiam, vt in materia prouisionis, & alimentorum statim præstandorum priuilegium non procedat si vidua, & pupillus sint diuites cessante causa necessitatis *Tiraq. loc. cit. nu. 179.*
13 Pauperes autem, vel diutes, qui reputari debeant Iudicis arbitrio relinquitur *Bart. in l. si constante nu. 13. & 14. ff. solut. matrim.*

SVMMARIVM.

1 Priuilegium est concessum viduis, vt conuenta forum Principis adire valeant.
Et quid respectu pupillorum, nu. 2.
Sed quid lite contestata num. 3.

ARGVMENTVM.

Viduæ priuilegium habent, vt si conueniantur coram suo Iudice inferiore, possint petere remitti ad Curiam Principis.

DECISIO III.

Ex Christineo decis. Cur. Belgicæ 259. à num. 14. cum seq. vol. 1.

1 VIduæ verò priuilegium habent, quod si conueniantur coram inferiori suo Iudice, vt possint petere causam remitti ad Curiam Principis, ad quem finem impetrare possunt litteras regias, quibus causa euocetur.
2 An autem id ipsum priuilegium competat pupillis, & cæteris miserabilibus personis tractat latè *Couarr. Pract. qu. c. 7. num. vlt. vers. septimo, & Thesaur. decis. 177. ac Rebuff. in tractat. de auocat. caus. ar. nu. 59.* ita quandoque iudicatum, & ordinatum memini, scilicet quod reuocatio eiusmodi causarum fieri possit, etiam in secunda instantia *Thesaur. dicta decis. num. 8. & Couarr. dicto cap. 7.*
3 Hoc autem priuilegium, non potest mulier petere post litem coram suo Iudice contestatam non opposita exceptione declinatoria, nec potest ex capite minoris ætatis restitui aduersus omissionem istius exceptionis, vti aliquando censuit Suprema Curia, vnde de his tradita *in ordinat. Supremæ Cur. tit. Des euocationes: & Papon. lib. 7. tit. 7. arest. 17. 18. & seqq.* & ibidem addit, ac insuper *ar. 27. 29. & 58. & Addit. ibid.*

SVMMARIVM.

1 Forum quis sortitur ratione rei sitæ.
2 Neapolitani reos ad proprium tribunal agendo trahunt.
3 Dummodo non sit omnino incompetens Iudex.
4 Priuilegium frustratorium esse non debet.
5 Etiam in materia restringibili, & odiosa.
6 Potentia quandoque attenditur, vt Iudex competens dicatur.
7 Ciuis verè dicitur, etiam si ex priuilegio efficiatur.
8 Statutum fori priuilegium alicui tribuens potest contra illum retorqueri.

9 Exceptio fori declinatoria, ante omnia opponenda, alioquin frustra obijcitur.
10 Procurator potest domino praiudicare in fori declinatoria.
11 Maxime tacitè, permittendo tempus labi.
12 Actor non tenetur rei forum sequi, quando inibi Iustitia plenè consequi non potest.
13 Mulier virum habens exulem, viduæ priuilegio gaudet.
14 Vidua Iudicem competentem eligere debet.
15 Sufficit tamen quod sit quandoque competens.

ARGVMENTVM.

Regula quod Actor sequatur forum rei non procedi quando in loco consequi iustitia, nequit. Et qualiter coram competenti iudice electio fori facienda sit.

DECISIO IV.

Ex Amat. Cons. decis. 31.

FRustra aduersus actionem intentatam pro parte Illustriss. Marchionissę Orioli, & filiorum remissio ad proprium Iudicem, per Illustriss. Principem Auriæ conuentum petitur: quod quamuis ex in libello expressis clarissimè adeò constet; vt super vacuum in re tam clara immorari apud doctissimos viros videatur: vt tamen Clienti omni auxilio destitutæ, cum potentissimo viro liriganti; morem geram; aliqua dicam.

Fundatur primò, ex decreto præambuli Magnæ Curiæ; vbi comparuit Princeps; petiit, & obtinuit se declarari hæredem Marchionis Finarii; vbi etiam fuit debitoribus hæreditariis dicti quondam Marchionis Finarij de quibus agitur iniunctum, vt ipsi Principi Aurię correspondeant; Ab hoc autem decreto M. C. fuit per Marchionissam, & filios appellatum ad Sacrum Consilium ordinarium Iudicem appellationis; cum non Principi, sed Marchionissæ, & filiis pro exequutione voluntatis testatoris fuissent reditos assignandi, in hoc autem iudicio cum Princeps sit actor: rei forum sequi tenetur *c. fin. de foro compet.*

1 Secundo ratione rei sitæ idem fundatur: cum in hæreditate Marchionis remanserint annui reditus in Regno, super quibus vigore legati competit hypothecaria, vt per *Doct. in l. 1. in fin. ff. de leg. 1.* ideoque ratione rei quis forum sortitur *l. fin. C. vbi in rem actio, cap. sane, & cap. fin. de foro comp. Andr. in c. 1. num. 3. de mil. vasal. contum.* est quod procedit etiamsi non de ipsa re, sed occasione illius ageretur: vt post alios tradit *Dec. cons. 694. num. 13.*

Tertio cum constet D. Constantiam de Sangro Marchionissam Actricem, & filios esse Ciues Neapol. priuilegium habent, vt etiam agendo trahant, & non trahantur: etiam conuentus priuilegio potiatur in corpore iuris clauso, etiamsi de realibi sita ageretur; vt præcipue dispositum extat *inter Capitula Regis Catholic. cap. 53.*

Dicet forsan Aduersarius hoc sanè procedere, vbi Actor Iudicem alioquin competentem reo eligat: quod
3 si omnino incompetens sit, frustra Actor eliget: vt in casu simili post *Adr. tradit Afflict. decis. 257. numer. 3. & quarto, Menoch. in add. ad tractat. de arbitr. iud. lib. 2. casu 66. num. 50.*
4 Huius autem difficultatis facilis videtur resolutio; non enim necesse est; quod Actor propriam eligat

Iudicem rei, in causa illa competentem: in hoc enim
nullum esset Neapolitani priuilegium, cum commu-
4 ni iure veteretur rei forum sequendo, sicque priuile-
gium frustratorium esset, contra *text.in l.1.Cod.de the-
saur.lib.*10.*& in c.si Papa de priuileg.in*6. quod procedit
5 etiamin materia restringibili: vt probat latè *Suarez.in
repetit.l.quoniam in prioribus in declarat. lege Regni, §.6.
queritur numer.7.& fol. 450. & odiosa Dec. consil.626.
num.6.*

Fateor illud requiri, vt Iudex, qui eligitur, possit
quandoque in reum iurisdictionem exercere tunc enim
subditus dicitur *argum.text.in dict.cap.sane de foro com-
pet.& l.fin.in fin. Cod, vbi in rem act,* sufficere enim vi-
6 detur aptitudo, & potentia quandoque conueniendi,
vt in simili tradit *Fulgos. consil.* 101. præsupposito sta-
tuto *in fine versic.præterea statutum, & Ruin. consil.*58.
*num.*4. *versic.sicut etiam dicimus, vol.*3. Constat autem
D.Aduersarium esse huius Regni Tribunalibus subdi-
tum, cum, & burgensatica, & feudalia bona in Re-
gno possideat, immò vt omnis tollatur dubietas est
in facto notandum D.Aduersarium esse Regnicolam
ex eoque feuda in Regno tenet, quod clarissimè dispo-
nitur per capitulum fælicis recordationis Imper. Ca-
roli Quinti, in anno 1550.quod extat inter huius Regni
pragmaticas Sanctiones *subdit de off. prouisione facienda
Regnicolis, §.vlt.in princip.* ibi, & etiam omnes tenentes
Baroniam, vel alia feuda, & omnes qui habitauerint
per annos decem cum vxoribus possidentes bona stabi-
7 lia. Et dicitur verè ciuis, seu Regnicola, etiamsi per
priuilegium efficiatur, cum hoc in iure consistat, iux-
ta doctrinam *Bart.in l.si is qui pro emptore num.*20.*ff.de
vsucap.Roman.consil.*62.*nu.*6.*Dec.cons.*282.*nu.*10.365.*n.*
5.*& cons.seq.nu.*2.*& alibi*.

Quarto fundatur Marchionissæ, & filiorum inten-
tio, ex dispositione statuti Ciuitatis Ianuæ: quo ca-
uetur, posse exterum ad instantiam Ciuis Ianuensis
coram illius Ciuitatis Magistratu conueniri: sic cor-
rigendo *reg.c.fin. de foro compet.* cum similiter disponitur
8 inter statuta Ianuæ *lib.*3.*c.*27. *sub rubr. de contract. inter
Ciues, & exteros* fuit autem pro parte Marchionissæ, &
filiorum huius statuti retorquutio in aduersarium peti-
ta ex æquitate *tit.quod quisq.iuris*, vt tradit punctualiter
*Castr.in l.*1.*§.qui Magistratum nu,*13. *ff. quod quisq; iuris*
inquiens, quod ita de facto seruaretur quicquid in con-
trarium *glos.ibi sentiat.* alioquin numquam fere illius e-
dict. æquitas locum haberet.

Quinto non deest ad huius controuersiæ decisionem
aduersarii consensus, qui in hoc iudicio conuentus,
nihil de Iudicis incompetentia ab initio opposuit, sed
terminum ad denuntiandum, nulla præhabita prote-
9 statione petiit, fuitque sibi concessus: vbi autem ali-
quid à Iudice petitur, tunc in ipsum consentitur, ideo-
que à principio exceptio hæc opponi debet *l.fin.Cod.de
except.Bartol.in leg.quidam consulebat, nu.*6.*ff.de reiudic.*
inquiens debere opponi ab initio, *& in leg.non videtur
la* 2.*ff.de iudic. & Angel.in l.sed & si susceperit in princ.
ff. de iud.* quod cauti aduocati practicant proponere
declinatoriam semper propriam, & protestantur:
quod per aliquem actum: quem faciunt: aut facient
non intendunt in Iudicem consentire: constat autem
10 posse procuratorem Domino præiudicare in exce-
ptione declinatoria, cum non sit donatio *Bart.in l.fin.
fin.in princip.versic.quandoque remittitur exceptio declina-
toria,ff.quæ in fraud.* cum quo transit *Burr.ex in cap. cum
olim il primo circa fin.ff.de offic.delegat.& in cap.*1. *num.*
20. *vt lit.non contestat.* quod non habet dubium, vbi non
11 expressè renunciat, sed tacitè non opponendo in tem-
pore, vt per *Bald.Salyc. & Iacob.in l.pacta curatoris, C.
de pact.*

12 Sexto datur actori fori electio, vbi in propria con-
uenti patria iustitiam facilè consequi non valuit, vt
in proposito facto enim deposito per conuentum in
Ciuitate Ianuæ prætuia Marchionissæ, & filiorum
protestatione offerentium ea ad quæ tenebantur a-
dimplere prout iam adimpleuerint ab anno 1603.
nunquam valuerunt apud illud Tribunal ius consequi,
imo fuit depositum Principi Conuento restitutum:
vndè succedit Doctrina *Angel. in auth. vt Clerici apud
proprios Episcop,num.*1. dicentis licitum esse alium iudi-
cem adire, vbi difficile est competentem iudicem adi-
ri: subdens difficultatem consistere, vbi conuenti iu-
dex non facit plenam iustitiam; quo casu potest adiri
iudex, qui esset alias incompetens: nec tenetur actor
rei forum sequi, ibique de consuetudine hoc seruari te-
statur.

Septimo actrix Aduersarii potentiam pertimescens
in forum elegit *Sacr.Cons.iuxta text.in leg. vnica Codic.*
13 *quando Imper.& in constitut.statuimus, vt magna.* Nec
controuerti potest Marchio istam viduæ priuilegio
gaudere cum licet virum exulem tamen habeat *glos. in
l.vlt.in verb.orbitates per illum text.C.ad l.Flauiam, de
Plagiar.* post alios tradit *Couarr.Practic. quæst.c.*7.*nu.*2.
vers.est. & in hoc & Menoch.in addit.de arbitr.iudic.lib.
2. *casu* 66. *num.*13. Idem si inutilem habeat virum, vt
tradunt præcitat, post *gl.in d.l.fin.*

Nec dicatur electionem competere dummodo eligat
14 iudicem competentem secus si sit omnino incompe-
tens, vt post *Affl. & Carauit.tradit Menoch. loco præ-
cit. num.*50. nam respondemus D.Conuentum esse hu-
ius Regni iurisdictioni subditum, tum ratione rerum
quas possidet *d.cap.fin.de foro compet.* tum etiam quia
vti feudatarius dicitur Regnicola vt supra dictum est:
vnde potest trahi ad extraordinarium Iudicem: cum
in initio actori magis, quam reo iura succurrunt ita
tradit *Andr.in dict.constitut.statuimus vt Magna circa
Medium,ibi leg. quando Imper.* sat enim videtur posse
euenire quod ille conueniri possit *argum. l.quis domum,
§.*1.*ibi quia hoc euenire posse, ff.de locati, & per Fulgos.d.
cons.*101. *in fine*.

Ex his etiam tollitur alia partis exceptio allegantis
litis pendentiam, nam præterquè hoc figuratur cum
ex actis constat non nisi protestationem Marchionissæ,
& filiorum interuenisse ad reum in mora constituen-
dum qui vt hoc euitare fecit depositum certo tamen
tempore duraturum cuius liberationem dum Mar-
chionissa, & filii petiissent adimpletis per eos omni-
bus seruata forma codicillorum decreto etiam Sacr.
Consilii robotatis non valuerunt illud consequi, sed
fuit depositanti restitutum: & tandem dicitur etiam
si iudicium esset alibi cæptum posse actorem alium Iu-
dicem eligere, tum quia non valet ibi iustitiam conse-
qui iuxta *doctr. Ang.in auth.vt Clerici apud prop. Episcop.*
tum etiam ex remedio *l.vnica quando Imper.* quo fit, vt
superuacua sit termini concessio super petita remissio-
ne ideoque decretum D.Causæ Commissarii, vti iustis-
simè prolatum fore confirmandum, & ita fuit decisum
in Banca de Ferrariys,

S V M M A R I V M.

1 *Moniales vidua clara Ciuitatis Eborensis an possint de-
clinare iudicium prætoris Curialis velut quilibet priua-
tus vel tamquam persona miserabiles.*

2 *Quando duos vel plures iudices habet non iure speciali,sed
communi actor potest vnum ex illis eligere ad actionem
illam prosequendam,& nu.*4.

3 *Ordinationes regiæ apud nos ius commune dicuntur.*

5 *Intelligitur reg.l.iuris ordinem c.de iurisdiction. omnium
iudicum.*

6 *Quando reus ex speciali priuilegio plures iudices habet
tunc demum eiusdem rei est electio.*

7 *Si actor eligat vnum ex pluribus iudicibus, quos reus iu-
re communi habet non potest postea variare, nec ad a-
lium redire.*

8 *Moniales cum sit persona miserabiles.*

9 *Arbitrio Iudicis relinquitur, quæ nam sint dicendæ perso-
næ miserabiles.*

*Ecclesia, & Monasteria ex quatuor Ordinibus Men-
dicantium, Sancti Francisci, Diui Dominici, Diui Au-
gustini, & Carmelitarum item, & Moniales cuius-
que*

que Ordinis, & instituti habent priuilegium miserabilium personarum ibidem.

10 *Moniales ratione prædicti priuilegij possunt eligere Iudicem sui domicilij, & ad illum remittenda sunt.*

11 *Personæ miserabiles habent multos Iudices ex priuilegio non iure comm. & illarum est electio.*

12 *Persona miserabilis conuenta ab alia simile priuilegium habente potest eligere Iudicem apud quem actor reum conuenire debet.*

13 *Moniales licet sint diuites non ob id excluduntur à prædicto priuilegio, quod idem dicendum est in viduis nulla facta distinctione.*

14 *Regula prædicta, quod in multis Iudicibus ex priuilegio datis electio sit rei non habet locum, quando fraus, & dolus interuenit.*

15 *Refertur decretum Senatus.*

16 *Exempti conuenti, qui priuilegio miserabilium gaudent non possunt Iudicem eligere, sed actoris est electio.*

ARGVMENTVM.

Miserabiles personę Moniales, num dicantur, & quænam aliæ.

DECISIO V.

Ex Cabedo decis. Rot. Lusitaniæ 54. parti.

CONtingit in Senatu dubitari de verbis *Ord. lib. 2. tit. 1. in principio*, ibi *podem sercitandos perante quaisquer rusticas è iuizos leigos onde forem moradores ou perante ò corregedor da nossa Corte ou sobreuizes circa casum præsentem.*

Quidam N. in iudicium vocauit Moniales viduæ claræ Ciuitatis Eborensis coram Prætore Curiali causarum ciuilium Moniales exceptione proposita eligere volunt Iudicem laicum prædictæ Ciuitatis in qua ipsæ domicilium habebant, & reorum partes sustinebant prætor non obstante exceptione iussit illas coram se respondere conquestæ fuerunt ad Senatum quæsitum fuit an prætor benè pronunciauerit.

Et videtur quod non cum enim Moniales reæ essent nec iudicium laicale declinarent immo coram iudice laico respondere volebant dum tamen conuenirentur in loco sui domicilii succedit regula, quod actor sequi debet forum rei *l. iuris ordinem. C. de iurisdiction. omnium iudicum, cap. si Clericus capit. cum sit generale de foro competent. Socc. reg.* 15. & ita pronunciare prætor debuerat.

Vt tamen veritas huius quæstionis habeatur de duo sunt considerandi casus in hac materia, qui diuersam decisionem continent.

1 Primus casus est Moniales in casu proposito posse declinare Iudicium prætoris velut quemlibet priuatum ex regula illa generali qua quis iure communi attento conueniendus est in loco sui domicilii, & actor rei forum sequi debet, vt supra diximus, vel declinare poterant, & eligere iudicem tanquam personæ miserabiles ex priuilegio concesso per ordinationem *lib. 3. tit. quarto, §. 3.*

2 Quod primum membrum, quando ipse volunt declinare ex regula iuris communis actor sequitur forum rei dicendum videtur nullomodo eas id posse facere, & prætorem hoc casu rectè pronunciasse vt coram se responderent.

Regula namque est quod quando reus duos, vel plures habet iudices non iure speciali, sed communi actor poterit ex illis vnum eligere ad actionem suam prosequendam nec tenetur præcisè sequi rei forum *text. vbi Doctor. in leg. vltim. c. de iurisdict. omnium Iudicum l. cum Clericis, vbi Bald. num. 1. c. de Episcopis, & Clericis Glossa, & Doctores in leg. vltim. cap. vbi in rem actio cap. cum sit generales vbi Abbas num. 19. de foro competent. glos. in cap. statutum, §. cum vero ad finem de rescr. lib. 6. Roman. consil. 412. Afflict. decis. 257. idem Afflict. in constitut. rubric. 37. lib. 1. num. 16. Marant. leg. si actor numer. 33. D. de procuratoribus Couarr. variarum libro primo, capit. decimo, num. 6.* nouissimè *Suarez. de Paz. in praxi tomo primo, tempor. 1. numer. 77. Aquis Moniales in terminis prædicta ordinationis libr. primo, titul. primo, in principio*, vt cæteri exempti non iure speciali sed communi Iudices illos habent vt in Regno possint conueniri ob rationem traditam in dicta ordinatione: ergo actor, qui prædictos exemptos in ius vocat, poterit eligere iudicem ex prædicta Regula, & non ipsi exempti.

3 Confirmatur id ex eo, quia ordinationes regiæ ius commune nobis sunt *Palat. repetit. rubr. §. 65. num. 6. ad finem Couarr. practicarum, capit. 27. num. 4. Gramm. decis. 50. nu. 6.*

4 Pro hac parte facit *ord. lib. 3. titul. quinto, §. penultim.* vbi *se os actorem perante ellos os quitem demandar ergo clare ere* his verbis actoris electio datur, quod quidem ea ratione factum fuit, quia ex iuribus allegatis in prædicto casu cum exemptis Ord. plures iudices dederit actori electionem tribuit si numquam reis eam dedisset facilè legislatoribus fuisset id declarare in principio *d. tit. primi, lib. secundo.* vt declarauit *in lib. 3. tit. 4. §. 3.* & ea verba in illa Ord. addere; quæ in ista posuit circa personas miserabiles *in ea comentas qual eles quilerem.*

5 Et retenta hac opinione non obstat argumentum quod in principio proposuimus de regula *leg. iuris ordinem* illa enim locum habet quando reus non plures sed vnum iudicem habet tunc enim coram illo conueniendus est quilibet autem regulariter solum iudicem domicilii habet nisi ex alia particulari ratione ibi sortiatur forum, *& per glossam in leg. hæres absens vbi DD. ff. de Iudiciis.*

6 Vel etiam responderi potest, quod quando reus ex priuilegio plures iudices habet tunc demum eiusdem rei electio est, & actor sequetur forum rei idest conuenire reum debebit coram, & iudice, quem ipse elegerit *gloss. in authent. habita capit. ne filius pro Patre, vbi Bald. & Salycet. & reliqui Doctor. Rebuff. ibi Couarr. variarum libr. primo, cap. decimooctauo*, & reliqui Doctores quos citauimus *Marant. in leg. si actor. num. 33. ff. de Procurator.*

7 Bene verum est postquam actor vnum elegerit Indicem ex pluribus reus iuri communi habet non poterit ad alium redire, nec variare *Ordin. lib. 3. tit. 5. §. penult.* vltimis verbis pro qua facit *l. vbi captum, ff. de Ind. Bald. in auth. habita, cap. ne filius pro Patre facit ordin. lib. 3. tit. 41. §. 3. ad finem.*

8 Quoad secundum membrum quando Moniales. seu Monachi petunt remitti ad iudicem electum ratione miserabilium personarum aduertendum est, sint ne miserabiles personæ, & de illis, ac de istis iudicandum.

9 Personæ verò miserabiles, quæ sint ponunt Doctor *in leg. 1. cap. quando Imper. inter pupill. & in capit. significantibus de officio de legat. Guid. Pap. decis. 556. Maranta de ordine Iudiciorum 4. distinct. 9. num. 77. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 66. Rebuff. ad leges Gallicas tom. 1. tit. de sententijs prouisionalibus l. 12. art. 8. gl. penult. Couar. pract. c. 6. Lopez. l 6. tit. 3. glos. e. con estes.*

Relinquitur tamen arbitrio Iudicis, quæ dicantur personæ miserabiles præter expressum in iure nominatas, vt tradunt *DD. in dict. leg. 1. C. quando imp. inter pupillos vide DD. vbi supra Couarr. practic. capit. 6. numer.* 3. Et Ecclesiam miserabilem personam reputari tradunt relati à Couarr. vbi proximè *capit. septimo, num.* 3. quo loco receptum testatur in Hispania Monasteria ex quatuor Ordinibus Mendicantibus Sancti Francisci Diui Dominici Diui Augustini, & Carmelitarum item, & Monialium cuiuscumque ordinis,

& instituti miserabilium personarum priuilegium habere.

10 His sic præhabitis patet resolutio ad secundum membrum si enim Moniales petant ad Judices remitti domicilii sui quem eligunt vt possunt hoc casu facere tanquam miserabiles personæ *Ordin. dict. tit. 4. §. 3.* vtique remittendæ sunt, nec poterit prætor curialis cognoscere causa hac, quando ipse vt reæ ad Iudicium prætoris vocatur.

11 Confirmatur hoc expressè ex eo, quia cum hoc casu his personis miserabilibus multi Iudices sint dati ex priuilegio, & non iure communi electio est rei, & non actoris tenent DD. a nobis supra relati *Couarr. practic. capit. 7. numer. quinto, vers. 6.* deinde cum ergo Moniales in iudicium vocantur poterunt declinare ad Iudicem proprii domicilii ex priuilegio miserabilium personarum.

12 Quod ampliandum est etiam si conueniatur a persona alia simile priuilegium habente, tunc enim actor conuenire reum debet apud Iudicem, quem hæres elegerit *Ord. dict. titul. 4. §. 3. ibi en tal caso o autor Siga o foro de reo* tradit multa *Couarr. post Afflict. & Iserniam* quos citat *practicar. cap. 6. a num. 4.*

13 Quamuis autem Moniales diuites sint ob id eligentes prætorem seu Iudices nouarum actionum, (vt vocant) seu domicilii ab hoc priuilegio excluduntur *Couarr.* vbi supra contra alios quos allegat *cap. 7. numer. 3.* cui accedit lex Regia *dict. libr. 3. titul. quarto, §. 3.* quæ generaliter disponit circa viduas nulla facta distinctione sint diuites, nec ne licet in viduis aliter dicat *Afflict. Constitut. lib. primo, Rubric. 37. numer. decimoctauo.*

14 Illud tamen aduerto in terminis *ord. lib. 3. titul. 4. §. 3.* ibi o actor seguire, o foro de reo in, æquè priuilegiatis.

15 Quod si persona miserabilis aliam eiusdem conditionis conuenerit coram Iudice proprii domicilii, & reus declinauit ad Iudicem suum, & eligat prætorem curialem extra domicilium audiendus non erit cum id malitiosè factum videatur malitiisque sit obuiandum in specie *Afflict. vbi supra Couarr. dict. cap. 7. numer. quinto, versic. quintus*, & idem dicendum erit in Monialibus conuentis cum par ratio in omnibus miserabilibus personis sit quamuis enim in multis iudicibus ex priuilegio datis electio sit rei, vt diximus intelligendum tamen videtur vbi cessat fraus, & dolus qui nemini patrocinari debet *l. 1. §. editiones D. de edend.* & vide circa hanc materiam decretum Senatus quod est in libro viridi fol. 123.

16 Hinc fit vt exempti qui non gaudent priuilegio miserabilium personarum vt sunt Prælati, & alii si conueniantur non poterunt eligere iudicem sed actor iudicem elegerit iuxta superius dicta, quod valdè notandum est.

S V M M A R I V M.

1 *An mulier mortuo marito possit declinare Iudicem coram quo viuente illo se obligauit respondere per publicam scripturam.*
2 *Vidua potest eligere Iudicem iure nostri regni.*
3 *Iuri non competenti nullus visus est renunciare.*
Decretum Senatus ibid.
4 *Idem iudicatum fuit in alio foro simili casu hic relato.*
5 *Intelligitur Ord. lib. 3. tit. 4. §. 3. ibidem.*
Refertur alterum decretum Senatus circa hanc materiam ibidem.

A R G V M E N T V M.

De priuilegio viduæ circa electionem iudicis quam habet.

Ex Cabedo decisio 173. part. 1.

1 PRæsens quæstio fuit In Senatu controuersa mulier quædam viuente marito insimul cum illo per publicam scripturam contraxit, & renuntiauit Iudices sui fori, & domicilii, & respondere coram certo Iudice super obseruantia, & validitate prædicti contractus se obligauit.

2 Mortuo marito mulier, quia vidua remansit conuenta coram Iudice illo in scriptura contento coram quo simul cum marito viuente illo respondere se obligauerat declinauit prædictum Iudicem, & petiit, & elegit Iudicem sui domicilii iuxta electionem quam ei tribuit *Ordin. lib. 3. tit. 4. §. 3.* dubitatum fuit an possit prædicta mulier declinare? & contra illam opponebatur quod in prædicta scriptura se obligauerat vnde conuentioni standum erat vt est bonus *text. in materia lege ea quæ Codic. de restitutionibus militum, &c. vbi Bald.*

3 Contrarium tamen decisum fuit, imo quod poterat declinare ad Iudicem sic domicilii juxta priuilegium viduæ ei de nouo competens cui renunciare visa non est viuo adhuc marito per prædictam scripturam, non enim iuri non dum competenti visa fuerat renunciare *lege mater, C. de inofficioso testamento leg. tres fratres, ff. de pact. notatur in capit secundo, de renunciatione* tradit *Bart. in lege sed, & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautionibus Paulus in l. quod seruius, ff. de condit. caus. dat.* in processu de Donna Maria de Saa contra Rodericum Gongaluez de Camara super petitione grauaminis a prætore Curiali scriba Ludouico Vaz de Rezende.

4 In ferè simili casu idem judicatum fuit anno 1582. in altera vidua, quæ in lite cæpta cum marito, qui obligauit se respondere certo loco illo mortuo cæptam litem mulier reuocauit ab illo loco, & elegit Iudicem sui domicilii, & decretum fuit, quod poterat eligere non obstante, quod maritus se obligauerat respondere illo loco in altera petitione grauaminis à Præside Curiali, quod conducit ad intellectum *Ordin. lib. 3. tit. 4. §. 3.*

5 Idem iudicatum fuit in Senatu hoc anno 1600. in processu inter Petrum de Mandoca, & Donam Laurentiam de Tauora, qui casus sunt notabiles.

S V M M A R I V M.

1 *Casus decisionis proponitur.*
2 *Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3. intellectus.*
3 *Exceptio excommunicationis allegari quando possit.*
4 *Sententia præsidis Curialis refertur.*

ARGVMENTVM.

Vidua an declinet Iudicium in lite cæpta à Marito conclusione facta in causa.

DECISIO VII.

Ex Phœbo decis. Lusitaniæ 179. tom. 2.

1 MOta fuit controuersia inter Ioann. Emanuelem, & Petrum Aluarum super bonis cuiusdam Cappellæ, & pendente lite, & causa iam conclusa apud Iudicem ad proferendam sententiam diffinitiuam, contingit, quod in eo statu actor, & reus ambo è vita transierint, & per eorum obitum translata fuit instantia in vxorem dicti Emanuelis, quæ petiit, vt ea contentio super dictis bonis finaliter decideretur.

2 Altera autem Rea, & vidua dicti Petri Aluari opposuit exceptionem declinatoriam fori excipiens quod domicilium habebat indistrictu portuensi, & quod virtute sui priuilegii vidualis causa remitti debuit ad Iudices illius Senatus, & quod inæquali priuilegio Actrix forum Reæ sequi debuisset, *& ex ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3.* quæ manifestè disponit quod vidua iudicem eligere poterit etiam in causa cæpta in vita mariti.

3 Quæ exceptio licet prima facie reciperetur ex mandato, & decreto Senatus per potitionem grauaminis, quia iuri conformis videbatur, eo maximè quando superuenit post Conclusionem causæ, vt alias accidit in exceptione excommunicationis, vt docet *Abbas in cap. cum dilect. quæst. prima, numer. 15. & sequenti de Ord. cognition. & Ioan. Andr. & Butrius in dict. cap. cum dilectus, Felin. in dict. capit. cum dilectus, de fide instrum.*

4 Tamen re melius perpensa, dicta exceptio reiecta fuit per præsidem curialem causarum ciuilium, quæ sententia amplectanda est, quia fuit confirmata in supremo Senatu, & est multum vtilis ad obuiandum sumptibus, & fulcitur in his, quæ *Roman. in leg. si mulier diuerterit, ff. solut. matrimon. DD. in capit. auditis de in integr. restitut.* in specie *Felyn. in capit. Pastoralis, numer. octauo, de except. Afflict. lib. secundo, constitut. Rubric. 19. num. 18. in fine, Barbos. in leg. hæres absens in principio, num. 165. ff. de Iudic.* sic limitata *dict. leg. Regia lib. 3. tit. 5. §. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuis remittendus est ad forum originis, & incolatus.*
2 *Litis pendentia inducitur per solam citationem legitimè intimatam.*
3 *Text. in leg. vbi captum, ff. de indic. in quibus terminis procedat.*
4 *Primus rei status attendendus est.*
5 *Priuilegium superueniens lite pendente forum non mutat.*
6 *Text. in leg. si quis posteaquam de iudic. in quibus terminis procedat.*
7 *Alexand. in addit. Bart. in leg. 1. litt. C. ff. de pen. quæstionem dirimit de priuilegio viduitatis mulieri superueniente lite pendente.*
8 *Vincen. de Franch. decis. 544. declaratur.*

Pars II.

9 *Instantia perempta, non competit exceptio litis pendentiæ.*
10 *Dicitur nouum iudicium, & omnia sunt de nouo inchoanda.*
11 *Clericus effectus lite pendente, gaudet priuilegio fori instantia perempta.*
12 *Decisio Sacri Consilij in materia peremptionis instantiæ commendatur.*
13 *Contumax non opponit declinatoriam fori etiam si purgauerit contumaciam.*
14 *Contumacia vasalli in nihilo præiudicat Baroni.*

ARGVMENTVM.

Vidua potest declinare forum ex priuilegio viduitatis eidem obuento post litem contestatam.

DECISIO VIII.

Ex Merlin. controuers. Forens. cap. 81.

VIdua Maria Naccarella eligendo in forum Magnam Curiam Vicariæ ex priuilegio sibi iure communi, & municipali Indulto conuenit hæredes quondam Hieronymi Troisij eius primi viri pro restitutione ducatorum mille suarum dotium exceperunt
1 ipsi causam hanc tractari debere in Curia Terræ Gifoni, cuius ipsi sunt incolæ, & originarii, *ad text. in l. incola, ff. ad municipal. & in leg. final. C. vbi in rem actio; & in cap. cum generale de for. compent.*

Secundò, quia dicebant ex actis constare litem hanc pendere in dicta Curia ad quam fuit remissam per Regiam Audientiam Principatus Citra dum in anno 1624 idem iudicium fuisset intentatum per eamdem actricem. Vnde sequitur alia dispositio iuris communis,
2 nempè *text. in l. vbi captum, ff. de iudic.* vbi communiter Doctores, & inductam fuisse litis pendentiam per solam citationem legitimè intimatam, vt probat *text. in Clement. secunda, vt lite pendente, vbi gloss. in verb. ad partem in fine, & gloss. in cap. vt debitus honor in verb. si dicat de appellat.* sequitur *Surd. decision. 5. Gratian decisio. 209. Ricc. decision. 74. part. secunda,* & in his terminis procedere dispositionem *text. in d. leg. vbi captum, dicit glos. ibid.*

Nec obstare dicebant ipsi quod tunc temporis quò iudicium fuit intentatum in Regia Audientia, & causa remissa ad Curiam Terræ Gifoni, ipsa fuisset in matrimonio collocata cum secundo viro Petro Paulo Pagano, nam priuilegium viduitatis ex ipsius obitu
4 ei superuentum, stante prædicta litis pendentia in hac causa, ei opitulari non debet, quando quidem principium litis, & primus rei status est, qui attendi debet ad notata *per Doctores in leg. si in ratione re, ff. ad leg. falcid.* & facit *text. in leg. si tamen ad Macedon. & in leg. si procuratorem, ff. mandat.* vnde credo originem sumpsisse famigeratum illud Vlpiani responsum *in lege si quis posteaquam de iudic. vbi ait si quis posteaquam in ius vocatus est*, miles vel alterius fori esse cæperit, in ea causa ius reuocandi forum non habebit quasi præuentus, & illa vulgata iuris regula, quod priui-
5 legium superueniens lite pendente forum non mutat, quam exornat *gloss. ibidem. & in capit. proposuisti de for. competent. & DD. in lege nullis prorsus Codic. de iudic.* quorum plures recenset *Alexand. Trentacinq. consil. 46. num. secundo, volum. 2. Cagnol. in leg. secunda, num. 249. Cod. de pact. inter empt. & in leg. cum quedam puella*

de iurisd. omn. Iudic. Regens de Pont. consil. 70. *num.* 1. *& in tractat. de potest. prorег. tit. de assens. Reg.* §. 7. *numer.* 14. *Crassus de except. capit.* 3. *num.* 38. & in terminis *Aluar. Valasch. consul.* 57. idque in ciuilibus in distinctæ procedere post multos tradit *Cancer. variar. resolution. capit.* 2. *de iurisdiction. numer.* 224. *tom.* 2. *& decisum*, habemus in Regn. per *Sacr. Consil. in decisio.* 543. *Præsidis de Franch.* & nouissimè exornatam vides regulam prædictam cum argumentis hinc inde per *Giurb. doctissimum siculum decision.* 82. vbi dicit concistorium in hanc partem inclinasse, quamuis non fuerit postea decisum, & iterum *in decis.* 23.

6 At pro Maria respondebatur, regulam prædictam *ex text. dict. leg. si quis*, posteaquam sibi non refragari, quoniam plures habet limitationes suum viduitatis priuilegium coadiuuantes. Et prima ex lectura verborum ipsius *text.* desumitur, scilicet procedere in priuilegio superueniente reo non actori quod patet ex finalibus verbis, (ibi, quasi præuentus) secundò in priuilegio superueniente lite contestata, vt benè exponit *glos. ibid.* at in Curia Terræ Gisoni numquam fuit lis contestata. Tertiò in priuilegio superueniente ex facto in ius vocati, seu vt rectius dicam procurato in fraudem litis motæ prout docuit *Alberic. quem sequuntur Angel. & Fulgos. ibidem Gratian. disceptat. forens. cap.* 421. *num.* 62. *Quartò in priuilegio concesso à Principe ad postulationem partis, cum secus sit vbi concessum est motu proprio ipsius, ad text. in leg. si quis quemquam, ff. si quis caut. prout tenet glos. ibidem*, quam sequuntur relati per *Vinc. de Franch. dict. decis.* 544. *numer.* 5. *& per Steph. Gratian. disceptation. forens. dict. cap.* 421. *& nu.* 26. 27. *&* 28. qui termini non possunt applicari in præsenti casu, quoniam huiusmodi priuilegium viduitatis, nec procuratum per ipsam dici potest, nec ad ipsius postulationem concessum, sed tantum motu proprio Principis ideoque insertum in corpore iuris. Sic & vbi quis proprio Principis iussu miles factus est, priuilegio militari gaudebit etiam in lite inchoata, ita docent *Io. Andr. Alberic. & alij relati per Gratian. loco proximè cit. numer.* 29. subdendo *num.* 32. quod si fiat statutum quod gaudeant biennali dilatione ad soluendum suis creditoribus omnes euntes ad exercitium, proderit etiam debitoribus, qui cœperunt in iudicio conueniri ex *Bald. in dict. l. si quis quemquam nu.* 2. *in fine*, vbi dicit esse menti tenendum.

Et similiter in legato, qui non facto suo ad legationem est missus, excusabitur etiam in causis iam inchoatis *leg. non distinguemus*, §. *item si quis Romæ de arbitris*, per quem sic esse tenendum in priuilegio fori, dicit *ex Angel. & Ioanne Andr. idem Gratian. ibidem, num.* 30. & pulchrè ad rem nostram *Bellug. in Specul. princip. rub.* 20. §. *quia post Ecclesiam nu.* 30. *& Bald. decis.* 70. post alios expressè docet, priuilegium fori lite pendente superueniens reo, citra eius factum voluntarium illum eximere à Iudice coram qualis erat inchoata, cum refert *Bened. Capra. lib.* 1. *commun. opin. diuer. tit.* 20. *de diuer. rescript. num.* 76. *fol.* 261.

Quæ quidem omnia fortius procedere debent vbi priuilegium concessum est propter publicam vtilitatem, veluti in concessis miserationis causa ita *Ioan. Andr. in addit. ad spec. tit. de dol. & contum. præstat column.*
7 *penult. & Felin. in cap. causam quæ de testib.* quos sequitur idem *Gratian. d. c.* 421. *num.* 65.

Vnde in terminis propriis docuit *Alexand. in addit. ad Bart. in leg.* 1. *litt. C. ff. de pen.* quod si pendente causa contra mulierem moritur vir, vidualem priuilegium superueniens non procuratum ad pendentem litem extenditur, non obstante *l. cum quædam puella ff. de iurisd. omni iudic.* quia ibi fuerat procuratum recipiendo virum alterius domicilij; quæ sunt formalia verba *Alex.* Ex quibus, & aliis pro hac parte decisum fuit in *M. C. V. Regni Siciliæ dict. decis. Giurbæ* 82. Nec curandum est de rationibus per eum consideratis, ex quibus dicit concistorium in contrariam inclinasse sententiam: nam incertum est causam non fuisse postea decisam, ideoque *Giurb. in sententia affirmatiua sequitur Eruditus Nouarius in prax. elect. & var. for. sect.* 4. *q.* 13. *nu.* 1.

8 Nec tandem dicebatur obstare decisionem S. C. relatam per *D. de Franch. in remissione petita ad Almum Collegium Doctorum huius fidelissimæ Ciuitatis*; Nam tota ipsa fundetur in illa, ponderatione, quod scilicet priuilegium prædicti Collegii, non potest dici motu motu proprio concessum sed potius ad postulationem partis, vt latius patet ex dictis *in dict. decis. numer.* 6. *& seq.* Hinc esse dicebatur, quod potius pro Maria, quam contra ipsam faciat, cum ipsa iuuetur priuilegio motu Principis concesso, & inserto in corpore iuris, vt prædiximus. Rursus ponderabatur pro Maria instantia iudicii inchoatam in Regia Audientia esse per emptam ab anno 1624. & proindè Iudicium hodie intentatum
9 in M. C. esse nouum, & tanquam nouum ab initio omnia esse inchoanda, ac si numquam fuisset cæptum prout decisum testatur per *S. Consil. Gallup. ad instant.*
10 *caus. p.* 2. *cap.* 16. *nu.* 29. quin potius perempta instantia exceptio litis pendentiæ denegatur, vt pluries decisum refert *Minad. decis.* 5. perimitque citatio, & litis con-
11 testatio *Bart. in l. lite mota, ff. de iudicat. solut. & Io. Vinc. de Anna singul.* 129. vlterius docet, quod Clericus effectu lite pendente, perempta instantia gaudet priuilegio fori, ita vt spiritus vitæ non possit amplius insufflari, sequitur late comprobans *Carol. de Grass. de effectu Cleric. effect.* 1. *num.* 291. *Caput. ad consuet. Neapol. in proem.* §. 7. *num.* 8.

Ex quibus rationibus, & aliis doctissimè congestis
12 *Reg. Rouit. ad rub. de inst. caus. non restit. numer.* 13. 14. *&* 15. notabilitem decisum refert per S. C. quod si quis perempta instantia sortitus sit fori priuilegium potest opponere declinatoriam, & omnes alias exceptiones, tanquam si lis mota non fuisset; cessant ergo in hoc casu termini *text. in dict. leg. vbi cæptum, & in leg. si quis posteaquam de iud.* cum cæptum dici non possit, quod iam non est.

In præsenti causa M. C. iudicauit pro vidua, sed postea relata causa in S. C. credo Sacrum Consilium non curasse decidere articulum, eo quod repertum fuit in processu prædictos conuentos comparuisse in M. C. post contumaciam incursam quo casu non erat disputandum super declinatoria fori, quam ipsi non poterant opponere, vt decisum per S. C. testatur *Afflict. de-*
13 *cis.* 133. & in terminis *Barbos. in repet. text. in dict. leg. si quis posteaquam num.* 182. imò contumax perdit beneficium legis vbi cæptum de iud. etiam quod postea purgasset contumaciam, vt per *Vincent. de Franch. decisio.* 417. & sic fuit interpositum decretum tenoris sequentis, (Remissa est eidem M. C. etiam stante contumacia contracta) Quod quidem in causa fuit, vt Ill. Dux
14 Tursi vtilis Baro Terræ prædictæ compareret ex persona sua ad petendam remissionem huius causæ, dicens contumacia vassalli nullum præiudicium inferre iuribus Baronis prout in specie in nostris terminis fundat *Vincent. de Franch. decis.* 541. *Capiblanc. ad Pragmat.* 8. *de Baron. num.* 225. *& seq.* estq; apud nos indubitatum nec ei obstare quod non habeat priuilegium cum derogatione *leg. vnic. C. quand. Imperat.* nam dicebat eo non indigere, ex rationibus, & authoritatibus, quibus supra fundatum est pro parte conuentorum non posse prædictam actricem iuuari huiusmodi priuilegio.

Replicabatur pro Maria ipsam habere pro se limitationes super ius traditas ad *Reg. à dict. leg. vbi cæptum*, & rursus decisionem *M. C. V. & S. C.* quæ vltima non fuit fundata tantum in contumacia contracta per conuentos, sed illa verba fuerunt posita potius augumen-
15 tatiuè vt præsefert, dictio illa *etiam*, quæ exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, *leg. etiam, ff. de verbor. significat. leg. conuenticula, Codic. de Episcop. & Cleric.* cum mille concordantibus adductis per *Barb. de diction. vsufr. action* 112. *num.* 1.

Et tandem quod etiam circumscripto priuilegio viduitatis, ipsa debebat obtinere in hoc articulo eo satis constabat ex testibus examinatis de potentia aduersariorum in dicta Terræ Gisoni, ob quam in æternum ius
16 suum consequi sperabat, vndè succedit id qui singulariter tradit *Aiciat. cons.* 52. *num.* 3. *leg.* 6. quod sola perhorrescentia aduersarii facit, vt quis possit litigare co-

ram

tam alio Iudice Relata nouissimè per me causa in M. C. iterum iudicauimus in fauorem actricis , nec Baro amplius prosequutus est appellationem in S.C.

S V M M A R I V M.

1 *Lis vbi capta ibi terminari debet* , & *num.4.*
2 *Lis sufficit tempore citationis , quod ad locum spectet* .
3 *Citatio pratensionem inducit* .
5 *Qualitas priuilegij , qua produxit litem ad iudicium licet cesset non per hoc cessat iudicium captum* .
6 *Regula cessante causa quando procedat* .
7 *Pater habet praiudicium in bonis filij ratione vsufructus* .
8 *Vsufructuarius dicitur procurator in rem propriam* .

ARGVMENTVM.

Lis cæpta in iudicio priuilegiato, an debeat remitti cessante causa primordiali priuilegij.

DECISIO IX.

Ex Valasch. consultatione 57.

QVidam priuilegiatus quoad forum puta (Senator Regius) citauit Reum ad Curiam ex vi sui priuilegii super quadam emphyteusi quę erat vxoris actoris, & pendente lite vxor lis cessit, mansit hæres filius, qui vt successor nominatus à matre in præfata emphyteusi ; quærebatur an lis in Curia deberet currere cum iam lis defecerit pertinere ad Senatorem priuilegiatum & solum pertinebat ad eius filium , & solum pater Senator erat legitimus administrator filii iuxta *l.1. C.de bonis maternis* .

1 Respondi debere currere in eodem iudicio curiali in quo lis fuit cæpta , *l.vbi captum , C.de indic.* & sufficit , quod tempore citationis pertineat lis ad iurisdictio-
2 nem citantis *leg. si quis postea , ff. de indic.* & ibi omnes. quæ citatio continet effectum citationis præuentiuum
3 *glos.2.Clement.de iudicijs* notatur *in capit. proposuisti de foro compet.* & inducit litis pendentiam *gloss.in cap.vt debitus de appellat.Clem.2.vt lite pendente* , & vbi cæptum,
4 est iudicium ibi debet finiri, *leg.vbi captum,ff.de iudicijs* ,
5 & licet cesset qualitas priuilegii quæ produxit litem ad litem ad illud iudicium non debet idcirco transferri ad aliud Tribunal *leg.fin. C.de veteran. lib.10.* & in nostris terminis tenet , & comprobat ex multis *Foller. in Constit.Neap.tit.de magistro iustitiario fol.117. num.37. cum*
6 *multis seqq.* Nec obstat regula cessante causa quæ procedit etiam in priuilegio vt per *Tiraq.ibi in 1. parte nu. 203.* quia verum est nisi priuilegium produxerit effectum consummatum *l fin.* ibi nihil obesse ei quominus id quod acquisiuit retineat, *ff. vnde liberi leg. inter stipulantem, §.sacram.ff.de verbor. obligat. Tiraq. latè vbi supra limit.12.Palaez. de maior.1.part.q.9.num.7. Gam.decis.Lusitan.27.num.4.* & *5.*

7 Præterea in hac specie non cessauit causa priuilegij , quia adhuc pater Senator , & legitimus administrator filii potest prætendere præiudicium propter vsumfructum quem tamquam pater habet in bonis filii familias *l.cum oportet , C. de bonis matern.* Item propter expensas litis ; vndè non cessat priuilegium præter , quam quod quia est legitimus administrator potest omnia agere circa bona filii tamquam si perfectè dominus esset *vt d.l.1.* & *d.l.cum oportet* ibi (plenissimam potestatem) vndè maiorem potestatem habet quam illi vsufructuarii , & potest procuratorem constituere non expectato filii consensu cuiusque ætatis filius sit vt per *Bart. in d.l. 1.num.1.* & clarius *Bald.num.8.Paul.num.2. versic.dicit* tamen voluit etiam *Bart.in leg.fin.§. vbi autem,Cod.de bonis , quæ liberis in princip.* & testatur communem Legistarum *Imol.in leg.fin.§.pupillus , ff.de verbor.significat.*
8 & ibi *Aret.num.5.* nec mirum quia etiam dicitur procurator in rem propriam , & quilibet vsufructuarius censetur esse talis tradit multa *Ias.l.1.§.vsufructuarius nu.3. ff.de nou.operis nunciat.* post *Bald. in rubric. extra de procurat.num.31.*

Et ex prædictis dixi causam in eodem iudicio prætoris Curiæ currere debere , & ita iudicatum indubitanter .

S V M M A R I V M.

1 *Facti species* .
2 *Vbi captum est iudicium ibi finiri debet* .
3 *Conditio defuncti non mutatur ex persona haredem* .
4 *Exceptiones declinatoria , seu dilatoria non admittuntur post litem contestatam* .
5 *Instantia litis transit in eodem statu , & cum omnibus suis qualitatibus in haredem* .
6 *Ad ordin.lib.3.tit.4.§.3.* & *num.11.*
7 *Argumentum à contrario sensu in iure validum est* .
8 *Exceptio firmat regulam in contrarium* .
9 *Priuilegium non debet extendi de vno casu ad alium,quia est stricti iuris* .
10 *Hares debet conuenire vbi suus defunctus debuit neque potest forum declinare* .
11 *Vidua potest declinare non solum in lite capta marito defuncto , sed & in lite capta cum persona extranea cuius hares fuerit , & sic iudicauit Senatus* .
12 *Maritus , & vxor censentur vna eadem caro , & sunt socij Diuina, & humana domus* .
13 *Permissum in casu magis dubio , & in minus dubio permissum censetur* .
14 *Priuilegium quod vidua possit declinare ad suos iudices etiam in lite iam capta est concessum viduitati* .
15 *Responsio ad argumenta* .
16 *Extensio permittitur ex identitate rationis* .
17 *Casus ad quem possunt verba extendi latè sumpto vocabulo comprehenditur in materia quantumcumque stricta si modo subsistat eadem ratio* ,

ARGVMENTVM.

Vidua , quæ successit in lite incæpta tamquam hæres extraneæ personæ , an possit iudicium illud declinare ex priuilegio viduitatis .

DECISO X.

Ex Valasch. consultat.136.

FVit conuentus vt certum prædium dimitteret tamquam sine iusto titulo possessum ; mortuus est pendente lite , & post eum alii hæredes , qui successerunt in instantia litis , & demum quædam vidua quæ eo ipso quod successit in lite opposuit exceptionem declinatoriam eligendo pro suo Iudice Prætorem curialem ratione priuilegii , quod habent viduæ in isto Regno est-

eligendi in suis litibus vnum de tribus Iudicibus
nempe prætorem curialem vel Iudices miserabilium
personarum existentes in Senatu Ciuitatis Bispo-
nensis vel Iudicem ordinarium ipsius Regni, vt dis-
ponitur in *lib. 4. ordinat. tit. 4. §. 3.* obijciebatur à
partes aduersa. quod non poterat declinare in lite
iam cepta cum alijs personis, & non cum eius ma-
rito. Quærebatur quid iuris.

2 Respondi videri non audiendam ex regula *l. vbi cep-*
tum ff. de iudic. qua disponitur vbi ceptum est Iudi-
cium ibi finiri debere late *Felyn. capit. ex tenore num.*
15. de for. comp.

3 Secundo, quia ex persona hæredum conditio defun-
cti non mutatur *l. 2. §. ex his ff. de verbor. obligat.* hæ-
res enim, & defunctus censentur esse vna, & eadem
persona *Authent. de iureiuran. à moriente* præstito in
principio *collat. 5. l. cum à matre C. de rei vendicat.*
cum multis similibus per *Pinell. lib. 1. ex num. 81. cap.*
de bonis maternis vnde sicut defunctus non poterat de-
clinare ad talem Iudicem ita nec vidua eius hæres cum
non possit in illa lite esse melioris conditionis, quam
eius defunctus vt *d. §. ex his. & l. hæredem ff. de regulis*
iuris facit l. in iuribus §. non debeo ff. illo titulo.

4 Tertio facit quod prædicta exceptio qua postulatur
alius iudex est declinatoria, & exceptiones declinato-
riæ seu dilatoriæ non admittuntur post litis contesta-
tionem *l. fin. C. de except. c. Pastoralis de except. ordin.*
lib. 3. tit. 37. §. 1. igitur illa non debet audiri.

5 Quarto quia instantia litis transit in eodem statu, &
cum omnibus suis qualitatibus in hæredem *l. 1. ff. ad*
Trebellian. l. si cum hominem, & ibi Imola, & Paul.
num. 1. ff. de Iudicijs.

6 Quinto facit quia *lex Regia lib. 3. tit. 4. §. 3.* in casu
litis iam ceptæ cum marito permittit viduæ eius vxori
declinare: Nam cum specialiter loquitur in marito
videtur velle contrarium in alijs personis à sensu con-
7 trario, quod argumentum in iure validum est *l. 1. §.*
mulier cum glos. ff. de testament.

8 Item quia casus exceptus nempe in lite cepta cum
marito facit regulam in contrarium *l. nam quod §. fin.*
ff. de Penu legat. l. quæsitum §. denique vbi Bartol. ff. de
fund. instruct. item quia quod in vno casu conceditur
l. quod labeo ff. de compensat. l. maritus C. de procurato-
ribus cum alijs.

9 Sexto facit quia quod vidua possit declinare post
mortem marito in lite contra eum cepta concessum
est per viam priuilegij contra regulas iuris commu-
nis de quibus supra: vnde tale priuilegium non debet
extendi ad alium casum hoc est ad litem ceptam cum
alijs personis quia priuilegia sunt stricti iuris, & non
patiuntur extensionem *capit. porro de priuilegijs cum ad-*
ductis ibi per glos. & Doctores in capit. priuilegia 3. di-
stinct.

10 Septimo facit *ordinat. lib. 3. tit. 10. & quod habetur in*
l. hæres absens ff. de iudic. vbi dicitur quod hæres debet
conueniri vbi suus defunctus debuit nec potest fo-
rum declinare.

11 Cœterum prædictis non obstantibus contrarium iu-
dicauit Senatus, imo quod vidua possit declinare non
solum in lite cœpta cum marito mortuo, sed etiam si
successerit in lite cepta cum alia persona extranea cu-
ius hæres fuerit, & mortuus est ex lege *Regia dic. lib. 3.*
tit. 4. §. 2. incip. & orsan. per argumentum à fortiori;
Nam si in lite cœpta cum marito eius vxor vidua facta
12 potest declinare cum tamen sit casus magis dubius, &
maioris dubitationis ex eo quia maritus, & vxor cen-
sentur vna caro, & vna persona vt *in capit. Fraternitatis*
39. quæst. 10. & in capit. gaudemus de diuortijs, & socij
diuinę & humanę domus vt in *l. aduersus C. de crimine*
expilat hæredit. certe multo à fortiori idem videtur vel-
le in casu minus dubio hoc est cum succedit in lite ali-
cui personę extraneæ, quia si id quod minus videtur in
13 esse in est certe, & id quod magis *authent. multo magis,*
vbi *Bald. C. de Sacrosan. Eccles.* nec videtur aliquam
rationem differentiæ posse assignari cur magis in lite
cœpta cum marito possit declinare quàm in alia lite in
14 qua successit personæ extraneæ post quam hoc quod
viduitati priuilegium tribuitur æquè militat in quacū-
que lite successerit, etenim cum ipsa intret de nouo, &
iam causa sua agatur, durum visum fuit Legislatori
Lusitano eam suo proprio, & eius personæ concesso
priuilegio priuare *argum. text. in dict. l. hæres absens in*
principio, & quod ibi *Paulus*, & communiter Doctores,
& quod dicitur in clerico hærede *in lib. 2. Ordinat. tit.*
1. §. 18.

15 Qua opinione retenta non obstant quatuor priora
argumenta allegata in contrarium, quia fallunt regulæ
ibi adductæ in hoc casu ex priuilegio viduitatis indu-
cto ex nostra Regia constitutione *dicto* §. 3.

Non obstat quintum argumentum supra confectum
ex eodem §. 3. dum loquitur in marito, nam vt dixi-
mus in primo argumento ponitur ibi casus in marito,
vt casus maioris dubitationis.

Non obstat sextum de non extendendo priuilegium
viduitatis, quia casus de quo hic agimus est inclusus
in lege per argumentum à fortiori vt supra dixi, & non
exclusus, & sic venit per comprehensionem non vero
per extensionem, vt alibi *Tiraquell. in leg. si vnquam*
16 *verbo libertis num. 37.* Item licet foret extensio ex iden-
titate rationis permitteretur, vt *in leg. filium habeo, ff.*
ad Macedonian. facit etiam doctrina *Petri, & Cyn. in l.*
17 *1. cap. quæ sit longa consuetud.* quam vt elegantem com-
mendat *Soccin. cons. 129. num. 5. lib. 1.* quod in materia
quantumcumque stricta comprehenditur casus ad
quem possunt verba extendi latè sumpto vocabulo si
modo subsistat eadem ratio quod etiam *Alexand. cons.*
97. col. 1. & 11. lib. 2. In nostro autem maior subsistit ra-
tio, vt supra ostendimus.

Non obstat septimum ex regula *leg. hæres absens*, nam
cum eadem lege respondetur ibi proprio.

S V M M A R I V M.

1 *Causa viduarum, & pupillorum cognoscuntur ab Im-*
peratore sola facti veritate inspecta amplia, numer. 2.
& 6.
3 *Conditio viduitatis, & ætas pupillaris non diuitiæ consi-*
derantur.
4 *Priuilegio fori electionis à viduis, & pupillis renunciari*
non potest.
5 *Iurisdictio alterius Iudicis non potest prorogari à viduis,*
& pupillis.
7 *Personæ miserabiles, quæ dicuntur.*
8 *Virgo an habeat priuilegium viduæ.*
9 *Vidua quæ dicatur, & vnde dicatur num. 10.*
11 *Dos quid significat.*
12 *Vidua dicitur habens maritum ad triremes condemna-*
tum, vel bannitum.
13 *Ecclesia carens Episcopo vel illud inutilem habens dicitur*
vidua.
14 *Vxor habens maritum inutilem dicitur vidua.*

ARGVMENTVM.

Causæ miserabilium personarum, vbi agitandæ, & quæ dicantur tales.

DECISIO XI.

Ex Gail. obseruat. 1. à num. 40. lib. 1.

1 Vigesimo octauo fallit in causis viduarum, pupil-
lorum in quibus Imperator cognoscit sola veri-
tate inspecta *text. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill.*
& vid. vel alias miserab. person. cognosc. capit. Regum 23.
quæst. quinta, Maranta part. 4. distinct. 9. num. 77. & seq.
vbi vide.

2 Idem-

2 Idemque procedit non tantum in pauperibus viduis, & pupillis, vt plerique volunt *Alex. in l. 1. num. 15. ff. solut. matrim.* Sed etiam in diuitibus *Roland. consil. 76. num. 34. cum seq. vol. 1.*

3 Quia non diuitiæ, sed conditio viduitatis, & pupillaris ætatis consideranda sunt, cum huiusmodi personæ soleant regulariter premi, & ideò Principi omnium maximè conuenit eas contra omnem iniuriam, & molestiam tueri *text. in dict. can. Regum, & in capit. administores 23. quæst. 5.* præclarè *Natta consil. 590. per totum vol.*
4 *3. incip. circa præsentem*, vbi dicit viduas, & pupillos
huic priuilegio renunciare non posse per Glosam communiter approbatam *in dict. leg. vnica in verbo excedere Bald. in d. l. cap. de causis num. 25. de offic. Iudic. deleg.* vbi
5 ex hoc infert, quod non possunt iurisdictionem alterius Iudicis prorogare.

6 Sed hoc in Camera non obseruatur, quia ipsimet Principes, & Status Imperii in causis viduarum, & pupillorum cognoscunt, & ideò omisso medio viduis, & pupillis non decernuntur processus in Camera, nisi in casu denegatæ, & protractæ iustitiæ *per text. in capit. ex tenore de foro competenti.*

7 Nam non solum viduæ, & pupilli miserabiles personæ dicuntur, sed etiam senes, decrepiti, item qui diuturno morbo exausti, & eneruati, & generaliter omnes, qui naturali commiseratione ob fortunæ iniuriam digni sunt, horum numero continentur *Azor. in d. leg. vnic. num. 7. Roland. d. cons. 76. num. 44. Panormit. in cap. significantibus num. 6.* ibi distinguit inter miserabiles personas; quod quædam sunt personæ miserabiles habitu, sed non actu, vt viduæ, & pupilli pauperes.

8 Verum autem fœmina virgo cælibem agens vitam habeat priuilegium viduæ, variant interpretes.

Pro parte affirmatiua facit *text. in leg. malum, §. viduam, ff. de verbor. signific. DD. in dict. leg. vnic. Guid. Papa decis. 565. nu. 2. Azor. in summa dict. tit. Cod. quan. Imper. inter pupill. nu. 6.*

9 Sed pars negatiua verior, quod vidua propriè dicitur, cui maritus mortuus est *Panorm. in d. cap. ex teno-*
10 *re num. 9. de foro compet.* ab antiquo verbo iduo, iduas,
quod diuidere separare, & priuare significat, vndè
11 idus appellamus diem diuidentem mensem teste *Horatio lib. 4. Carminum Ode 2.* dum inquit.

Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudijs Idus, tibi sint agenda
Qui dies mensem Veneris Marinæ
Findit Aprilem.

Hanc partem tenet *Couarr. pract. quæst. cap. 7. num. 2.*
cum plures limitationes, vide *Felyn. in cap. significanti-*
12 *bus num. 8. de offic. delegat.* vbi dicit marito bannito, vel
ad triremes condemnato vxorem eius se viduam dici posse.

Facit ad hoc *Text. in cap. 2. §. sed neque istud de tran-*
13 *slat. Episcop.* vbi habetur, quod Ecclesia dicatur viduata sponso suo, quæ Episcopum habet, sed inutilem
Glossa ibidem in verbo inutilem Ias. in l. fin. num. 3. ff. de of-
14 *fic. eius cui mandata est iurisdictio*, vbi dicit vxorem reputari viduam, si maritum inutilem habeat *Glos. in leg. fin. in verbo orbitates C. ad l. Flauiam de plagiar. Couar. loco cit. Alciat. in d. l. malum, §. viduam.*

S V M A R I V M.

1 *Pupillus, & non minor habet priuilegium electionis fori.*
2 *Electio fori coram Iudice competenti est facienda.*

A R G V M E N T V M.

Minor non habet electionem fori, & fori electio coram quo Iudice sit facienda,

DECISIO XII.

Ex Thomaso decis. Macer. 85. num. 39.

PAriter non obstat, quod inter ipsos Fratres adsit Bernardinus minor, qui videtur habere electionem fori ex priuilegio *leg. vnic. Codic. quando Imperator.*

1 Quia respondetur illud priuilegium competere pupillis non autem minoribus vti erat Bernardinus, vt sunt verba text. & ibi notat glos.

2 Et si adhuc prodesset minoribus ipsi possunt aduersarium trahere coram Principe supremo ommisso medio non autem coram aliis Iudicibus omnino incompetentibus *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 66. nu. 42. Afflictus decis. 257. num. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Remissio Baronibus denegatur, vbi electio fori est facta à miserabili persona, at quando secus nu. 2. & 3.*
4 *Clausula generalis non comprehendit derogationem priuilegij miserabilium personarum.*

A R G V M E N T V M.

Causæ miserabilium personarum eligentium forum Principis non remittuntur Baronibus.

DECISIO XIII.

Ex Mastril. decis. Sicil. 147. a num. 28. & seq.

1 ITem deneganda est remissio Baronibus etiam, quod vigore suorum priuilegiorum habeant amplissimam iurisdictionem, & merum, & mixtum imperium, & cognoscant de omnibus, & quibuscumq; causis priuatiuè ad alios, si causæ essent viduarum pupillorum, aut alterius miserabilis personæ, quæ velint variare forum Baronis, & sibi eligere forum Principis, & Superiores Tribunales iuxta terminos *const. statuim.* nisi variauerit vassallus iterum ad Curiam Baronis, vt dicit *Afflict. in d.*
2 *Const. statuimus nu. 34. & 35. Vinc. de Franch. dec. 100 nu.*
20. non constito de fraude, vt alias iudicauimus secundum prædictos: sequitur *Carol. Tap. in dict. constit.*
3 *Ampliat. 7.* vel in priuilegio non adesset clausula non
obstante *l. vnic. C. quando Imper. inter pupil l. & vid.* quæ
4 clausula specialis requirebatur, nam alias sub generalibus verbis non comprehenderetur iuxta tradita per *Gramm. decisio. 20. Afflict. in Constit. Regni præsentis, & decis. 257.* Idem *Afflict. & Andr. in dict. constitut. Regni statuimus* vbi etiam *Tapia num. 30. Foller. in pract. crimin. versic. audiantur excusatores, Couar. pract. quæst. cap. 6. & 7. Vinc. de Franch. decis. 187. & 192.*

S V M M A R I V M.

1 *Appellari semel licet in causis miserabilium personarum ex statuto Bononiæ.*

2 *Mi-*

2 *Miserabilis dici potest, qui fortuna iniuria à prospero in miserum statum incidit.*
3 *Matrimonium ab eo dictum, quod per maritum mulier defendatur.*
4 *Nupta inutiliter, nec vidua, nec nupta vocatur.*
Mulier à marito coactus diuertere æquiperatur viduæ, ibidem.
Viduæ inter miserabiles connumerantur ibid.
5 *Vox (alij) denotat similitudinem, & refert omnes qualitates.*
6 *Francare quando non liceat post tempus limitatum.*
7 *Princeps supremus nequit tollere ius quæsitum.*

ARGVMENTVM.

Miserabilis quis dicatur, & num viro inutiliter nupta talis appelletur.

DECISIO XIV.

Ex Scaino decis. Rot. Bonon. 65.

OMisi lubens articulum propositum primo loco per informantes pro D. Liuia de Accursijs vtrum scilicet duæ sententiæ latæ ad eius fauorem constituerent rem iudicatam, postea quam vltimo loco per eos institutum fuit pronunciari super iustitia, vel iniustitia secundæ sententiæ, tametsi fortè non in probabiliter attentari posset duas constituere rem iudicatam inspecta qualitate personæ quasi verò ipsa D. Liuia inter miserabiles personas connumeranda, quarum fauore inductum est per Statutum sub *Rubrica Arbitr. de potestat.*
1 *in caus. pupill. in §. saluo etiam*, vt in huiusmodi causis semel tantum appellare liceat: vix autem est, vt iudex aliter arbitrari possit quam, quod ipsa non sit miserabi-
2 lis, quæ fortunæ iniuria à satis prospero in miserum statum inciderit iuxta *not. in l. 1. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* omni ferè substantia spoliata culpa mariti, ita vt qui ei solatio, ac solamini esse debuisset, vnde etiam matrimonium dictum quod per maritum mulier defendatur *Alexand. consil. 56. in princip. lib. 4.* magis oneri fuerit, & maximas eidem calamitates attulerit nec, inter viduas, nec inter nuptas connumeranda viro inutiliter nupta, à quo etiam iamdiu diuertere coacta fuerit, tales vero mulieres *Bald.* viduis æquiparat in *l. fin. Cod. de plagiar.* vt etiam late docet *D. Nouarius de elect. fori quæst. 8. sect. 1.* quas non est dubium inter miserabiles personas connumerari ex dispositione dicti statuti *de arbitr. dom. præst. in princip.* ponderando dictionem il-
3 lam (aliarum miserabilium personarum) posteaquam immediatè viduarum mentionem fecisset, quasi verò, & ipsæ viduæ miserabiles sint dicendæ cum vox *alij* de-
4 notet similitudinem, & referat omnes qualitates iuxta *not. in Authent. ex testamento, Cod. de collat. per Bald. in l. fin. C. de his qui à non Domino manumitt. Decian. resp. 96. num. 7. 8. lib. 2.* magis verò etiam miserabiles, quam vi-
5 duæ hoc modo nuptæ videntur, cum neque nuptæ verè dicantur, nec possint se ab illa miserabilitate eximere, quod viduæ possunt.

Verum hoc articulo omisso, aggrediendo merita causæ appellationis mihi commissæ, cum voto D. Giudii, resolui ego benè iudicatum per D. Iudicem à quo, qui sententiam Rotalem confirmauit iisdem rationibus a me latissime explicatis in decisione, quibus alias mota fuit ad iudicandum locationem factam per D. Liuiam Francisco de Muratoribus finitam pactumque francandi in ea oppositum extinctum, ipsique d. Liuiæ concedi debuisse petitam separationem *tornat.* 115. alias ei datarum insolutum a reliquis onnaturis D. Francisci iuxta periti relationem, & associationem eidem com-
6 missam confirmandam stante lapsu tempotis; vt alia prætermittam non modo conuentionalis, intra, quod, & facultas francandi, & locatio restringebatur, ita vt eo lapso non liceret amplius francare ex vi temporis limitati ad *Angel. consil. 199. Tiraq. de retractu. conuent. §. 1. glos. 2. num. 43.* vsque ad *num. 50.* sed etiam prorogaro per Illustrissimum Legatum intra quæ tempora, cum *D. Franciscus non soluerit lib. 7.* prædiumq; redemerit, intelligitur D. Liuiæ in reuocabiliter acquisitum, vt meritò obtinere debeat inseparatione petita, iure superueniente post motum iudicium, ex causa de præterito, vel magis excessatione impedimenti prorogationis scilicet factæ Francisco ipsa iam penitus consummata *arg. l. si rem, §. fin. ff. de pignor. act. l. si mandauero tibi, vt a titio, ff. mandati Alexand. consil. 78. ad finem lib. 1. Capyc. decis. 16. num. 6.* egerat enim ipsa ad reparationem tot naturarum sibi datarum insolutum quasi irreuocabiliter ipsarum domina effecta, lapso iam tempore locationis, & extincta facultate francandi superuenit impedimentum ex decreto prorogationis factæ per illustriss. Legatum forte etiam parum æquo, cum per illud tolleret ius parti quæsitum de gentiam iure, ex pacto scilicet, & conuentione iurata, nam tale ius, neque Supremus Princeps tollere potest derogando *regula de iur. quæstionem tollend. vt per Mandos. in explicat. d.*
7 *Reg. quæst. 53.* At verò cessante tali impedimento per quod facultas francandi reuixisse videri poterat, & consummato effectu prorogationis per lapsum triennij prorogati, nec facta interim francatione, imò vero neque longè postea iudicium conualidatum fuir, cum res ad eum statum redierit, qui erat ante prorogationem factam nulla scilicet amplius, aut locatione durante, aut vigente facultate francandi, itaque merito diximus confirmandam esse sententiam Domini Iudicis à quo quæ erat omninò conformis sententiæ Rotali.

SVMMARIVM.

1 *Ordin. lib. 3. tit. 4. §. 4. refertur.*
2 *Mulier honesta, quæ numquam nupsit, & sit in ætate sit, vt nubere possit, tamen priuilegio viduæ potitur.*

ARGVMENTVM.

An mulier honesta, quæ nunquam nupsit gaudeat priuilegio viduæ.

DECISIO XV.

Ex Cabedo decis. Rot. Lusitan. 180. part. 1.

1 CIrca *Ordin. lib. 3. tit. 4.* ibi, *Eodo ò que dito auemos à cerca das viuuas hauera tam ben lugas Emas molheres honestas, que honestamente viuerem posto qua numqua fossem causadas*, maximum dubium ortum fuit in Senatu anno 1585. cum quædam mulier, quæ tamen in ætate erat, vt nubere possit, & quæ honeste viueret, & esset sub clausura Monialium Monasterii Diuæ Claræ Pacis Iuliæ vellet ad Curiam vocare quendam in iudicium, an id posset facere.

Et aliqui dicebant, nam posse, eo quod etsi honestè viueret, & patrem non haberet, tamen erat in via ad nubendum, quo casu priuilegium ei non competit ex traditis per *Couar. pract. q. c. 7. nu. 2. versic. cæterum.*
2 Contrarium tamen iudicatum fuit, quod mulier illa priuilegio potiretur ex *text. in leg. malum, vbi Glos. in verbo viduam, ff. de verb. signific. Glos. in l. vlt. C. Ad leg. Flau. de plagiar.*

Facit

Facit text. in cap. viduam 34. distinct. & est in specie decisio Vincent. de Franch. decis. 100. per totam.

Et sic declarata fuit hæc ordinatio, & intellecta quod notandum est, & vide Tiraquell. cessante causa limit. 12. num. 4.

SVMARIVM.

1 Statutum Mutinæ de compromissis seruandum est.
2 Statutum de compromissis est fauorabile.
3 Compromissi statutum ligat etiam pupillos, & minores.
4 Filiusfamilias ligatur statuto de compromissis.
5 Compromittere cogitur etiam priuilegiatus stante statuto.
6 Minores, & pupilli possunt trahere causas ad Tribunal Principis.
7 L. vnic. C. quand. Imp. inter pupil. & vid. non censetur derogatum nisi in specie dicatur.
8 Pupillus, & minor diues an gaudeat priuilegio miserabilium personarum.
9 Diuitiæ in pupillo non tollunt eius priuilegium.
10 Pupillus non est qui viuit sub patria potestate, & non gaudet beneficio pupillorum.
11 Pupillus qui habet patrem non potest trahere causas ad Principem.
12 Filiusfamilias non potest facere actus iudiciales.
13 L. vnic. C. quand. Imp. non habet locum in filiofam.
14 Pater præsumitur diligere plus filium quam se ipsum.
15 Deputatio iudicum inducit derogationem iuris in contrarium.
16 Vno concesso omnia censeantur concessa per quæ deuenitur ad illud.

ARGVMENTVM.

Electio fori facta num impediatur ex compromisso petito à coniuncta persona.

DECISIO XVI.

Ex Ciarlinio controuers. 102.

CAusa quæ proponitur ventilanda inter consortes de Coccapanis non est committen. Illustrissimo Consilio iustitiæ vigore l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. sed est compromittendis arbitris eligenda iuxta formam statuti Mutinæ rubrica 103. lib. 2. versic. & quia magis, quo astringuntur coniuncti vsque ad quar-
1 tum gradum compromittere altera parte instante, & cum habeamus casum statuti nihil vlterius est quærendum l. ancillæ, C. de furtis, quia prius seruandum est statutum quam recurratur ad ius Ciuile §. ius autem Inst. de iur. natur.

Etenim statutum de compromissis faciendis non solum valet, sed etiam est fauorabile ad tollendas lites in-
2 ter affines Borell. de compromiss. §. 1. glos. 1. num. 18. & 19. cum sequent. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 115. num. 3. p. 1. vbi multos allegat, & propterea d. statutum de cau-
3 sis compromittendis ligat, & comprehendit etiam pupillos, & minores ad text. in l. fin. c. hæred. §. Lucius, ff. de admin. Tut. Bald. cons. 133. vers. 5. lib. 3. Maranta in Specul. p. 6. princip. 2. p. ind. 2. act. de comprom. nu. 8. Blanc. de comprom. q. 3. prin. num. 39. vers. pro alia parte, vbi disputat ad partes, & respondet contrariis Borell. de comprom. §. 1. gl. 3. num. 53. Carpan. ad statut. Mediol. capit. 115. num. 71 parte prima, late Scacc. in prax. iudic. lib. secundo, cap. secundo numer. 517. vsque ad numer. 530. vbi tollit omnia contraria Cyriac. controuers. 380. num. 27. lib. 2. adeo vt eodem statuto comprehendatur etiam filiusfamil. siue sub patris potestate existat siue emancipatus sit Carpan.
4 d. cap. 115. num. 69. 70. & 91. p. 1.

Non obstat minor ætas petentis compromissum eo quod sit priuilegiatus a dicta l. vnic. quia statutum de
5 compromissis ligat etiam in causis priuilegiatis Lancel. de Atten. p. 5. princ. c. 24 q. 25. nu. 21. 22. Carpan. ad statut. Mediol. d. cap. 115. nu. 14. p. 1.

6 Et propterea non nocet dict. leg. vnic. C. quando Imp. quæ tribuit pupillo, & miserabilibus personis priuilegium trahendi suos aduersarios ad Tribunal Principis, & est fauorabilis cui non censetur derogatum nisi specialiter dicatur Cyn. Angel. Fulgos. & Castrens. in d. leg.
7 vnica Franch. decis. 192. num. 6. 15. 16. Thesaur. decis. 177. nu. 9. Marches. de commiss. p. 2. §. 2. num. 12. 13. Gratian. discept. 182. nu. 10.

8 Quia primo dicere possum dictæ leg. non habere locum in pupillo, vel minore diuite quia tunc non est miserabilis persona Innocent. in capit. significantibus vbi Imol. de officio delegat. Alexand. consil. 121. num. 14. libr. 1. Ruin. in leg. 1. num. 96. vbi Soccin. Iun. numer. 189. ff. solut. matrimon. Iason. in leg. Titio Textores num. 6. de leg. primo
9 Bero. cons. 74. numer. 20. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 1064. num. 3. Marta voto 209. numer. 5. qui in terminis loquitur.

10 Verum quia melius alii senserunt d. priuilegium procedere, etiam in pupillo diuite Roland. cons. 76. numer. 45. lib. 1. Mascard. dict. conclus. 1064. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. num. 5. 11. Giurb. decis. eiu. 82. num. 8. ideò verius dico quod priuilegium l. vnic. non competit aduersario nostro quia propriè non est pupillus neque minor cum pupillus ille dicatur, qui est sine patre ad text. in l. pupillus, ff. de verbor. significat. & ideo ille qui habet patrem, & est sub eius potestate non gaudet dicto beneficio, nec comprehenditur in d. l. vnica, Codic.
11 quando Imperat. vt ibidem dicit pulchrè gloss. in verbo contra pupillum, & sentit Castr. in Rubric. Cod. eod. tit. Couarr. practic. quæstionum cap. 6. num. 2. vers. nos, ac pulchrè Franch. dict. decis. 100. num. 15. 16. & 17. vbi in pupillo masculo id admittit sine dubio quia patre existente pu-
12 pillus, vel minor non potest facere actus iudiciales sed omnia sunt facienda per patrem vti legitimum administratorem de quo lex satis confidit.

Vnde nostro aduersario non prodest beneficium d. l. quia adhoc vt quis gaudeat illius priuilegio debet care-
13 re saltem patre Grat. discep 182. num. 1. in fine, & sic si non conueniunt verba neque etiam mens, & ratio d. l. vnic. quæ miserationis gratia pupillos ita priuilegiauit quia gubernantur à tutoribus qui plerumque in eorum officio delinquunt vt post Menoch. de arbitr. iudicat. casu 66. in addit. numer. 9. inquit Gratian. dict. disceptat. 162. num. 2. sed aduersarius non à tutore sed à patre gubernari debet qui præsumitur plus dilegere filium quam se
14 ipsum ad text. in lege isti quidem §. hoc. quæ verb. magis vbi gloss. ff. quod metus causa, §. fin. instit. de nox. act. ergo lex prædicta non potest sortiri effectum in filiofam. qui est sub potestate patris.

Cum igitur aduersarius noster non fruatur beneficiò dict. leg. vnic. nihil est quod respondeamus iis, quæ adducuntur in contrarium, & præcipuè dum dicitur esse necessariam d. l. vn. specialem derogationem tamen ex abundanti dico statutum satis specialiter derogasse cum attinentibus certos deputauit Iudices scilicet arbitros compromissarios, quia tunc comprehenduntur etiam priuilegiati ita respondet Gratian. dict. discept. 182. num. 14. 15. 16. Marchesan. de commiss. Auoc. caus. part. secunda, §. 2. num. 102. & censuit Rota in vna Bononiens. 12. May 1594. de qua Zacch. ad Gales. de obligat. Cam. decis. 93. num. 6. & 7. vbi ponunt multa similia: etenim si minor, & pupillus comprehenduntur in dict. statuto, & cogi possunt ad compromittendum necessarium est quod non possint recurrere ad dict. leg. vnic. quia hæc non se compatiuntur alloquin statuto posset facilè excludi, etenim id esset absurdum, & vt effectum
16 habeatur censendum est derogasse aliis remediis,

quia

quia vno concesso omnia videntur concessa per quæ ducuntur ad illud *l.2.ff.de iurisdict.omn.Iud.§.licet in fine instit.quibus ex causis maior. Orlud. Sacc.cons.145.nu.16.lib.2.*

Non obstat quod statutum loquatur de causis coram aliquo Magistratu communis Mutinæ motis; hæc autem causa non ventilatur coram simili Magistratu sed Principe: Nam sufficit nobis, quod aduersarius non habeat priuilegium trahendi causam ad Principem quia non vtitur viuere pupilli, vel minoris, sed iure filiifam. existentis sub potestate patris, qui non habet aliquod priuilegium vt visum est.

Deinde Respondeo, quod hæc causa primogenituræ fuit introducta coram Prætore Carpi sub cuius iurisdictione sunt bona controuersa, & pars vtraque petiit tenutam, vt ex actis illius fori, & sic ab initio non fuit introducta coram Principe, sed coram Prætore.

Verum si dicatur, quod Pretor Carpi non est Magistratu communis Mutinæ, & sic hic locum habere non posse statutum Mutinensis: nam respondeo, quod si ratione loci iudicii, vel bonorum placet recurrrre ad statuta illius Terræ idem est dicendum, quia in d.Terra adest *statutum Carpi lib.2.Rubr.31.* quod astringit similiter coniunctos ad compromittendum.

Non ergo compromissum potest euitari, quia statutum in primis est seruandum *leg. omnes populi de Iust. & iur.* quia aduersarius non est priuilegiatus, vt causam possit trahere ad Tribunal Principis, vt vidimus, & ita iuris esse censeo saluo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua tandiu gaudent priuilegijs maritorum, quandiu in viduitate manent, post mortem illorum.*
2 *Quod etiam procedit in priuilegijs exorbitantibus.*
3 *Item in priuilegijs, quæ conceduntur ratione dignitatis innata secus in illis, quæ competebant marito ratione alicuius officij publici.*
4 *Idem habet locum, in priuilegijs ab ipso iure communi contra regulas eiusdem iuris communis introductis: secus in priuilegijs statutorum contra ipsum ius commune.*
5 *Vxor vidua commendatarij non gaudet priuilegio mariti mortui ad hoc, vt gabellam soluere non debeat.*

A R G V M E N T V M.

Vidua priuilegiati viri an eiusdem gaudeat priuilegijs.

D E C I S I O XVII.

Ex Cabedo decis. Lusitaniæ 98. part.1.

1 VXores viduæ post mortem maritorum quandiu, manent in viduitate vtuntur priuilegiis maritorum *l.fæmina,* & ibi *Alber.* post *princip. ff.de Senatorib.l.filij, §.vidua,ff.ad Municipal.l.cum te.* Et ibi *Bald.C.de nupt.cap.15. qui §.mulier de sepulturis lib.6. gloss. in Clement.ne Romani verb. vacare, & ibi Imol. & Barbat. de electione Aug.Paul. & Recentiores in l.cum quadam puella ff. de iurisdictione omnium iudicum Tiraquell. in tractat. cessante causa 1.p.nu.107. & de nobilitate cap.18.num.5. Guid.Pap.decis.379. & 380.*

2 Amplia procedere etiam in priuilegiis exorbitantibus per *leg.2.* & ibi *Bartol.& Ioan.a Plat.C.de priuilegijs scholar.libr.12.Aretin.* qui eum *text.* adhoc dicit notabilem *in c.super eo.col.1. de testibus, Alexand.* qui id declarat *consil.207.column.2. libr.6.* sequitur *Tiraquell. dict. tractat, cessante causa num.107. & de nobilitate cap.18.num.8.*

3 Declara procedere in priuilegiis, quæ conceduntur ratione dignitatis innatæ, quia tunc priuilegia competunt vxoribus mortuis maritis per *d.leg.fæmine*, vt sentiunt *Cyn. Alberic. Salycet. & Paul.in l.2. Cod.de Episc. & Cleric.* quos sequitur, & citat *Tiraquell. in d.tractat. cessante causa nu.108.* secus in priuilegiis quæ competebant marito ratione officii alicuius publici secundum eundem *Tiraquel.ibidem.* Quem vide qui subdit, quod, idem est: quando priuilegium conceditur ratione necessitatis, quia tunc ad vxores non transit sicuti, nec ad filios.

4 Limita quoque in priuilegiis ad ipso iure communi introductis contra regulas eiusdem iuris, quia hæc transeunt ad vxores secus in priuilegiis statutorum contra ipsum ius commune, vt per multa notabiliter concludit *Alex.d.consil.207.col.2.vers.quinto,quia dato, & col.5.vers.non obstat quinto lib.6.* & sequitur, & commendat *Tiraq.in d.tract.de nobilit.c.18.nu.8.*

5 Et ita iudicatum fuit anno 1586. in Tribunali Regij patrimonii, quod vxor quædam vidua cuiusdam commendatarii ordinis Christi, quæ contendebat ratione priuilegii, quod maritus habebat tanquam commendatarius gabellam non soluere, iuxta *extr anag.p.5.tit.3.leg.13.* non poterat vti, nec gaudere tali priuilegio, & quod priuilegium illud non est datum ratione dignitatis innatæ, vt supra diximus, sed datum commendatario ab extra vt sic loquamur. Et ob id non transit ad vxorem, facit quod tradit *Alex. d.consil.107.* Et vide latè de materia *Barbos. in lege quia tale à princ. ff. solut. matrimonio,* vbi diffuse materiam hanc pertractat, *& Otalor.de nobil.4.p.c.8. per totum.*

S V M M A R I V M.

1 *Confiscatio fit ratione delicti.*
2 *Bona sequuntur conditionem personæ.*
Personam cognoscens cognoscit etiam, & eius bona ibid.
3 *Princeps concurrit cum vassallis, & quolibet ordinario inferiore in exercitio.*
4 *Confiscationes sunt de regalijs, & possunt aliis concedi per Regem,num.20.*
5 *Vidua, &c. quando eligunt forum principis, & M.Cur. officiales inferiores fiunt incompetentes, & omnia alias mox facta essent nulla.*
6 *Confiscatio spectat ad Principem quoties per vassallum Baronis non est obtemperatum ipsi Principi, & num.30. idem in crimine læsæ Maiestatis, numer.7. & hæresis, num.8.*
Principi immediatè spectat pœna, & confiscatio incursa per vassallum vassalli sui ob contemptum, ibid.
7 *Læsæ Maiestatis crimen si est commissum per vassallum Baronis, cui competat confiscatio Baroni an Regi.*
8 *Hæresis in crimine bona vassallorum Baronum cui applicentur.*
9 *Saluaguardia concessa per Principem vassallo Baronis, & per eum fracta, pœna competit Principi, & non Baroni.*
Saluaguardia est de regalijs.ibid.
10 *Vassallus vassalli mei, licet non sit meus vassallus, fallit in Rege, quia vassallus vassalli regis est ipsius Regis.*
11 *Confiscationes, & commoda pœnarum competunt habentibus merum, & mixtum imperium. nu.20.*
Merum, & mixtum imperium habentes dicuntur habere omnia iura vtilia priuatiue ibid.
12 *Fiscales Comitum Baronum, &c. sunt subrogati Fisco Regis quoad quadam.*
Fiscus quisque occupat bona sibi subiecta,ibid.
13 *Barones habentes merum, & mixtum imperium non debent turbari in iurisdictione eorum etiam per principem, qui non potest se intromittere, & habent confiscationes, ibid.*
Barones si inuestiti sunt de iurisdictione per Principem, vassalli, & eorum bona spectant ad eos,ibid.
14 *Antiquissimum tempus inducit titulum, ac priuilegium.*
Iurisdictiones probantur ex possessione per antiquissimum tempus,ibid.
Titulus præsumitur ex antiquitate temporis,ibid.
15 *Merum, ac mixtum imperium concessum ex causa onerosa*

tanto

tanto magis efficax est, & fructus iurisdictionis spectant ad inuestitum, num. 16.

Iurisdictionis fructus pertinent ad vassallos Barones, &c. inuestitos, ibid.

17 *Confiscationes non solum competunt officialibus Regijs, sed Baronibus inuestitis de eis.*

18 *Merum, & mixtum imperium habens dicitur procurator fisci in rem suam excessione.*

19 *Merum, & mixtum imperium habentes habent mulctas confiscationes, & publicationes bonorum.*

21 *Confiscatio spectat ad eum fiscum, in cuius territorio sunt bona, & num seq.*

Fiscales bursæ quoties sunt diuersæ, confiscatio spectat ad eum fiscum, vbi bona sunt in suo territorio, ibidem.

22 *Confiscatio est realis, & sequitur rem tàm instabilibus, quàm mobilibus, cum seqq.*

23 *Confiscatio est translatio dominij rerum de vno in alium, tam de mobilibus, quam stabilibus, maximè in territorio existentium num. 24.*

25 *Prauentio si est facta per officiales, illi debent cognoscere, & acta sunt valida, nec per accusationem superuenientem extinguntur.*

Accusatore superueniente non deletur inquisitio incepta per fiscum, ibid.

26 *Bannitus semel potest iterum banniri.*

27 *Confiscationis in materia si vnus praeuenit, & negotium deciditur in alia sede, competit primo confiscatio.*

Fiscus acquirit dominium in confiscatis rebus absque traditione, nec possessione.

29 *Iurisdictio semel infeudata numquam expirat.*

30 *Pena, confiscationes, & mulcta incursa per vassallos Baronum spectant ad principem eius inobedientiam, & non baroni.*

31 *Merum, & mixtum imperium si est concessum cum reseruatione aliquorum, potest princeps cognoscere.*

Vidua, pupilli, &c. si eligunt forum Principis possunt redeclinare ad eorum Iudicem ordinarium.

ARGVMENTVM.

Viduæ si in criminalibus eligunt forum Principis, & M. R. C. confiscatio bonorum an spectat ad Regium Fiscum, vel ad Barones inuestitos de mero imperio.

DECISIO XVIII.

Ex Muta decis. 29.

DIscussum fuit coram M. R. C. sedis criminalis si ad instantiam illustr. Comitis Mohae debuisset deleri, & cancellari quædam iniunctio, siue sequestrum olim facta die 11. Ianuarij 1616. per Sp. Baldassarem de Cannizariis tunc delegatum in causa Paulo la Restia veluti Gubernatori d. status, vt teneret sequestrata nomine Procuratoris regii fisci omnia bona Antonii de Salemi, & consortium tamquam confiscata, & acquisita ipsi regio fisco; in quo articulo ex scripturis ad effectum, & contrarium effectum missis erat videndum si confiscatio dictorum bonorum spectabat ad ipsum regium fiscum, vel ad dicto illustris. Comitem, ex facto enim eliciebatur, quod in anno 1615. 1. Septembris fuerant captæ informationes per Curiam d. Comitatus contra ipsum de Salemi, & complices de quadam nece appostato modo cum assassinio condam D. Cæsaris de Palermo, & Antonii de Aurifice, vigore quarum ob contumaciam fuerant 2. eiusdem mensis Septembris ipsi persecuti banniti, & pariter illinc ad tempora condemnati ad confiscationem omnium bonorum si per quadrimestre perseuerauerint in banno in forma. Sed quia 8. Octobris iidem prosecuti fuerunt accusati coram dict. Mag. Reg. Cur. per sororem Adeodatam Scalone, & Annam l'Aurifici viduas eligentes, vt solet, forum Principis, & M. R. Curiæ, & fuit destinatus Delegatus, & Arm. Capitaneus dict. Sp. de Cannizariis, & 26. Decembris cœpit informationem.

Ob id stante electione dicti fori Principis, & M. Reg. Cur. per dictas accusatrices ex duabus rationibus prætendebatur ex parte ipsius regii fisci confiscationem spectare ad se, prima, quia eum cognoscat de delicto, debeat etiam habere omnia accessoria, & consequenter confiscationes, & commoda pænarum, quia aliter esse Principi damnosum, & inutile, pro secutionem, & inquisitionem facere de dicto delicto, & carere effectibus, commoditatibus, emolumentis, & commodis pænarum, ac confisca-
1 tionum, quæ vniuersaliter appendices ad delictum, sine quo non, DD. *in auth. bona damnatorum, C. de bo. proscr. Aret. in tract. de malefic. ver. & eius bona, & ibi Arimin. Bar. in lege fin. §. si ff. de bon. damnat. Clar. in §. homicidium nu. 22. & seqq. Franc. Lucan. in tract. de priuil. fisci Boer. Cephal. Bal. Aret. & mille, de quibus per Farin. tit. de delict. & pæn. quest. 25. num. 7. cum seqq. tom. 1.* stante quia vna semel quod Princeps cognoscit de vassallis baronum, Comitum, & similium, & sic de eorum personis, dicatur etiam habere bona, ex quo secuntur conditionem personæ,
2 *arg. tex. l. magis. puto, §. illud quæri, ff. de reb. eorum, l. 1. C. de impon. lucr. de script. leg. scripto, §. fin. de muneribus. & honorib. Paul. de Cast. consil. 339.* primum quæsitum, *num. 1. vol. 1. & per l. Paulus, ff. de acquir. hær. c. si Laicus in fine de iurepatr. Io. de Anan. in cap. 1. de immunit. Eccl.* & sic dum Princeps, & Mag. Curiæ incepit habere potestatem super personas dictorum delinquentium, habere etiam censetur iurisdictionem super rebus, vbiq; quæsitis, adeo, vt potuerit confiscare subdit optime ipse *Paul. de Cast. num. 2. arg. tutoris,* qui eo ipso quod est datus administrator, & tutor à Iudice domicilij, vel originis stante, quod habet personam in sua iurisditione, censetur datus ad vniuersum patrimonium, etiam vbique situm, & acquirit in illo
3 potestatem, imò dicitur hoc casu Princeps non obstantibus concessionibus dictarum iurisdictionum concurrere cum vassallis, & quocunq; inferiore in exercitio, *vt post Gam. Archid. Io. Andr. Ant. Sol. Vasq. Natt. Rol. Rip. Surd. Put. Sacc. & alios posui in c. 60. Regni Regis Martini, num. 15. & 16. tom. 3.* sicuti posui ibidem num. 6. de M. C. quæ similiter concurrit cum quolibet ordinario, nec dicitur abdicasse potestatem suam *c. dudum, §. nos igitur de prebend. in 6. plura infert. Surd. loco citato, num. 17.* maximè cum sit confisca-
4 tio ipsa de regaliis, & de reseruatis Principi, vt dixi *in c. Regni 456. Regis Alphonsi sub versic. & quia §. 40. to. 5. ex Roma. cons. 59. nu. 2.* vbi ait esse de reseruatis Principi, nullique competere, nisi positis in summa dignitate *Cyn. in l. vnic. C. ne sin. iussu. princip. vbi Ang.* exemplificat in Regib. & aliis, *Rim. Iun. cons. 327.*

Secunda ratione prætendebat ipse regius fiscus,
5 semel ac fuit facta per ipsas viduas, & similes personas declinatio de ordinario Iudice dicto Comitatus ad extraordinarium, & sic ad Mag. Reu. Curiæ videbantur ipsi officiales effecti incompetentes propter vim, & efficaciam, *l. vnica C. quand. imperat. int. pupill. & vid.* ita vt absque aliqua inhibitione, nec poterant vltrò progredi, imo acta essent ipso iure nulla, vt recordor posuisse *in consuet. Pan. c. 3. nu. 42. ex Vinc. de Franc. dec. 294. const. Regni statuimus rubr. 27. de off. Magist. Iustit. & ibi Iser. & Affl. & per Foller. ibidem citatum per ipsum de Franchis,* ergò auocationis causarum, vt suis locis *dixi in cap. Regni 16. Regis Iacobi to. 1. & in c. 18. Regis Fed. tomo. 2. addo Gemin. cons. 47. in prin. n. 1.* maximè cum clausula irritatoria, & per tradita *à Card. Tusch. verbo auocatio concl. 562. to. 1.*

Nec est nouum inueniri multòs casus, in quibus confiscatio, & pœnæ spectent ad principem, non autem ad vassallum Principis, esto, quod pœna sint occasionatæ ob delicta vassalli Principis inuestiti de omni imperio, ac iurisdictione, vnde videmus quod v. gratia quis contrauenit edicto Principis ratione talis con-
6 temptus facti per vassallum vassalli ipsius Principis pœna non spectabit ad vassallum Principis, sed ad ipsum Principem, qui principaliter læsus fuit, vt habeat suæ iniuriæ vlctionem, *lege cum emancipati, §. emancipatus, ff. de collat. bon. Bar. in §. & hanc in auth. quomodo oport. Episc. Surd. cons. 152. num. 16. vol. 2. post Bal. in c. 1. col. pen. de c. qui cur. vend. Brun. cons. 31. num. 18. Natt. cons. 580. nu. 6. & seq. l. imperialē, §. illud de prohib. feud. alie. per Feder. idem Natt. cons. 119. num. 1. & cons. 600. num. 2. Thesaur. d. cons. loco citato, sub num. 22. & cons. 24. & per ea, quæ subdam infra nu.* 30. Sic videmus in crimine læsæ maiesta-
7 tis commisso per subditum vassalli in dominum directum immediatum, in quo vbi confiscatio facta est, ipsa confiscatio, & pœna spectat ad dominum immediatum, non autem ad Dominum mediatum, vt subdit ipsemet *Surdus dicto num. 15. ex eod. Natt. dicto consil. 580. Amed. in qq. Laudimialibus, quæst. 24. col. 5. consimilibus, Guid. Pap. q. 41. Oldr. cons. 148. Boss. Bellamer. Crauett. Gram. cons. 78. nu. 21. & seq. lib. 3. Masuer. in pract. tit. de pæn. n. 16. Boss. ead. tit. n. 28. Roland. d. cons. 78. per tot. vol. 2. & consil. 73. volum. 4. Farin. dicto tit. de pæn. & delict. d. q. 25. num. 105. & & sequ. & alij de quibus per ipsum Surd. d. cons. 152. nu.*
8 26. Sicut videmus in crimine hæreticorum, quorum bona iam confiscantur ad tradita *latè in c. Regni 52. Regis Iacobi num. 24. tom. 1. ex dictis per Guid. Pap. q. 76. Brun. cons. 31. num.* 12. quod confiscationes non applicantur vassallis mediatis, & per tradita *à Boss. tit. de hær. num. 34. Aym. Crauet. cons. 128. num. 6. & ex Gunn. dissalu. de Villadego in trac. de hær. q. 15. nu. 3.* vbi refert quandam consuetudinem tripartiendi bona hæreticorum, in tres partes quam refert ipse *Farin. dicta q. 25. num.* 104. licet per Pontificias constitutiones sit in hoc specialiter sancitum, *vt ex Martin. Laudens. Rol. Amed. & alijs. subdit ipse Surd. d. consil. 152. sub id. nu.* 14. Sic videmus quod saluaguardia à Principe concessa subdito vassalli Principis, & per illum fracta, non aliter puto eam applicandam fisco vassalli, sed fisco Principis, cum sit de eius regalijs, & dixi lo *consuet. Pan. c. 79. num.* 16. eam concedere solens quando aliqui timent offendi ab eorum aduersarijs, *vt post Bar. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. Præsid. aut Nicol. Boer. decisio. 168. num. 13. Aufr. decis. 489. & in clem. 1. fall. 2. 1. regul. Masuer. tit. de iniur. vers. item serviens, idem Boer. decis. 297. sub num. 8. Guid. Papa decis. 56. &* 418. & prout ita per M. R. C. expediri solent literæ, *vt in cap. Regni 456. sub dicto versiculo, & quia. §. 41. dicto tomo* 5. quidquid dixerit. *Iason. consil. 57. volume* 3. & parcat mihi in hoc *Surd. dicto consil. 152. sub num.* 14. & licet dicatur quod vassallus vassalli mei non sit meus vassallus, nihilominus non est vera hæc conclusio in Rege, quia vassallus vassalli Regis, est ipsius Regis vassallus, vt late post *Natt. Auall. Surd. Bart. Rimin. Bursat. Menoch. Gabr. Frecc. Bonifac. de Roger. Intrigl. Cagnol. Alciat. Rouescal. & alios tradidi in c. Regni Siciliæ 35. Regis Iacobi num. 55. & 100. tom. 1. & in d. c. 10. Regis Martini num. 91. & c. 54. num. 33. to. 3.*

Pro parte vero dicti Illustr. Comitis ipsius status Mohac dicebatur Primo confiscationem prædictam omnino sibi spectare, quia si respiciebatur ad illud sequestrum factum per ipsum delegatum eo tempore xj. Ianuarij, iam antea erat facta reclinatio per ipsas accusatrices, vt exactis apparebat vltimo Decembris dicti anni 1615. & stante iterum alia electione dicti fori Comitatus lapso iam quadrimestri 2. Februarij fuerant illa bona olim inuentariata incorporata fisco d. Comitis, & pro eo d. Paulo la ristia gubernatori, & consequenter, stante qui ipse Comes Mohac, vt ex priuilegijs demonstrabat, habebat in homines totius d. Comitatus omnimodam iurisdictionem criminalem, & ciuilem cū
11 mero, ac mixto imperio, & commoda pœnarum, ac confiscationes abdicatiuas ad M.C. videbantur translatæ per suam Catholicam Maiestatem inuestientem in ipsum Comitem omnia iuria vtilia cum effectu omniū causarum priuatiuè, vt subdam inferius, *num. 20. ex Bald. in l. 1. tit. C. de hær. vel act. vend. & ita post Cumiam Affl. Frec. Capy. Fabr. Roma. Pedam. Guid. Pap. Capoll. Duegn. & alios posui in cap. Regin. 35. Regis Iacobi num. 44. & 45. tom.* 1. vbi quòd Comites, & Barones habent iura confiscationum ex mero imperio concesso, vt latissimè scripsi *in cap. Regni 10 Regis Martini, num. 10. tom. 3. vbi addidi Rouit. Feller. Vincen. de Franc. Pancir. Menoch. & Surd. adiungo post Oldr. consil. 17. Boer. decis. 264. Tusch. verbo confiscatio concl. 715. d. tom. 2. Brun. cons. 31. & cons. 47. num. 7. Boss. tit. de pæn. num. 25. Natt. cons. 80. n. 4. Rol. à Vall. cons. 21. num. 10. cum multis relatis per Gaspar. Thesaur. in cons.* pro vassallis patriæ Pedamontanæ contra Fiscum Ducalem d. status, quod consilium est impressum post *decis. 132. Ant. Thesauri nu. 1. cum seqq.* quinimo id quod faciebat fiscus Comitis, tantum erat, quantum si effectuatum esset per Fiscum domini Regis cum sit
12 subrogatus quoad istud propositum, vt post *Natt. Surd. Amed. Brun. Georg. Azo. Card. Roland. & simile; dixi in dicto cap. Regni 20. Regis Martini, nume. 9. & in pragm. 1. titul. 1. num. 36. tom. 1. pragmaticarum*, ideoq; tunc vnusquisque fiscus occupat bona sibi subiecta, vt ait ipse *Natt. dicto cons. 580. num.* 14.

Ratio est, quia aliter vassallus Baro, Comes, &c.
13 molestaretur per Principem in sua iurisdictione, & exercitio ipsius turbaretur, quod esse non debet, cum non possit se intromittere in causis eorum subditorum, vt voluit idem *Brun. consil. 169. lib. 2. & prout posui in d. cap. 10. Regis Martini num. 25. cum seqq. & num.* 53. nisi in certis casibus quos enarraui in *d. c. in illis declarationibus à num. 73. vsque ad fin.* essetque plantare, & seminare in loco vassallorum, & non in re propria ipsius Principis, quod esse non debet, quia tam locus, quam homines, eorum, bona spectant ad vassallum inuestitutum, & non ad dominum inuestientem vt subdit ipse *Surdus dicto num.* 152. *num.* 8. 9.
14 ex tam antiquissimo tempore per quod semper stetit in possessione, & hac de causa, & vim tituli, & concessionis habebat, *Bellug. in Spec. princ. rubr. 32. versic. de effectu imperij nu. 17. Tiraq. de præscript. §. 2. gl. 4. vers. 31. Paris. cons. 114. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 24. num. 15. lib. 5. Decia. Bero. Natt. Soccin. & alij de quibus per Pedam. vbi supra, & posui in consuet. Pan. cap. 291 n. 54. & ita post Alex. cons. 35. lib. 2. Io. Monac. in cap. 2. de præb. Abb. cons. 20. lib. 1. Io. Ign. in repet. 6. non alias num. 990. Hostiens. Ias. Paris. Couarru. Ant. Padill. & alios testatur V. I. D. Ant. Xibecca Prothonotarius in suo tractat. de Regia Monarch. adhuc non impresso, num. 54. & clarius posui in cap. 34. Regis Alph. num. 4. tom. 4. & in cap. 35. Regis Martini, num. 9. tom.* 3. vbi quòd iurisdictiones probantur ex antiquissimo tempore, eo magis, quia dicta concessio, & inuestitio de dicto mero,
14 ac mixto imperio facta in personam antecessorum ipsius dommini Comitis, erat facta ex causa non aliter lucratiua, sed onerosa vt priuilegiis demonstrabatur, per *lege Imperialis, §. præterea de prohibit. feud. alie. per Federic. ex eodem Thesaur.* cum aliis per eum relatis, & consequenter si de dicto mero, mixtoque imperio
16 erat inuestitus ipse D. Comes vtiq; fructus iurisdictionis ad eum spectare debebant, veluti iurisdictionem exercentem, *ex not. in titulo quæ sint regal. Paris. cons. 106. nu. 3. vol. 1. Ruy. cons. 193. nu. 2. vol. 2. Boss. d. tit. de pænis n. 22. Decia. cons. 35. in fin. lib. 2. Molin. de primog. Hisp. cap. 25. nu. 22. lib. 1. Tiraq. Surd. Rim. Iun. Roman. Iac. de S. Georg. Petr. de Greg. & alij, de quibus per D. Gas. Mastrill. dec. 12. in princ. & decis. 140. n. 15. cum seq. lib.* 2. tamquam inuestitū de ipsa iurisdictione adhuc priuatiuè, *ex Bart. Bal. Paul. de Castr. Alex. in l. fin. & in l. diuortio, §. si fundum, ff. solut. matr. Ias. in l. imperium, n. 5. & 10. ff. de iurisdict. tom. ind. Pet. à Plach. in epit. delict. cap. 23. n. 10. Cranet. cons. 128. Cassan. super consue. Burgun. tit. des confiscationes, §. 1. per tot. Rim. Iun. in d.*

in d. l. imperium, colum. 2. ff. de iurisd. om. iud. Castrens.
cons. 358. Commodum lib. 1. cum similibus citatis per
Thesaur. loco citato, num. 5. Amed. Apont. in quæstio-
nib. laudemialib. quæst. 24. per tot. Tiraqu. de retr. con-
sang. §. 5. glo. 4. num. 18. Ant. Sola super constit. Pe-
dam. tit. de accusat. decret. ne malitia, glos. vlt. num. 8.
Natt. d. cons. 580. num. 15. Ball. in adnotationibus ad
pragm. Regni tit. 68. num. 13. cum seq. qui loquitur in
puncto, & refert decisa in simili negotio, Osasc. Pedem.
dec. 266. n. 10. Brun. cons. 31. col. 3. cum sim. & ob id
est sublata illa opinio, quam tenuit, Boer. dec. 264. n. 5.
17 qui loquendo de Baronibus Franciæ dicebat quòd li-
cet habeant merum imperium non tamen faciunt con-
fiscationes, sed soli iudices Regij de consuetudine, quia
non sumus in illis terminis. imò ipse Boer. non negat
alijs competere ex iussu Principis, vt ibi per eum in
prin. latè Capyc. decis. 130. numer. 40. & seq. Clar.
in dicto §. fin. d. quæst. 78. stantibus amplissimis priui-
legiis, ex specifica concessione facta per D. Regem,
dict. l. vnica, C. ne sin. iuss. princ. & ibi Odoffr. Bella-
pert. Cyn. Bal. Angel. & Salicet. Cepoll. consil. 17. nu-
mer. 17. Iacob. Menoch. de arbitr. quæst. 93. per totum
Oldr. ad dict. consil. 17. num. 10. Alexan. consil. 117.
num. 12. lib. 2. Rimin. Iun. consil. 327. num. 1. & num.
10. Clar. in ead. quæst. 78. vers. sed nunquid. Io. de Anan.
in cap. vergentis nu. 21. de hæret. Tib. Nm. cons. 104. nu.
18. & seq. vbi de com. opin. Bertaz. cons. 107. in princ.
late D. Card. Tusch. concl. 715. verbo confiscatio, tom. 2.
Et quod erat plus, addebatur ex parte d. Comitis quod
ipse ex dictis priuilegiis sibi concessis de dicto mero,
18 & mixto imperio inuestito dicebatur procurator re-
gii fisci in rem suam ex cessione Roland. à Vall. d. cons.
78. nu. 19. lib. 2. & Bal. in l. 1. C. de hær. & actio. vend.
Cuman. cons. 161. col. pen. Boss. tit. de regalijs, n. 15. &
in tit. de pæn. num. 25. Farinac. de delict. & pænis, quæst.
25. sub num. 103. to. 1. vbi quòd vassallus eo ipso, quòd
est inuestitus de mero, & mixto imperio nedum habe-
19 re debet subditorum mulctas, quę meri imperii sunt,
verum, & confiscationes, & publicationes bonorum,
ex Luc. de Pen. in l. 1. col. pen. C. de priuil. scholar. lib.
12. Paul. de Castr. cons. 61. num. 353. vol. 1. Iacobin. de
S. Georg. de feudis verbo cum mero, & mixto imperio col.
2. Aluarot. Prap. Bal. & alij per ipsum Farin.

Et licet verum sit confiscationes esse de regalijs, vt
20 vidimus superius numer. 4. nihilominus iam dicto
Illustriss. Comes tamquam ille, qui hæc talia habe-
bat ex concessione sibi facta dictorum regalium circa
ipsam specificam confiscationem ijsdem fulgebat, ita
Angel. consil. 357. num. 3. in fine Alexand. consil. 31.
num. 4. lib. primo. à Vall. ead. cons. 73. num. 20. lib. 2.
Tusc. verbo confiscatio conclus. 712. d. tom. 2. vbi subdit
num. 3. quòd qui habet fiscum, & merum, & mixtum
imperium, habet etiam confiscationem, tetigi sup.
numer. 11. Decian. dicto consil. 35. num. 64. lib. 1. Rol. à
Vall. loco citato, nu. 18. & seq. & ita post Boer. d. decis.
264. Roman. Oldra. & alios subdit ipse Tusc. d. cons. 715.
vbi quòd si est demandata aliis officialibus, & concessa
competit num. 6. & 7. per tex. in d. l. vnica Cod. ne sin.
iuss. princ. vbi Odoffr. Cy. Bellapert. Fulgos. & Bal. An-
gel. & Sal. Cepoll. Menoch. Alex. Oldr. Ias. consil. 46.
num. 5. lib. 3. Rimi. Iun. cons. 327. num. 1. & 10. Ber-
taz. Tob. Non. cons. 104. num. 18. Clar. Io. de Ana. &
sim. per ipsum Tusc. qui de com. opi. testatur Bero. consil.
74. num. 16. lib. 1. Apont. dict. quæst. 24. Decia. con. 41.
num. 41. & 47. lib. 2. Thesaur. vbi supra num. 46.

Tanto magis dicebatur secundo ex parte dictis Co-
mitis Mohac, quia illa bona, quæ prætendebantur con-
fiscata per ipsum, & eius officiales, non erant aliter
extra suum territorium sed in suo, quo casu erat
21 impossibile tractare quod confiscatio spectaret ad
regium fiscum duplici ratione vna quia confiscatio
non erat vigore iuris communis. nempè in casu hæ-
resis, aut criminis læsæ maiestatis, item quia non
erat vna, nec eadem bursa fiscalis, sed plures, quo casu
potuisset confiscatio trahi ad bona extra territorium,
vt post tex. in l. si quando C. de bon. vacant. lib. 11. leg.
quicumq. §. vniuersi, C. de hær. cum concord. Clar. d. q.
78. vers. sed hic quæro Suarez in com. opinionib. verbo.
confiscatio num. 267. Brun. consil. 31. feudal. numer. 15.
Plot. cons. crim. diuers. 130. num. 15. vol. 1. Rol. in cons.
8. vol. 3. & d. cons. 78. nu. 14. vol. 2. & in tract. de Incr.
dot. quæst. 20. nu. 10. Roman. singul. 272. Nell. Corrad.
Misner. Bolognin. Bal. Alber. & multi. de quibus per
Farin. d. tit. de delict. & pænis d. quæst. 25. nu. 101. tom.
1. & seq. vbi dicit spectare ad feudatarium, & non ad
dominum directum, ex Afflict. decision. 252. in fin.
Guid. Pap. quæst. 76. Rol. dicto cons. 78. Cravet. consil.
128. num. 3. & seq. Bart. in l. cunctos populos, C. de summ.
trin. & fid. Cathol. & Signor. de Homod. Angel. de ma-
lef. in verbo, & eius bona publicamus, nu. 5. vers. secundo
casu quando iurisdictiones sunt distinctæ. & dicunt DD.
quòd confiscatio, siue incorporatio est facienda il-
22 li Cameræ, sub qua bona stabilia sunt sita. quia con-
fiscatio, est realis, & sequitur rem, vbi est, Bald.
cons. 36. num. 2. cum seq. lib. 4. pulchrè Cravet. consil.
182. Proponitur. &c. Item quia talis confiscatio non
prouenit extra rem, sed in re ipsa, nam venit, & des-
cendit à mero imperio ipso concesso tamquam emo-
lumentum, de quo fuit Comes inuestitus habens vtile
dominium priuatiuè, quoad Principem ipsum conce-
dentem cum expressa concessione confiscationis, & sic
non prouenit extra rem, tum quia delictum prædictum
commissum per dictos de Salemi, fuit commissum
in terris dicto Comitis, & bona eorum in territo-
rio eiusdem Comitis reperiebantur ex eodem The-
saur. loco citato num. 34. & 36. & tamquam quod sit in
re, ergo realis, & non sequitur personam, vt dixit idem-
met Paul. de Cast. d. consil. 319. num. 2. d. lib. 1. Bal.
d. cons. 36. n. 2. vers. dubium, & cons. 34. in princ. lib. 4.
Alex. cons. 31. lib. 1. Federic. de sen. cons. 137. in princ.
23 dum dicit confiscationem nil aliud esse nisi quando do-
minium rerum de vno ad alium transeunt, non dixit
personarum ne dum circa stabilia, sed etiam circa bo-
na mobilia, patet ex lectura bannorum, quæ fiunt in
dies Carauit. rit. 132. Neapolis. num. 3. cum seq. Bal. in
l. mercatores, C. de condit. & mercat. Alex. d. cons. 31.
num. 5. & cons. 19. lib. 6. & licet ipse Carau. sentiat
quod bona mobilia spectent ad iudicem confiscantem
stabilia vero ad iudicem territorii, tamen dicit Clar. in
sua praxi criminali, d. quæst. 78. num. 27. in fin. quòd
nunquam vidit Carauitæ opinionem seruari. & ita dixit
Apost. ad Alex. cons. 19. n. 9. lib. 6. vbi citat se in consuet.
Parisiens. §. 145. idem Alex. cons. 16. col. fin. eod. lib. D.
Thusc. verbo confiscatio concl. 720. n. 7. d. to. 2. quid di-
cunt hanc opinionem esse veriorem, Gigas de crim. læsæ
maiest. tit. de crim. commiss. læsæ maiest. quæst. 2. in fin.
24 Bru. cons. 31. num. 10. & seq. & casus videbatur non
disputabilis circa prædicta. quia tam bona mobilia quã
stabil. reperiebantur in territorio d. Comitis Mohac,
ibique erant perpetuo destinata, nec aliter erant tran-
sportata, & sic non erat necesse intrare in quasdam di-
stinctiones positas per Alex. & alios loco cit. quia erant
ibidem destinata Bald. cons. 36. num. 2. latè D. Thusch.
conclus. 720. per tot. dict. tom. 2.

Tertio in fauorem dict. Comitis adducebatur præ-
25 uentio facta in dicto delicto per eius officiales, quo
casu potior est in cognoscendo banniendo, & con-
fiscando ex adductis in eod. cap. Regni to Regis Martini
num. 23. Cancer. var. resolut. cap. 13. tit. de iurib. Ca-
str. lib. 3. num. 395. ex Amed. dicta quæst. 24. Natta
dicto consil. 580. Petra de pot. princ. cap. 8. & seq. num.
92. Capibl. de iur. & author. Bart. §. 8. num. 112. Ba-
gnas. & Gaspar. Thesaur. & per ipsum Cancer. ideo-
que stante dicta præuentione adeo operabatur, vt acta
facta per Fiscum dicti Comitis semper fuerint valida,
& minimè nulla. non obstante quod mox illæ viduæ
accusauerint, ita Clar. in pract. crimin. q. 3. n. 4. &
7. qui dicit, quod facta inquisitione, & receptis infor-
mationibus si superueniat accusator, non solum non
extinguitur inquisitio, imò ipse accusator repellebatur
(quod non puto verum) sed concurrit cum fisco ex his,
quæ dico in c. Regni Siciliæ 359. Regis Alphonsi prope
principium, to. 5. ex Sal. in l. & quidem nu. 34. C. de ac-
cusat. Fel. in c. qualiter, & quando §. licet autem de accus.

Marant. in suo Spec. fol. 239. num. 38. Boss. tit. de inquisit. num. 17. Diaz. in practic. crimin. canon. c. 6. versic. an autem iudex Apost. ad Ang. de malef. in gl. hac est quadam inquisitio post num. 80. latissime Farinac. de inquisit. q. 1. num. 7. 8. 9. & 10. tom. 1. Nec obstabat quatenus per officium dicti Delegati M.R.C. fuerint illi banniti, quia non ex hoc tolluntur vires primi banni facti per officium dict. Comitis, & nouum non est posse bannitum
36 iterum banniri, sicut excommunicatus potest iterum excommunicari, *vt vidimus in cap. Regni 33. Regis Alph. sub numer. 12. tom. 4. Nell. de bann. p. 1. primi temp. q. 3. vers. sed si fuit bannitus, Gandin. de malef. tit. de bann. pro malef. numer. 8. Alber. de Rosat. de stat. lib. 4. quæst. 29. per tot. Cabal. resol. crimin. 157. num. 8. & 9.* Eademque præuentionis ratione dicebatur, vt esto, quod per ipsum M.R.C. v.g. decisum esset, quod bona incorporentur, tamen ex quo illud delictum erat commissum in d. statu Comitatus Mohac, ad quem ipsum ius confiscatio-
37 nis spectabat, eum toto hoc fiscus regius nihil consecutus fuisset, arg. plurium Capitaneorum, quia si tempore vnius Capitanei, siue Iustitiarii, cui competebat, v.g. confiscatio, delictum fuerit commissum, & factum bannum, vel inuentarium, & tempore alterius Capitanei inter locutum, quod incorporentur, omnia bona tangunt primo, non secundo, *vt dixi in con, uet. Panorm. c. 17. num. 16. 17. 18. post Parid. de Put. Alber. de Rosat. Soc. Signor. Boer. Chassan. Card. Intrig. Alexand. Natt. Dec. & multos, & in c. Regni 57. Regis Iacobi num. 35. tom. 1. post Vinc. de Franchis dec. 76. post Parid. de Put. & similes, & in hanc sententiam magis communem inclinant DD.* & ita sæpius vidisse iudicatum post multos *Surd. cons. 57. num. 19. lib. 1.* vbi quod inspicitur tempus delicti, non sententiæ, quia eo ipso, quod committitur delictum, obligatur fisco ad pœnam, & statim ius acquiritur *ex Amod. Apont. in tractat. laudem, quæst. 38. cap. fin. Rol. consil. 77. per tot. vol. quarto, Andr. Tiraquell. in tractat. de retractat. conuent. §. quinto, glo. 4. numer. 19. Lancell. Dec. Mill. Ruyn. Boer. Bart. & multis*, quos vide, contraria opinio non est vera, tamen ratio vtriusque opinionis vera est, vt concludit idem *Surd. cons. 84. num. 4. & 5. eo vol. 1.* qui loquitur in caducitate, & licet *Alexand. in l. diuortio, §. si vir col. fin. ff. sol. matr.* dicat, quod pœna spectet ratione exercitii, tunc eius, erit, qui actu iurisdictionem exercuit, quasi obuenerit eius opera, ac industria, quia fera efficitur in sequentis, & capientis, non autem vulnerantis, *ex Ruyn. & Boss. de panis, num. 22.* vbi ait in Senatu Mediolanensi hanc opinionem habitam fuisse in consideratione tamquam prouenientem ex diuino Alexandri iudicio, idem *Surd. consil. 227. n. m. 7. lib. 2. tamen num. 13.* tenet contrarium, vbi quod inspicitur tempus maleficii, & consequenter spectet pœna ad eum, qui erat dominus in illo tempore, *& num. seq.* talesque pœnæ, veluti fructus pendentes spectant ad eum, cuius tempore delicta sunt commissa, quoties non sunt exactæ, *nu. 21. subdens numer. 23.* quod malè sensit *Bossius, & Senatus Mediolani*, quia Alex. loquitur pro parte nostra, nam dicit, quod si fructus, & emolumenta iurisdictionis spectant ad aliquos ratione laboris, & industriæ, tunc condemnatio ad eum pertinet, qui inquisitionem formauit, si verò ex simplici venditione, vel contractu, & tunc ad eum, qui conduxit, & eius tempore fuit commissum delictum addo *D. Mastrill. d. decis. 12. per tot.* ea ratione,
28 quia Fisco Comitis ex tunc a dicto die banni erat acquisitum dominium absque aliqua traditione, neq; possessione, & est fallentia *in lege traditionibus, Cod. de pactis, & ibi Iaf. num. 7. leg. vnica, §. cum autem, Cod. de cad. toll. vbi Bald. Bart. in leg. Imperator, ff. de iure fisci, Socc. Sen. consil. 157. num. 2. lib. 1.* esto quod aliqui teneant contrarium, quod non disputo nunc, & late posui *in cap. 1. Regni Regis Cathol. Ferd. num. 9. vsque ad num. 17. & seq. tom. 7.*

Nec refragari videbatur, quod stante illa electione fori ad ipsum Principem, & M R.C. per d. viduas accusatrices, vigore cuius cognouerit ipsa M. R. C. de delicto, ex hoc habuerit, & consecuta fuerit omnia accessoria, & consequenter confiscationes, etenim istud non est simpliciter, verum ex hoc enim non desijt esse cognitio d. Comitis, nec eius iurisdictio vna se-
29 mel infeudata, expirauit, *Boss. tit. de panis num. 25. Nat. cons. 659. Apont. in d. q. 24. suarum quæst. laudemialium, Ant. Thesaur. d. decis. 132. & decis. 266. Crauet. d. cons. 78. vol. 2. Iul. Clar. in §. fin. q. 78. num. 27.*

Insuper nec videbantur obstare aliquæ illationes, quæ erant propositæ in fauorem d. Regii Fisci, & præcipuè ea quæ dicebat *Surd. in dict. consil. 152. per tot.* quia ibi erat casus quo Princeps indixerat illa banna ex speciali dispositione faciendo quædam edicta generalia sub pœna confiscationis quia istis casibus non negatur confi-
30 scationes, & contrauentiones factas per subditos vasallorum spectare ad ipsum principem, non autem ad dominos mediatos, vt ipse resoluit, *num. 28. ex Bar. Bal. Butr. Imol. Ang. Aret. & aliis citatis per ipsum Natt. d. consil. 580. d. nu. 14. Bru. Amed. Roland. Cler. Mars. Boss.* quos addidit ipsemet Surd. etenim tunc tamquam in victionem suæ iniuriæ ad ipsum Principem spectat confiscatio, non aliis, vt subdit *num. 28. ex Oldrad.* & aliis, de quibus vidimus superius.

Multo magis quia Dominus Rex non reseruauit aliquid circa concessionem d. meri, & mixti imperii, quo
31 casu posset siquidem se intromittere in causis Baronum ex suo maximo imperio, vt vidimus in *d. c. Regni 10. Regis Martini declar. 8. nu. 90. cum seqq.* sed stantibus verbis prægnantibus, quæ legebantur in priuilegio ipsius Comitatus nullum ius excepit *Thesaur. loco cit. numer. 20. 22. & 28.* & tunc non negamus posse ex suprema sua potestate reseruata applicare sibi confiscationes *Oldrad. consil. 107. Boer. decis. 264. num. 7. Osasch. decis. 29. num. 9.*

Vltimo non obstat id, quod in fauorem Procuratoris regij fisci dicebatur de declinatione facta per dict. viduas accusatrices, & quod interim nil poterant facere dict. Officiales Comitatus prædicti, quia obstabat redeclinatio, & consequenter, ex quo eædem mulieres redierunt ad primum iudicem earum, omnia iuerant cum suis emergentibus, & connexis, nam vidua li-
32 cet adierit M.C. cum toto hoc potest redire ab ordinarium, vt dicunt *And. de Isern. & Afflict. in dict. Constit. statuimus* cum sit inductum in earum fauorem, *argum. l. quod fauore, ff. de leg.* & in tantum resident coram vno tribunali, in quantum volunt, ergo si nolint, non, sed possunt variare, vt per ipsum de *Isern.* & ita fuisse decisum in Ecclesia, quæ voluit repetere forum religionis ciuitatis, addo eundem *Afflict. in Constitut. Regni, si quem nostrorum sub num. 18. vt 95. de exord. præparat. lib. 1. & tetigi in cap. Regni 22. Regis incliti Ioannis il. at. qne 5. tom. 6. sentit. pulchrè Vincent. de Franch. decis. 100. numer. 21. D. Carol. Tap. in dict. constitut. statuimus ampl. 7. num. 23.* qui ita quotidie practicari dicit *cum sim. in proposito traditis per D. Gars. Mastrill. decis. 147. num. 28. cum seqq.* qua redeclinatione facta venit causa cum omnibus sequelis, & accessoriis, *ex Cancer. var. resol. cap. 13. tit. de iuribus Castrorum, numer. 392. & seq. per text. in lege prætor, §. seruum, ff. ad l. aquil. Bagnal. & Thesaur. in dict. eorum responsis, cum sim.* per eum, quem vide, & quando remittitur causa fit cum omnibus actis, *ex Rebuff. tit. de auoc. causar. num. 78. vt vidimus in pragmat. tit. 10. de for. compet. ampliat. 9. tom. primo, pragm.*

Quibus omnibus auditis, & allegatis, stantibus rationibus prædictis, quæ in sui fauorem ex dispositione iuris adducebantur pro dict. Comite, & aliis in similibus decisis in ann. 1573. circa eius vassallos, quorum bona erant confiscata per regium fiscum, & fuerant ipsi Comiti restituta, & in aliis causis bonorum, vt ex scripturis demonstrabatur, fuit per M.R.C. inter locutum, & decisum quod deleatur dictum sequestrum 1627.

S V M M A R I V M.

1 *Facti species adducitur.*
2 *Mulier vidua, declinans forum Principis an si exindè nupserit, gaudeat etiam ipso priuilegio fori, & numer. 6. & quasi*

& quasi per totam, ampl. numer. 7. & 17. ratio num. 8. 9. & 10.

3 *Priuilegium viduæ declinantis forum Principis an cesset si postea se maritauerit, & nu. 4. & 10.*

4 *Priuilegium, seu beneficium an cesset si personæ conditio sit mutata, & num. 9.*

5 *Minor si lite pendente efficiatur maior, & sententiam in contrarium reportauerit, an aduersus eam restituatur.*

11 *Quilibet mori præsumitur cum eadem voluntate, quam declarauit, nisi contrarium probetur, & num. 12.*

12 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

13 *Causæ viduæ natura non mutatur, si tempore litis contestatæ reperiatur priuilegiata, licet in medio alteri nubat, ratio nu. 14.*

15 *Iudicium vbi captum est, ibi finiri debet, & nu. 18.*

16 *Text. in regula, l. cessante causa, declaratur.*

19 *Text. in leg. vnic. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid. ampliatur.*

20 *Priuilegium an duret cessante causa priuilegij.*

21 *Inhabilitas superueniens post actum consumatum nullum facit præiudicium.*

22 *Maior an restituatur in his quæ gessit in minori ætate.*

23 *Qualitas, in actu aliquo requisita, sufficit vt tempore actus gesti verificetur.*

24 *Mulier vidua declinans forum Principis, an possit exinde variare, declinando forum Baronis, declara, nu. 25.*

26 *Iustitia à Magna Curia multo magis administratur, quam à Baronibus, aliisq; Curijs inferioribus.*

27 *Variatio facit præsumi contra variantem, ratio nu. 28.*

ARGVMENTVM.

Mulier vidua declinans forum Principis si exinde nubat, an perdat priuilegium fori,

DECISIO XIX.

Ex Mastrilli decis. 268.

1 MVLIER vidua ob accusationem propositam contra Octauium Crisa Terræ Adernionis de Osculo, & aliis, declinauit forum Principis, & M. Cur. *iuxta text. in leg. vnica in fin. Codic. quando Imperat. inter pupill. & vidu. & text. in Constit. Regni, statuimus la 2.* ibique ad eius instantiam receptæ fuerunt informationes, & eum hoc medio tempore vidua nupsisset, petebat Illustriss. Princeps Paternionis, qui in dicta Terra habebat merum, & mixtum Imperium in larga forma, quod dictus Octauius tanquam eius vassallus sibi remitteretur, eo quia vidua eatenus gau-
2 debat priuilegio viduali, quatenus ad nuptias non conuolasset, cum eius intuitu fuerit dictum priuilegium
3 inductum, quo cessante, nulli dubium quod pariter cessauerit eiusdem dispositio, *ex doctrina Bart. in leg. quoties. Cod. de priuileg. Schol. lib. 12.* quem optimè sequitur *Addict. ad Dec. in leg. 2. ff. de reg. iur. num. 83. litt. M. versic. ergo videtur, & est text. in leg. in omnibus causis id obseruatur, ff. eod. tit.* dum expressè decidit, quod vbi personæ conditio locum facit beneficio, cessante con-
4 ditione, cessare debet beneficium, *& ibi Doct. omnes, & præcipuè Dec. num. primo, & 3. concordat text. in lege Athleta. §. 1. leg. Gimetra, & leg. idem Vlpianus, ff. de excusat. tuto lege Titia scio, §. vsuras vbi gloss. & Bald. ff. de legat. 2. cum similibus relatis per Tiraquell. in tractat.*
3 *cessant. caus. versic. priuilegij causa num. 23.* prout in simili dicitur de Minore, qui lite pendente si efficiatur maior, & sententiam in contrarium reportauerit, aduersus eam non restituitur, licet fuerit lata ex gestis per eum in minori ætate, *leg. 3. §. scius, ff. de minorib. Doctores in leg. 1. C. si aduers. rem iudicat. Alberic. post Guglièl. de Cun. in leg. sancimus, C. in quib. caus. in integr. restitut. non est necess. quem refert, & sequitur Vrsill. ad Afflict. decis.* 210. vbi notat *Afflict.* dum allegat *Alberic.* qui aliter dixit, quam eum retulerit, & in specie
6 de vidua, quod amittat priuilegium leg. vnic. si post fori declinationem fuerit maritata, *tenuit Carauit. super Rit. 233. num. 12. & seq.* vbi latissimè quæstionem hinc inde disputat, & secundum hanc opinionem concludit, quem sequitur *Marcell. Cal. in tract. de mod.*
7 *articuland. glos. 1. §. 1. num. 82. & seq.* idque ampliant etiam facta litis contestatione in Magna Curia: nam & si in huiusmodi casu remissio, à parte petita, esset deneganda, secus tamen esset si à Barone peteretur, *vt considerat Carauit. in loco citato, num. 16. versic. limitarem autem:* eiusque ratio esset, quia factum, seu contestatio litis vassalli, non nocet Baroni, *Vincent. de Franch. decis. 417. num. 1. & seq. & decis. 722. num. 9. versic. & dicebat.*

Contrarium iudicauimus de Mense Martii 1609. eo
1 quia introducta causa per viam declinationis, ius erat quæsitum Magnæ Curiæ, adeo quod, licet cesset persona viduæ, ius quæsitum non tollitur, *ad text. in lege fin. ff. de pact. cum similibus relatis per Tiraq. in dict. tract. cessant. caus. limit. 11.* & per accusationem factam in
10 M.C. & capturam informationum, effectus electionis fori, qui est facere Iudicem competentem, erat iam in esse productus, & consummatus, quo casu cessante causa electionis fori, non cessabat effectus in esse productus, seu consummatus, *leg. fin. ff. vnd. liber. leg. inter stipulantem, §. sacram, ibi. nec reuocentur, ff. de verb. obliga. Tiraquell. in loco citato limitat. 12. refert Carauit. in d. Rit. 233. num. 12.* qui licet dicat opinionem contrariam de iure veriorem esse attamen *sub num. 18.* concludit in practica non seruari, & eis non obstantibus semper fieri decreta, quod vbi vidua mortua esset, aut ad secunda vota transiret, causa remanere deberet in eadem
11 Magna Curia, siquidem credendum est, cum eadem voluntate mortuam esse, vel ad secunda vota transiisse, postquam de alia voluntate non apparebat, & de
12 iure voluntatis mutatio non præsumatur, *ad text. cum glos. in capit. maiores, §. dormientes, in verb. perdurare de baptism. Idem tenet Ioan. Aloys. de Septim. super Rit. 133. quem refert, & sequitur Cum. super capit. Rit. 45. per text. in leg. cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi si
13 tempore litis contestatæ causa viduę respectu eius personæ est priuilegiata, & summaria, si in medio litis ipsa alteri nubat, natura causæ non mutatur, sed remanet, prout erat in principio litis summaria, *per glos. communiter receptam in Clement. sæpè de verb. significat. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. in præfatio, numer. 572. Gonzal. ad regul. Cancell. gloss. 6. num. 191. Rot. decis. diuersor. 43. numer. secundo, part. secunda, & decis. 321.*
14 *num. primo, part. prima*, cum attendatur tempus cæpti iudicii, & superueniens matrimonium non habetur in consideratione, *ad text. in dict. leg. cum quædam puella, & leg. si quis postea, Mut. super d. Rit. 133. num. 28. D. Tapp. in loco citato numer. 29. Vinc. de Franch. decis. 599. num. 2. Scrad. de feud. part. 10. sect. 7. num. 110.* Et cum causa fuerit introducta, & cæpta in Magna Curia, de-
11 bet in eodem iudicio currere *leg. vbi cæptum, Codic. de iudic.* quia sufficiebat, quod tempore declinationis pertineret lis ad iurisdictionem declinantis, *leg. si quis postea, ff. de iudic. & ibi omnes*; & licet esset qualitas priuilegii, quæ produxit litem ad illud iudicium, non debebat ex eo transferri ad aliud Tribunal, vt in specie ex multis comprobat *Foller. in Constit. statuimus nu. 27. cum multis sequentibus, quem sequitur Aluar. Velasc. consult. 57. lib. 1.* vbi respondet ad regulam, cessante causa, de qua *per Tiraquell. vbi supra*, dicens eam pro-
16 cedere, nisi priuilegium produxerit effectum consummatum, *ad text. in leg. fin.* ibi *(nihil obesse ei, quominus id, quod acquisiuit, retineat,) ff. vnd. liber. cum similibus relatis per Ludouic. Casanat. consil. 4. numer. 101. & consil.*
17 *41. nu. 74.* vbi ampliat si ius alteri fuerit quęsitum, prout erat in casu isto, plura alia in materia adducendo, *Maur. Burg. de laudi par. 3. in spec. 4. nu. 2. Frezz. in addict. Grammat. super dicta Constitut. Statuimus num. 11.* dum

18 ait, quod iudicium cæptum, tenet, & non rumpitur,
postea ex facto subsequuto, licet non potuisset incipi,
ad text. in l. fin. C. de secund. nupt. l. vnic. C. de veter.
iur. enucl. D. Carol. Tapp. in eadem constit. statusmus
num. 19. & remissiuè sequitur Vincen. de Franch. decis.
57. num. 7. ibi Flau. amendul. in addit. num. 8. Anton.
19 *Thesaur. decis. 177. num. 4.* dum ampliat dispositio-
nem *dictæ l. 1.* quò ad pupillum, & viduam, etiam si
post litem cæptam coram supremo Magistratu pupil-
lus efficiatur maior, vel vidua nubat, *allegat Carauit.*
in in d. Rit. 233. licet ex errore impressionis sit allega-
tus *sub Rit. 219.* idemq; aduertit *Gaspar. Thessaur. in*
addit. num. 4. subdens secundum ampliationem ipsam
fuisse in Senatu determinatum *per text. in d. l. vbi ca-*
ptum, quem sequitur Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 66.
num. 28. licet referat *Thessaur.* hoc determinasse in
pupillo effecto maiore, cum idem de vidua nubente di-
xerit, *sequitur Alexand. Trentacinq. variar. resol. lib.*
2. tit. de citat. resol. 2. nu. 15. & nouissimè post hæc scri-
pta visus Mar. Giurb. decis. 82. num. 13. Ex quibus sa-
tis elisa videbantur in contrarium allegata, quando-
20 quidem ex supradictis bene constet, quod priuilegium
duret etiam cessante causa, propter quam illud fuerit
concassum, *ad text. in l. eos, vbi Io. Plat. & l. maxima-*
rum, & ibi gloss. Bart. & cæteri, C. de excusat. muner.
lib. 10. Foller. in d. constitut. statuimus num. 50. & D.
Carol. Tapp. in tract. de constitut. Princip. part. 2. cap. 4.
21 *num. 30. cum seqq.* Nec inhabilitas superueniens post
actum consumatum nocere poterat, *vt post Anchar. in*
consil. 404. num. 10. tradit. Scrader. in loco citat. num.
111. & 116. vbi etiam respondet ad id, quod diceba-
22 tur de Maiore, vt non restituatur de gestis per eum
in minore ætate, cum etiam restituendum esse de iure
dixerit *Afflict. decis. 210. vbi Vrsill. optimè distinguit,*
23 quia sufficit vt qualitas, in actu aliquo requisita, tem-
pore actus gesti adsit, & quod actus gestus non vitie-
tur, licet illa qualitas postea cesset, *ad text. in l. ad te-*
24 *stium, §. conditione, ff. de testam. sequitur Giurb. d. de-*
cis. 82. num. 14. Aliud tamen est, quando vidua varia-
re vellet à Tribunali Magnæ Curiæ ad Curiam Baro-
nis, *vt post Afflict. in d. constit. statuimus num. 34. &*
35. & D. Tapp. sub num. 23. ampliat. 7. diximus in de-
cis. 147. nu. 29. & tradidit Vinc. de Franch. decis. 100.
25 *num. 20.* dummodo non constet de fraude, vt non se-
mel indicauimus in Magna Curia, *secundum Foller in*
pract. crimin. in verb. auaiantur excusatores num. 20. &
propterea (*vt ipse idem Vincent. de Franc. in loco citato*
25 *aduertit,*) quia in Mag. C. ministratur iustitia multò
27 magis, quam per Barones, & alias Curias inferiores
Regni, maxima oritur præsumptio contra variantem à
28 supremo Tribunali ad minorē Curiam, quia vt pluri-
mum præcedente concordia variatio contingere solet;
ideoq; maximè cogitandum erit antequam remissio
concedatur, quod pariter notandum esse arbitratur
D. Tapp. in loco proxime citato.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus non potest vti fori priuilegio contra æquè priuilegiatum.*
2 *Pupilli appellatione non venit impubes.*
3 *Maior 14. annis non dicitur persona miserabilis.*
4 *Praxis diu obseruata in Tribunalibus habet vim legis.*
5 *Pupillorum priuilegia censentur concessa etiam ijs omnibus, qui per administratores reguntur.*
6 *Pupillo æquiparatur Adultus, qui habet Curatorem.*
7 *Adultus habens Curatorem, sine eo non potest in iudicio interesse.*
8 *Vniuersitas, & qualibet Respublica, cùm regatur per Administratores, dicitur pupilla.*
9 *Minor potest forum declinare etiam post litem contestatam.*
Et in hoc fori priuilegio non separatur à pupillo, vidua, & alijs personis miserabilibus, num. 10.
1 *Orphanus in iure quis dicatur.*

Leges partitarum sunt desumptæ ex corpore iuris Romani; quod non censentur corrigere, nisi contrarium expresse statuant.

ARGVMENTVM.

Minor annis 18. sed maior annis 14. an gaudeat priuilegio electionis fori.

DECISIO XX.

Et Rouito decis. 27.

NVnquàm mihi innotuit, dùm in forensi puluere versatus sum, quin eadem priuilegia, quæ competunt de iure pupillis, & sic minoribus 14. annis cōpeterent etiam minoribus supra quatuordecim, se infra 18. annos, & propterea semper in praxi obseruatum vidi, vt priuilegium *lege vnica Cod. quandò Imperat. inter pupill. & viduas* competeret indifferenter etiam minoribus prædictis infra annos 18. & sic passim expeditas fuisse prouisiones à Regijs Tribunalibus superioribus ad inferiora ne procederet in causis horum minorum, quando ad ipsorum instantiam fuit habitus recursus ad Tribunalia superiora per viam electionis, aut variationis fori, & ità Me referente fuit interpositum decretum per Sacrum Consilium sub die 16. Martij 1624. in causa Lucretiæ, seù Luchinæ Criscolæ cum quibusdam Particularibus Ciuitatis Castri Maris de Scabia, quæ variando tamquam vidua à Curia dictæ Ciuitatis eligendo in forum Sac. Cur. obtinuerat prouisiones in sui beneficium, verùm dùm aduersus has prouisiones comparuissent aliqui particulares ex dictis Conuentis, qui erant minores annis 18. sed maiores 14. & allegassent se esse pariter priuilegiatos circa fori electionem, prout erat vidua, & proindè conquassatis
1 priuilegijs articulus remanebat sub dispositione iuris communis, quod actor sequatur forum rei, *Bartol. in lege sed & si milites §. 1. ff. de excusat. tut. Afflict. in Constit. statuimus, vt Magnę quęstion. 2.* post *Andr. ibid. in verb. miserabilium* propè *princ.* latè *Conar. Pract. quæst. cap. 7. num. 4.* absque aliqua reflexione, circa diuersitatem ætatis, & priuilegii fuit interpositum decretum, quòd respectu minorum causa remittatur ad dictam Curiam Castri Maris de Stabia. De hoc decreto conquesta fuit dicta Lucretia per comparitionem apud acta, in qua in specie deduxit, quod priuilegium *d. l. vn. C. quandò Imper. inter pupill.* non comprǽhendit minores ann. 18 sed maiores ann. 14. & in hoc articulo eius Aduocati dicebant habere pro se tàm dispositionem iuris communis in *d. l. vn.* quam iuris municipalis huius Regni in *Const. Statuimus, vt Magne, & Rit. M.C. 230. & 231.* in quibus hoc priuilegium datur pupillis tantùm, & sic minoribus 14. ann. viduis ceterisque miserabilibus per-
2 sonis, & appellatione pupilli venit impubes tantum, qui desiit esse in potestate patris, non autem pubes *l. Pupillus 239. ff. de verb. signif.* ergo sub verbo, Pupilli, non potest comprǽhendi pubes, qui est maior ann. 14. nequaquàm comprǽhendi potest sub verbo, Miserabilium personarum, quia inter personas miserabiles
3 enumeratas ab *Innoc. in cap. significantibus ext. de offic. deleg. & Axon. in sum. d. tit. C. quandò. Imper.* nulla fit mentio de maioribus 14. ann. qui sunt minores ann. 18. ergò remanet in dispositione iuris communis, vt sub eo priuilegio non comprǽhendatur, & ne deficeret authoritas DD. in proprijs terminis afferebant *Hor. Visc. ad Præs. de Franch. dec. 100. num. 17.* qui refert ita decisum fuisse per Magnæ Curiæ Vicar. subdentes, quòd de authoritate *Conarr.* in contrarium adducta, *pract. qq. c. 6. numer. 2.* non erat curandum, quippe qui fundat suam opinionem in legibus Hispanis, quæ in hoc Regno nullam vim obtinent.

Atta-

Attamen re propensissimè examinata, & articulo diligenter discusso; iterum per me facta relatione sub die 18. Ianuarii 1625. fuit confirmatum illud primum decretum, non obstantibus adversus illud oppositis per prædictam.

Fundamentum decisionis principale fuit illa inveterata observantia omnium Tribunalium, de qua in
4 principio huius decisionis mentionem feci, ex qua procul dubio resultat stylus sic practicandi, qui habet vim legis, *Afflict. decis. 253. num. 4. Cyn. in l. 2. q. 4. C. quæ sit long. consuet. Io. Fab. & Aretin. in §. ex non scripto Inst. de iur. nat. gent. & civil. latè Menoch. præs. 8. lib. 2.*

Qui quidem stylus habet pro se dispositionem iuris communis; nam privilegia concessa pupillis sunt adæ-
5 quata omnibus aliis, qui per Administratores reguntur, *Foller. in practic. crimin. in verb. audiantur excusatores num. 104. Caldas de restitut. in integr. in verb. cum non absimilis num. 1.*

Et magis in specie *Ias. in l. de pupillo in princip. num. 5. post gloss. ibid. ff. de non. oper. nunc.* expressè vult, quod ille text. loquens de pupillo, procedat etiam in adulto, subdens in *vers. sed istis*, quod regulam habemus, quod
6 adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, *l. si curatorem, ubi glos. & Bar. Cod. de in integ. rest. minor.* & ex hoc concludit, quod lex excipiens pupillum intelligitur excipere adultum habentem Curatorem; quod idem est; ac si dixisset, in legibus appellatione pupilli comprehendi etiam adultum.

Id quod solidissimè comprobatur ex doctrina, & distinctione *Bart. in l. 1. §. fuit quæsitum, numer. 4. ff. ad treb.* ubi quærit, an & quando Adultus Curatorem habens æquiparetur pupillo, & concludit, quod in his, quæ aguntur per ipsos, aut cum ipsis, in quibus se extendit officium Curatoris, semper Adultus æquiparatur pupillo.

Unde sequitur, quod in iudicio in quo Adultus non
7 potest esse sine Curatore, *l. cum minores, Cod. si advers. rem iud. l. eg. neque tutores, & leg. non est mirum, Cod. de procur.* sive sit actor, sive Reus, semper minor, seu adultus æquiparatur pupillo, ergo gaudebit eodem
8 privilegio circa electionem fori in iudicio, quo gaudet Pupillus.

Idipsum validissimè roboratur *ex text. in leg. pen. Cod. de iur. Reipub. lib. 11.* ubi Respublica, & qualibet Universitas, ut declarat glos. ibi, & in rubr. illius tit. dicitur pupilla, & sic utitur omnibus privilegiis, quibus utuntur pupilli, non ob aliam rationem, nisi quia universitas regitur per Administratores, & *Afflict. in dict. Const. statuimus, ut Magna not. 7. q. 5. versic. & adverte, num. mihi 17.* loquens de hoc privilegio in individuo
9 ponit quæstionem simpliciter in minore, & vidua, & dicit, quod cum sint personæ privilegiatæ in declinando forum, possunt declinatoriam opponere etiam post litem contestatam.

Covarr. practic. quæst. cap. 6. post numer. secundo, asserit, quòd praxis recepit, ut hoc privilegium daretur etiam minori 25. ann. usquequò durat minor ætas de iure communi.

Quem simpliciter in hac materia sequitur *Az. eued. lib. 4 nova recop. tit. 3. l. 9. in verb. qua con estos.*

Et ante utrumque illud idem in specie tradidit *Greg. Lop. in l. 5. in verb. huerfano tit. 3. p. 3.*

Et appositissimè *Philiph. Pascal.* compater meus dulcissimus olim Iudex Magn. Cur. Vicar. in criminalibus postea verò Regius Consiliarius meritissimus in suo tractat. elegantissimo *de vir. patr. pot. part. 2. cap. 2. num. 91.* hanc opinionem ex professo tractat, & post relatum *Hier. Viscont.* concludit, opinionem Covarr. omni
10 iure sustineri posse: ac multis rationibus comprobat per tot. *num. prædict.* cuius dicta licèt impugnent quidam Neotherici citati per *Viscont.* ibidem in novissima impressione, de eis non est curandum, cum careant omni prorsus authoritate, & propria, & aliena.

Et ideò non mirum est, *si Iul. Cæs. Galup.* (ne recentiores negligamus) in novissima *Prax. S. C.* per ipsum ædita *part. 2. cap. 6. num. 4.* tradit pro regula in specie, quod minores, pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ gaudent privilegio *dict. leg. unic. C. quand. Imp. inter pupil.*

Nec dicatur, ut dicebat Iuvenis quidam Procax, quod de authoritate Covarr. & aliorum interpretum Hispanorum non erat habenda ratio, quia loquuntur secundum leges Hispanas, quibus Tribunalia Regni huius non ligantur; nam Gregor. Lop. Covarr. Azeued. & alii id desumpserunt ex *d. l. 5. tit. 3. p. 3.* quæ non loquitur de pupillo, nec de minore, sed utitur verbo,
11 Orphano, quòd verbum Greg. ibi interpretatur de minore 14. anno prout de iure communi tradunt *DD. in rubr. & leg. unic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* sed subdit, quod in praxi servatur, ut etiam si sit maior 14. ann. & careat patre, gaudet hoc privilegio, & sic dispositio illius legis est eadem cum dispositione *leg. unic. Cod. quan. Imp.* sed ex interpretatione Praxis fuit recepta opinio, quod procedat etiam in maiore 14. ann. Non est ergo verum, quòd Praxis Hispanorum sit fundata in legibus Hispanis diversis à iure communi.

Quod eo fortiùs fatendum est, quia leges Parti-
12 tarum, inter quas est prædicta lex loquens de Orphano, non sunt aliundè desumptæ, quam ex legibus Romanis, & ex iure communi Romanorum, ut expressim fatetur *Legislator in leg. 2. tit. 1. part. 1.* & numquam censentur velle corrigere ius commune, nisi quando id expressum in eis invenitur: Imò debent suppleri, intelligi, & limitari secundùm Ius commune, ut formaliter tradit *Greg. in l. 10. gl. 10. tit. 5. p. 6.* & iterum *in l. 9. gl. 3. tit. 13. ead. p. 6. per illum text.*

Quo fit, ut dicta Praxis Hispanorum potius dici debeat interpretatiua iuris communis, quam specialis iuris inductiva in illis Regnis, & proindè eadem interpretatio servari deber in omnibus locis, in quibus viget ius commune. *Alt. est Borrell.*

SUMMARIUM.

1 *Minor sub paterna potestate non potitur privilegio l. unic. C. quand. Imp. inter pupil.*
Quid si pater negligat prosequi in iudicio communem vindictam, num. 2.
Huiusmodi negligentia qualiter committatur, num. 10.
3 *Pater si nolit prosequi vindictam ex eius persona, non tamen potest eam negligere ex persona filiorum, & numer. 8.*
4 *Accusare de homicidio etiam patre contradicente filius potest.*
5 *Patria potestas in his, quæ iuris publici sunt, non consideratur.*
6 *Pater iniuriam filio factam, an possit remittere, & numer. 11.*
Num porrigatur ad actionem iniuriarum descendentem ex l. Cornel. de Sicar. ibid.
7 *Specialia duo non dicuntur circa idem concurrere, si unum sit in consequentiam alterius.*
9 *Maritus non vendicans uxoris necem, non lucratur dotem, quæ ex pacto, vel statuto ei deberetur.*
12 *Virgo patre negligente accusationem, admittitur ad accusandum, etiam cum privilegio eligendi forum.*
13 *Iudicis mens in decidendo sæpius est supra omnem captum Advocatorum.*

ARGUMENTUM.

Filius in pupillari, vel minori ætate constitus habens patrem negligentem in accusando de iniuria atroci facta filio, an gaudeat beneficio l. un. C. quan. Imper. inter pupil. & vid. vel alias miserabiles personas.

DE-

DECISIO XXI.

Ex Rouito decis.49.

INquisito Ascanio Laudato de Castro Luxani in Magn. Cur. Vic.de homicidio, seu potius parricidio in personam Consolatæ Sarnetanæ eius Socrus ob quærelam in Magn. Cur.expositam per Iosephum, & Paulum Iasiellos eius filios minores etiam per viam electionis fori, ac iuramenti de perhorrescentia seruata forma *Constit.Statuimus*, existentes tamen in potestate patris, qui ne dum non quærelauit, sed fecit amplam remissionem in beneficium inquisiti. Comparuit Baro dicti Castri Luxani petens remissionem causæ vna cum inquisito ad eius Curiam, & asserens, illam sibi competere vti Iudici competenti, tam ratione loci delicti commissi in eodem Castro, quam ratione originis, ex quo ortus in ipsomet Castro, quam etiam ratione domicilii, cum ibidem habitaret, ex regulis, & iuribus vulgaribus. Nec sibi obstare dicebat electionem fori
1 factam per filios minores, qui cum hi haberent patrem, cuius potestate existunt, cessat priuilegium, *l.vn.Cod. quand.Imperat.inter pupill. & Constitut. Statuimus*, ex traditis, & pluries decisis per S. C. teste *Præs. de Franchis decis.*671.

E contra Fiscus dicebat, non esse locum petitæ remissioni ad Curiam Baronis stante electione fori facta per filios in pupillari, seu minori ætate constitutos, quæ non cessabat propter existentiam patris, in cuius
3 sunt potestate, quia nec de patre, nec de patria potestate est curandum, dum fuit, & est negligens in accusando, seu in prosequendo quærelam expositam, stante remissione ab eo, vt supra facta, ex his, quæ in simili de electione fori facta per Virginem habentem patrem, sed negligentem prosequi vindictam, & iniuriam filiæ illatam discurrit *Præs.de Franch.decis.*100. *per tot.* tunc enim habetur, ac si pater non extaret, & successiue filii tamquam verè pupilli, & minores iure proprio possunt quærelare, & prosequi eorum vindictam, & hic est propriè casus noster; nam hic pater dum remisit iniuriam sibi factam ex persona propria, teneba-
3 tur saltem illam exponere, & expositam prosequi ex persona filiorum tamquam eorum pater, & legitimus administrator, ex traditis per *Præs.de Franch in eadem decis.*100. *post num.*17.*versic. item dicebatur*, & tamen hoc omninò neglexit, adeò quòd filii ex propria persona absque patris consensu exposuerunt querelam per procuratorem specialiter constitutum cum speciali potestate eligendi forum, & iurandi perhorrescentiam Aduersarii, de qua procuratione, quod esset legitimè facta, non poterat dubitari, nam quamuis vnus ex prædictis filii sit infra pubertatem, & sic non potest esse in iudicio absque consensu Patris, siuè alterius legitimæ personæ, vt reassumit ibidem *Præs.de Franch.*tamen respectu alterius, qui erat maior pubertate, cessat obiectum, vt fatetur *Præs.de Franch.ubi supra*.

Nec de patria potestate est curandum, etiam quia
4 tractatur de crimine homicidii descendente ex lege Cornelia de sicariis, *lege* 1.*ff.de publ.iud.* de quo filiusfamil. potest accusare etiam patre contradicente, *lege inter liberos, & l.filium, ff.de adult.* ea ratione adducta *per Præs. de Franch.dict. decis.*100. *num.*5. 6. *& septimo*, quia in his, quæ publici iuris sunt, patria potestas non curatur.

Ex contra *glos.in leg.cum non solum, §.necessitate,Cod. de bon.quæ lib.* concluount *Bartol. Angel.Cornel.& Clar. addu. li per Præs.de Franch. dict.decis.*100.*num.*7. *&* 14. *vers.quia in istis*, & ideò nec Pater potuisset hanc iniu-
6 riam descendentem ex lege Cornelia remittere, quamuis secus sit in actione iniuriarum Prætoria, *leg.lex Cornelia versic. item quæritur, & lege pater, ff. de iniur.* vt disputat, & asserit *Præs.de Franch. decis.*715.& reassumit pro indubitato *Consiliar.Paschal.de vir.patr.pot.par.* 1. *cap.*10.*num.*3.

Nec dicatur, quod negligentia patris non poterat
7 operari duo specialia, pro vt vnus ex Dominis motiuabat: vnum scilicet vt filius posset quærelare absque consensu patris; alterum verò, quod gauderet beneficio *dict.leg.vnic.* contra regula *text. in leg.prima, Cod. de dot.prom.*

Nam aduerto, quod hæc non sunt duo specialia: nam vnum est in consequentiam alterius, quod non prohibetur, imò est apud omnes vbique permissum, vt post *Bartol. in leg.si is, qui pro emptore num.*71. *ff. de vsucap. Alciat.ibid.num.*180. *Bald.in leg.*1. *in fin. Codic. quand.lice.ab empt.disced. Aret.in leg.si quis posthumos, ff. de lib.& posthum. Alexand.in leg.si aliquam rem num.*21. *vers.non obstat, ff.de acquir.poss. Dec.in l.singularia* 4. *not. ff.si cert.pet. Purp.in lege prima, numer.*625. *versic.* 11. *ff. de offic.eius*, affirmat *Menoch. de præsumpt. libr.*1. *quæst.* 43.*num.*1.

Quod autem in hoc casu vnum speciale veniat in consequentiam alterius, in comperto est: nam eo ipso, quod pater ob negligentiam tollitur de medio, eadem negligentia, quæ operatur, vt filius possit accusare etiam patre contradicente, operatur etiam vt idem filius vti sui iuris, & sine patre possit vti beneficio *l.vn.C.quan.Imp.& Constit.Statuimus*.

Nequaquam dicatur, quod pater remittendo exercuit opus pietatis, imò adimpleuit præceptum Euangelicum Matth.cap.6. & Ego probaui *in pragmat.*8. *nu.* 11. *de compos.* Nam hic pater duplici iure poterat quærelam exponere de hoc delicto; vno ex persona propria, vti maritus occisæ, *l.*1. *§.item aut per semetipsum, & §.fin.de iniu.leg.*2. *Cod.eod.* quod adeò verum est, vt
9 maritus non vendicans mortem vxoris accusando occisores, non potest lucrari eius dotem ex pacto lucrandam, vt est *text.in l.cum mortem, ff.de iure fisc.* Idem si ex Statuto lucrum dotis sibi deberetur, *Bartol. & Angel.in leg.si sequent; §.fin.ff. ad Syllan.& in leg.ei, qui, ff. de his, quib. vt indign.* Altero ex persona filiorum vti eorum Pater, & legitimus Administrator, vt docet *Præs.de Franch.in dict.dec.*100. Vnde quatenus voluit exercere actum pietatis exequendo præceptum Diuinum respectu iuris sibi ex persona propria competentis, hoc non potest improbari, imò est laudabile quo-
10 ad Deum, & quoad homines; quatenus verò defecit ab obligatione quærelandi ex persona filiorum vti Pater, & legitimus Administrator, commisit culpam in omittendo, quæ non obligat ad peccatum apud Deum, imo est meritoria in foro poli, sed in foro fori illum reddit negligentem, ea negligentia, vt in prosecutione huius causæ habeatur, ac si non esset, & filii absque impedimento patriæ potestatis poterunt gaudere beneficio *leg.vnic. Codic.quand.Imperat.& Constit. Statuimus*.

Quemadmodum nec potest dici, quod si pater etiam inuito filio potest remittere iniuriam illatam filio, vt probat *Franc.Marc.decis. Delph.*672. *part.prima, Ant. Gom.part.*3.*cap.*6. *num.*6.*Boss.in rub.de pace num.*16. *Pinell.in l.*1.*part.*3. *num.*105. *Cod.de bon.matern. Surd.decis.* 89. *numer.*13. multò magis poterit non quærelare absque incursu alicuius culpæ, & filii non poterunt conqueri.

Nam (vt supra dictum est) hoc non procedit nisi in iniuria læui descendente ex actione prætoria, non autem in iniuria graui, & atroci descendente ex lege Cornelia prout est casus noster, ita post *Præs. de Franch. d. decis.*715.probat *Consiliar. Paschal. de virib. patr. potest. p.*1.*cap.*10.*num.*6.

Hæc causa relata, & solemniter discussa, prima vice remansit in paritate votorum, nam dum essemus sex numero in votando, duo fuerunt in voto, quod causa remitteretur ad Curiam Baronis simpliciter; alii duo, quod causa remitteretur ad Baronem, qui transmisso carcerato ad Carceres Magnæ Curiæ Vicariæ eligeret Iudicem in Ciuitate, præuia licentia Illustrissimi Domini Proregis, & in causa procederet audito Fisci patrono; alii verò duo fuerunt in voto, quod causa remaneret in M. Cur. Vic. confirmando simpliciter decretum M. Cur. Vic. moti nedum ex prædictis, quę secundum eos reddebant articulum indubitabilem,

sed

fedeciam quia vbi adesset aliqua dubietas, illa omni-
no debebat cessare ex decisione in similibus facta per S.
12 C. respectu virginis habentis patrem, sed negligentem
in accusando de morte fratris, quæ ex negligentia pa-
tris fuit admissa ad accusandum etiam cum priuilegio
eligendi forum M. C.Vic. vt memorat *Præs. de Franch.*
*dict.dec.*100. *num.* 11.*vers.sed dubium*, & ex authorita-
te eiusdem Præsid. qui manifestè inclinat in hanc opi-
nionem, licet ibi non fuerit decisus articulus, duicquid
in contrarium afsrat *Viscont.in addit.ad Præsid. de Fran-*
*ch.d.decis.*100.*sub num.*11. non enim est integer testis,
dum ipse non interfuit votis, & nos experti scimus,
13 quod sæpè sæpius decreta proferuntur ex variis figuris
causarum, & ex motiuis, quæ nec partes, nec eorum
Aduocati somniauerunt quidem. Verùm datis tribus
adiunctis per Dominum Præsidem: iterum relata cau-
sa per Dominum D.Franeiscum Salgadum strenum re-
latorem, & purgatissimi ingenii Consiliarium, omnes
concurrerunt cum voto, quod causa remaneat in M.
Cur. & sic fuit confirmatum decretum ipsius M.C. die
26. Augusti 1627.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuis remittendus est ad forum originis, & incolatus.*
2 *Litis pendentia inducitur per solam citationem legit imè intimatam.*
3 *Text.in l.vbi captum, ff.de indic. in quibus terminis procedat.*
4 *Primus rei status attendendus est.*
5 *Priuilegium superueniens lite pendente forum non mutat.*
6 *Text.in leg.si quis posteaquam de iudic.in quibus terminis procedat.*
7 *Alexand.in addit. Bartol.in l.* ? *dit.C.ff. de pen. quæstionem dirimit de priuilegio viduitatis mulieri superuento lite pendente.*
8 *Vin:.de Franch.decis.*544.*declaratur.*
9 *Instantia perempta, non competit exceptio litis pendentia.*
10 *.. dicitur nouum iudicium, & omnia sunt de nouo inchoanda.*
11 *Clericus effectus lite pendente, gaudet priuilegio fori instantia perempta.*
12 *Decisio Sacri Consilij in materia peremptionis instantia, relata per D.Reg.Rouit.commendatur.*
13 *Contumax non opponit declinatoriam fori etiam si purgauerit contumaciam.*
14 *Contumacia vassalli in nihilo præiudicat Baroni.*
15 *Dictio etiam, quid importet.*
16 *Perhorrescentia sola aduersarij facit, vt quis possit litigare coram alio Iudice.*

A R G V M E N T V M.

Viduam posse forum declinare ex priuilegio viduitatis eidem obuento post litem contestatam.

D E C I S I O XXII.

Ex Merlin. controuers. Forens. cap. 81.

VIdua Maria Naccatella eligendo in forum Magnam
Curiam Vicariæ ex priuilegio sibi iure communi,
& municipali indulto, conuenit hæredes quondam
Hieronymi Troisij eius primi viri pro restitutione du-
catorum mille suarum dotium. Exceperunt ipsi cau-
sam hanc tractar, debere in Curia Terræ Gifoni, cuius
1 ipsi sunt incolæ, & originarii, *ad text.in l.incola, ff. ad*
municipal.& in l.final.C.vbi rem actio, & in cap.cum ge-
nerale de for.competent.

Secundo, quia dicebant ex actis constare litem hanc
pendere in dict.Curia ad quam fuit remissa per Regiam
Audientiam Principatus Citra, dum in anno 1624.idem
iudicium fuisset intentatum per eamdem actricem. Vn-
de sequitur alia dispositio iuris communis, nempè *ex*
text.in leg.vbi captum, ff.de iudic. vbi communiter DD.
2 & inductam fuisse litis pendentiam per solam citatio-
nem legitimè intimatam, vt probat *text. in clement.* 2.
vt lite pendente, vbi glos.in verb.ad partem in fine,& glos.
in capit.vt debitus honor. in verb. si dicat de appellat. se-
quitur *Surd.decis.*5. *Gratian. dec.*209. *Ricc.decis.*74.*p.*2.
3 & in his terminis procedere dispositionem *tex.in d.leg.*
vbi captum.dicit gl.ibid.

Nec obstare dicebant ipsi, quod tunc temporis quo
iudicium fuit intentatum in Regia Audientia, & causa
remissa ad Curiam Terræ Gifoni, ipsa fuisset in matri-
monio collocata cum secundo viro Petro Paulo Paga-
no; nam priuilegium viduitatis ex ipsius obitu ei super-
uentum, stante prædicta litis pendentia in hac causa,
ei opitulari non debet; quandoquidem principium li-
4 tis, & primus rei status est qui attendi debet, ad nota-
ta per *DD.in l.si in ratione* 11.*ff. ad l.falcid.* & facit *text.*
in leg.si tamen ad Macedon. & in leg.si procuratorem, ff.
mandat. Vnde credo originem sumpsisse famigeratum
illud Vlpiani responsum *in l.si quis posteaquam de iudic.*
vbi ait, *si quis posteaquam in ius vocatus est, miles, vel*
alterius fori esse caperit, in ea causa ius reuocandi forum
non habebit, quasi præuentus. & illa vulgata iuris regu-
la, quod priuilegium superueniens lite pendente forum
5 non mutat, quam exornat *glos.ibid. & in cap. proposuisti*
de for.competent. & DD.in l.nulli prorsus, Cod. de iudic.
quorum plures recenset *Alexand.Trentacinq. consil.*46.
*num.*2. *volum.*2. *Cagnol.in leg.*2. *num.*249. *Cod. de pact.*
inter empt. & in leg.cum quædam puella de iurisdict. omn.
*iudic.D.Reg. de Pont.consil.*70. *num.*1. *& in tractat.de po-*
test. Proreg.tit.de assens. Reg. §.7.*num.*14. *Crassus de ex-*
*cept.cap.*3. *num.* 28.& in terminis *Aluar.Valasch.consult.*
Idque in ciuilibus indistinctè procedere, post multos
tradit *Caneer.variar.resolut.cap.*1. *de iurisd. numer.*225.
*tom.*2. & decisum habemus in Regno per Sacr.Conf. in
*decis.*544.*D.Præsid.de Franch.* & nouissimè exornatam
vides regulam prædictam cum argumentis hinc indè
per *Giurb.* doctissimum Siculum *decis.*82. vbi dicit Con-
cistorium in hanc partem inclinasse, quamuis non fue-
rit postea decisum, & iterum *in decis.*23.

At pro Maria respondebatur, regulam prædictam
6 *ex text.in d.l.si quis posteaquam*, sibi non refragari, quo-
niam plures habet limitationes suum viduitatis priui-
legium coadiuuantes. Et prima ex lectura verborum
ipsius *text.* desumitur, scilicet procedere in priuilegio
superueniente reo non actori, quod patet, *ex finalibus*
verbis, ibi, *quasi præuentus.* Secundò in priuilegio su-
ueniente lite contestata vt benè exponunt *glos. ibid.* at
in Curia Terræ Gifoni numquam fuit lis contestata.
Tertiò in priuilegio superueniente ex facto in ius voca-
ti, seu vt rectius dicam procurator in fraudem litis mo-
tæ, prout docuit *Alberic.* quem sequuntur *Angel. &*
*Fulgos. ibid. & Gratian. discept.forens. cap.*421. *num.*62.
Quartò in priuilegio concesso à Principe ad postula-
tionem partis, cum secus sit, vbi concessum est motu
proprio ipsius, *ad text.in leg.si quis quemquam, ff.si quis*
caut. prout tenet *glos. ibid.* quam sequuntur relati per
*Vincent.de Franch.dict.decis.*544. *num.*5. & per *Stephan.*
*Gratian.discept.for.dict.capit.*421. *num.*26.27. *&* 28. qui
termini non possunt applicari in præsenti casu; quo-
niam huiusmodi priuilegium viduitatis, nec procura-
tum per ipsam dici potest, nec ad ipsius postulationem
concessum, sed tantum motu proprio Principis; ideo-
que insertum in corpore iuris. Sic, & vbi quis proprio
Principis iussu miles factus est, priuilegio militari gau-
debit etiam in lite inchoata, ita docent *Io. Andr. Albe-*
ric. & alii relati per *Gratian.loco proximè cit. nu.*29. *sub-*
*dens num.*32. quod si fiat statutum, quod gaudeant bien-
nali dilatione ad soluendum suis creditoribus omnes

eun-

euntes ad exercitium proderit etiam debitoribus, qui cœperunt in iudicio conueniri ex *Bald.in dict.leg. si quis quemquam nu.2. in fine*, vbi dicit esse menti tenendum Et similiter in legato qui non facto suo ad legationem est missus, excusabitur etiam in causis iam inchoatis, *leg.non distinguemus, §.item si quis Roma de arbitr.* per quem sic esse tenendum in priuilegio fori, dicit *ex Angel.& Ioanne Andr. idem Gratian. ibid.num.30.* & pulchrè ad rem nostram *Bellug.in spec.Princip. rub.20.§.quia post Ecclesiam, numer.30.& Balb.decis.70.* post alios expresse docet priuilegium fori lite pendente superueniens reo, citra eius factum voluntarium, illum eximere à Iudice coram quo lis erat inchoata, eum refert *Bened.Capra lib.1.comm.opin. diuers.tit.20. de diuers. rescript.nu.76.fol.261.*

Quæ quidem omnia fortius procedere debent vbi priuilegium concessum est propter publicam vtilitatem, veluti in concessis miserationis causa, ita *Ioann. Andr.in addit.ad Spec.tit.de dol.& contum. §.restat. col. penult. & Felin.in cap.causam quæ de testib.* quos sequitur idem *Gratian.d.c.421.numer.65.* Vndè in terminis propriis docuit *Alexand.in addit.ad Bart.in leg.1.tit.C.ff. de pen.* quod si pendente causa contra mulierem moritur vir, viduale priuilegium superueniens non procuratum ad pendentem litem extenditur, non obstante *leg.cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. iud.* quia ibi fuerat procuratum, recipiendo virum alterius domicilii, quæ sunt formalia verba *Alexand.* Ex quibus, & aliis pro hac parte decisum fuit in Magn. Cur.Vicar. Regni Siciliæ *dict.decis. Giurb.82.* nec curandum est de rationibus per eum consideratis, ex quibus dicit Concistotium in contrariam inclinasse sententiam; nam certum est causam non fuisse postea decisam, ideòque Giurbam in sententia affirmatiua sequitur *eruditus Nouarr. in prax.elect.& variat.fori sect.quarta. quæst.13. numer.1.*

8 Nec tandem dicebatur obstare decisionem S.C. relatam per *D.de Franch.* in remissione petita ad Almum Collegium Doctorum huius fidelissimæ Ciuitatis; nam cum tota ipsa fundetur in illa ponderatione, quod scilicet priuilegium prædicti Collegij, non potest dici motu proprio concessum, sed potius ad postulationem partis, vt latius patet ex dictis *in d.dec. num.6. & seq.* hinc esse dicebatur quod potius pro Maria, quam contra ipsam faciat; cum ipsa iuuetur priuilegio motu Principis concesso, & inserto in corpore iuris, vt prædiximus.

Rursus ponderabatur pro Maria instantiam iudicij inchoatam in Regia Audientia esse peremptam ab anno 1624. & proinde iudicium hodie intentatum in M. C. esse nouum, & tamquam nouum ab initio omnia
9 esse inchoanda, ac si numquam fuisset cæptum, prout decisum testatur per Sacr.Cons. doctus *Iul. Cæsar. Gallup.de instant.caus.part.2. capit.16. num. 29.* quin potius
10 perempta instantia, exceptio litis pendentiæ denegatur, vt pluries decisum refert *Minad.decis.5.* perit mirque citatio, & litis contestatio *Bart.in leg.lite mota, ff. iudicat. solui, & Ioan. Vincent.de Anna singul.129.* vlte-
11 rius docet, quod Clericus effectus lite pendente, perempta instantia gaudet priuilegio fori, ita vt spiritus vitæ non possit amplius insufflari, sequitur latè comprobans *Carol.de Graff. de effect. Cleric. effect.1. numer. 291. Lelius Caput.ad Consuet.Neap.in proem.§.7.nu.8.*

Ex quibus rationibus, & aliis doctissime congestis *Dom.Reg.Rouit.ad rubr.de inst.caus. non restit. nu.13.14. & 15.* notabiliter decisum refert per S. C. quod si quis perempta instantia sortitus sit fori priuilegium potest opponere declinatoriam, & omnes alias exceptiones, tanquam si lis mota non fuisset: cessant ergo in hoc casu termini *text.in d.leg.vbi captum, & in leg.si quis postea quam de iud.* cum cœptum dici non possit, quod iam non est.

In præsenti causa M.Cur. iudicauit pro vidua, sed postea relata causa in S. C. credo Sacrum Consilium non curasse decidere articulum, eo quod repertum fuit in processu prædictos conuentos comparuisse in M. C. post contumaciam incursam, quo casu non erat disputandum super declinatoria fori, quam ipsi non poterant opponere, vt decisum per S.C. testa-
13 tur *Afflict.decis.133.* & in terminis *Barbos.in repet. text. in d.l.si quis posteaquam num.182.* imò contumax perdit beneficium *legis, vbi captum de iudic.* etiam quod postea purgasset contumaciam, vt per *Vinc.de Franch.dec. 417.* & sic fuit interpositum decretum tenoris sequentis; *Remissa est eidem M.C.etiam stante contumacia contracta.* Quod quidem in causa fuit, vt Illustr.Dux Tur-
14 si vtilis Baro Terræ prædictæ compareret ex persona sua ad petendum remissionem huius causæ, dicens contumaciam vasalli nullum præiudicium inferre iuribus Baronis, prout in specie in nostris terminis fundat *Vincent.de Franch.decis.541.D.Capiblanc. ad pragmat.8. de Baronib.numer.225. & sequent.* estque apud nos indubitatum.

Nec ei obstare quod non habeat priuilegium cum derogatione *l.vn.C.quan.Imp.* nam dicebat eo non indigere, ex rationibus, & authoritatibus, quibus supra fundatum est pro parte conuentorum non posse prædictam actricem iuuari huiusmodi priuilegio.

Replicabatur pro Maria ipsam habere pro se limitationes superius traditas *ad reg.d.l.vbi captum*, & rursus decisionem M.C.V. & S.C. quæ vltima non fuit fundata tantum in contumacia contracta per conuentos, sed illa verba fuerunt posita potius augumentatiuè, vt præsefert dictio illa, *etiam*, quæ exprimit casum magis du-
15 bitabilem, & implicat minus dubitabilem *leg.etiam.ff. de verbor.signific.l.conuenticula, C.de Episc.& Cler.* cum mille concordantibus adductis per *Barb. diction. vsufr. dict.112. num.1.*

Et tandem quod etiam circumscripto priuilegio viduitatis, ipsa debebat obtinere in hoc articulo, eo quod satis constabat ex testibus examinatis de potentia Aduersariorum in dicta Terra Gifoni, ob quam in eternum ius suum consequi sperabat. Vndè succedit id
16 quod singulariter tradit *Alciat.consil.52.numer.3.lib.6.* quod sola perhorrescentia aduersarii facit vt quis possit litigare coram alio Iudice.

Relata nouissimè per me causa in M. C. iterum iudicauimus in fauorem actricis, nec Baro amplius prosecutus est apellationem in S.C. 1

S V M A R I V M.

1 *Decisiones Sacri Consilij Neapolitani ius faciunt in eodem Regno.*
2 *Sententia dua Sacri Consilij imponunt perpetuum silentium.*
3 *Sententia tribuit ius.*
4 *.. facit de albo nigrum.*
5 *Feuda semel deuoluta ad Regiam Curiam, deueniunt ad eam libere, & absque vllo onere.*
6 *Iusiurandum perhorrescentia requiritur, vt electio fori facta per personam miserabilem valeat.*
7 *.. est ius notissimum in Regno.*
8 *Conditiones copulatiua, requirunt concursum omnium copulatorum.*
9 *Verba prolata per modum ablatiui absoluti important conditionem.*
10 *Conditio debet in totum adimpleri.*
11 *.. inducit formam.*
12 *Forma nec de consensu partium omitti potest.*
13 *.. omissa etiam in parte minima vitiat actum.*
14 *Decisio Sacri Consilij apud Vinc.de Franch.decis.258.*
15 *Barones in Regno habent iurisdictionem priuatiuam, & vasalli prohibentur adire Regia Tribunalia omissis Iudicibus ab eis constitutis.*
16 *Iurisdictionalium quasi possessio vnico actu quæritur.*
17 *Decisum non dicitur quod non fuit discussum.*
18 *Titulus debet concomitari possessionem ad acquirendam iurisdictionem, vnde sola quasi possessio non sufficit.*
19 *Clausula*, prout plenius, & melius tenuerunt prædecessores tui, *non derogat priuilegio l.vn.C.quand.Imper. inter pupil.nisi de eo fiat expressa mentio.*

ARGVMENTVM.

Electionem fori factam per miserabilem personam omisso iureiurando perhorrescentiæ inanem esse in Regno, nullaq; generali clausula censeri derogatum priuilegio lege vnica C. quom. & quan. Imper.

DECISIO XXIII.

Ex Merlino Controuers. Forens. Cap. 86.

NOtissimum est priuilegium tam quidem cómmuni iure *ex tex. in l. vnica C. quando Imper. inter pupil.* quam huius Regni ex *Constitutione* ipsius, quæ incipit *statuimus*, pupillis viduis, aliisque miserabilibus personis indultum, vt valeant eligere forum Iudicis siue agēt, conueniantur, & dicitur priuilegium in corpore iuris clausum, cui nisi spocificè nunquam censetur per Principem derogatum, vt perbellè post alios differit *D. Regen. Carolus Tapia Belmontis Marchio auunculus, & præceptor meus*, cuius præclarissimis erudimentis, quidquid in me boni, si aliquid est, omni æuo debere profitebor *in celebri glossemate ad eamdem Constitutionem, quam collocauit sub rub. de offic. Mag. Iust. lib. 2. Iur. Reg.*

Sed quia præter illam semper deplorandam concessionem meri Imperii Baronibus huius Regni factam ab Alphonso Primo Rege, à qua cunctas calamitates eiusdem causari existimo, vt bene obseruat *Afflict. in Constitut. Regni Coniugit. not. 3. Vinc. de Franc. decis. 370. num. 8.* solet etiam nonnullis Baronibus concedi, vt iurisdictionem illam exercere valeant contra prædictas miserabiles personas, prout concessum vidimus Principibus Salerni ex Illustrissima Sanseuerinorum familia: cuius status ob defectum vltimi Principis à Regia fidelitate, fuit tandem deuolutus ad Curiam Regiam, de eoque post modum multi Barones fuerunt inuestiti, inter quos N. emit Terram Sancti Mauri, Hic petierat in Magna Curia Vicariæ remissionem cuiusdam vassalli inquisiti de appensato homicidio, non obstante electione fori cum perhorrescentiæ iuramento facta per viduam quærelantem in Magna C. Vicariæ.

Et dicebatur Baronis intentionem in iure fundari, tùm ex amplissimis, & notorijs priuilegijs, præfati Principis Salerni, etiam cum derogatione *dicta lege vnic. C. quando Imperator* tùm etiam ex decisionibus Sacri Con-
1 silii non semel latis in præsenti articulo ad sui fauorem, & clarum est illas ius constituere in Regno tanquam prolatas sub nomine Regio *teste Afflict. decis. 190. & D.*
2 *Præsid. de Franc. decis. 81.* præsertim duas, quæ perpetuum imponunt silentium, *Franch. decis. 135.* & de eis amplius disputari non potest, *Bald. in l. ingenuum 1. lect. de stat. hominum nu. 16.* Ex quibus etiam circumscriptis priuilegiis, ius Baroni quæsitum esset, nam vt eleganter *Bal.* ait *in cap. nihil num. 6. de elect. sententia*
3 *qui non est filius facit filium, & qui non pater facit patrem, & vt ita dixerim sententia est altera natura, quia ius facit, & originem creat.* facitque *tex. optimus in l. 1. §. fin. cum duab. seq. de liber. agnosc.* vbi Consultus. *Quod ex ea pragnans fuerit in ea causa esse vt cognosci debeat, siue filius non fuerit, esse suum,* & inferius, *siue contra pronunciauerit non fore suum, quamuis suus fuerit; placet enim eius rei Iudicem ius facere:* & melior *tex. in l. ingenuum 25. de stat. hom.* quem exornat *subtiliss. Anton.*
4 *Faber. lib. 19. coniect. cap. 4. in princ.* Vnde illud vulgatum *Bald. in capit. nostri de elect.* sententia facit de albo nigrum, & de nigro album sequitur *Cur. cons. 23. nu. 8. Cagnol. in l. res iudicata de reg. iur.* & in propriis terminis tenere id videtur alijs relatis *D. Capibl. collega noster, & vir eruditissimus de author. Baron. prag. 8. part. 2. num. 76. & 77.*

Idque patesieri ex duobus decretis Sacri Consilii, quæ in termino produxit Barò. Primum quidem in anno 1568. aliud in anno 1603. per quæ S. C. reformando decreta M. C. Vicar. remisit ad eandem Curiam quosdam vasallos, non obstante fori electione; insuper, & aliud decretum ipsius M. C. quo ad instar decretorum S. C. fuerunt remissi de anno 1622. etiam contra viduam.

Sed quidem relicta ea disputatione, num ex præfatis priuilegiis non constito de aliis cum eisdem clausulis, iuuari possit petitio Baronis: quando quidem iam decisa est in Regno in propriis terminis priuilegiorum Ferdinandi Sanseuerini nouissimi Salerni Principis, teste *D. Vinc. de Franch. decis. 192.* in qua Sacr. Consilio omnes Barones à Regia Curia feuda huiusmodi habentes ab hac prætentione exclusit: eo quod feuda semel
5 deuoluta, siue potius consolidata ad Regiam Curiam ob defectum Principis à Regia fidelitate, deuenerunt ad eam liberè, & absque aliquo onere, quia res sua nemini seruit, *l. in re de seru. rustic. pred.* reditque iure pristino sicut erat antequam res concederetur, *argumen. l. Atilicinus de seru. rustic. prad.* docetque *Andr. in cap. 1. §. huius autem generis num. 12. in fine vers. si dicas ex quib. caus. feud. amit. Camer. in cap. Imperialem fol. 17. litera G. Ioannes Andr. de Georg. alleg. 14. num. 19. Castill. Sicul. decis. 12. num. 48. D. Præsid. de Franc. eadem decisio. in principio, Mastrill. decis. 114. num. 58.* in terminis *Camill. de Med. cons. 149. num. 40.* & absque dubio procedere quoties feudum ad dominum, vt dominium peruenit vel ob lineam finitam, vel ex pacto, vel ex culpis, dicit *Lipar. ad Andr. loco cit. vers. vel dicas*, quem sequitur *Marin. de subfeud. lib. 2. auth. 3. numer. 27. vers. quarto si post mortem feudarij*, allegatque eumdem *Andr. in cap. 1. col. fin. de contr. feud. apud pars term. & idem Frecc. lib. 1. tit. quis dicatur Comes* decidit quæstionem, an dignitas comitatus feudo ad Regem deuoluto per culpam, vel lineam finitam Baronis extinguatur: faciunt ad idem quæ de domino prædii seruientis emente seruitutem, vel ius emphyteoticum docet *Bald. cons. 300. statuto cauetur vers. & prædicta volum. 1.* quem sequitur, & exornat *D. Anell. Amat. cons. 5. num. 23. 24. & 25.*

Dicebatur pro vidua. & Regio Fisco vnum quod ex actis apparet, & hoc præcipuum aduertendum ad ipsorum fauorem quod intentionem Baronis omninò excludit, & Sac. C. decisiones in quibus se fundat, in suo robore conseruat. id scilicet quod præfatæ electiones fori, quibus non obstantibus prætendebat Baro carceratos ad se remissos fuisse, deficiunt in vno ex substan-
6 tialibus requisitis vt ipsæ locum habeam, hoc est iusiurandum perhorrescentiæ, quo est additum *sextui in dicta l. vnic. C. quando Imperator per d. Constit. Regn. sta-*
7 *tuimus de offic. Magist. Iustit.* diciturque ius nouissimum in Regno, vt aduertit *Carauit. & post eum Dominus meus Reg. Tapia ad dictam Constit. num. 32. cum alijs per Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 66. num. 25.* & in Regno necessariò, & præcisè requiritur adhoc vt electio fori competat miserabili personæ: nam constitutio præfata tria copulatiuè requirit, miserabilem scilicet personam, perhorrescentiam aduersarii, item & Sacramentum, vno ergo ex his deficiente, non dicitur electio
8 fori: quandoquidem conditiones copulatiuè conscriptæ hoc sibi præcipuum habent, vt necessario interuenire debeat concursus omnium capulatorum, *ad text. cum materia in l. si haredi plures 12. de condit. instit.* & ex defectu vnius resultat corruptio totius actus *secundum glos. in §. se runs autem instit. de legat. Rum. cons. 110. n. 3. lib. 4. Imolen. cons. 1. num. 68. Alex. cons. 88. in princip. lib. 7. Mendoz. de pact. lib. 2. cap. 4. nu. 39.* nec am-
9 bigi potest quin verba illa *corporali præstito Sacramento* conditionem importent: sunt enim prolata per modum
10 ablatiui absoluti *l. à testatore, 100. de condit. & demonstr. Dec. cons. 98. num. 2. vers. & perseuerando*, at conditio debet in totum, & specificè adimpleri, *l. cohæredi 44. l. Manius 54. eod. tit.* nec satis est impleri pro parte, *l.*
11 *qui duobus 23. eod. tit.* inducit formam, *Bald. in authen. matri, & auia n. 3. in fine C. quand. mul. Berous quæst. 24.*

in

in princ. & formæ nihil addi, vel detrahi potest, *Bal. in*
12 *l. fin. num.* 4. *de suis, & legit.* quæ nec etiam de consensu partium omitti potest, *DD. in l.* 1. *de liber. & posth. Menoch. de arbit. lib.* 1. *quæst.* 30. *n.* 6. adeò quod si omittatur vitiatur actus, *l. Iulianus §. si quis ad exhib. Bal. & aly post eum in dicta l.* 1. *Amat. cons.* 51. *in princ.*
13 & si omissio fit in parte etiam minima, & in actu fauorabili, vt tradit *Bald. in l. testamentum non ideò C. de testam.* quem & alios refert *Frecc. de præs. instr. par.* 5. *nu.* 11. & facit, quia quoties statutum inducit aliquid de nouo cum certis designationibus, siue modificationibus quidquid ibi exprimitur reputandum est pro forma, *Dec. consil.* 344. *in princ. Anchar. cons.* 241. *& aly per Muscatell. in sua praxi p.* 3. 1. *par. principali glos. nominet num.* 20. *Cancer. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. *Cancheran. decis.* 166. *num.* 11.

Hinc Sacrum Regium Consilium in terminis nostræ
14 quæstionis, vt videre est apud *Vinc. de Franc. deci.* 258. iudicauit nullam, & inanem electionem fori factam per viduam ex defectu iurisiurandi in ea non adiecti, proindeque remittendos fore carceratos ad Baronem Ducem Grauinæ.

Ex qua decisione necessariò inferri dicebatur, quod constito S. C. electiones fori per viduas in processibus enunciatis non fuisse formiter factas, iustissimè censuit carceratos fore remittendos: non quidem ex vi priuilegiorum Salerni Principis, quæ iam extincta fuerunt, & quamuis non forent non erat super quo practicarentur, cum electiones fori essent nullæ, & non entium nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in Prou. si cert. pet. l. Diuus*
15 *de milit. testam.* sed quia Barones omnes hodie in Regno habent iurisdictionem priuatiuam, & intentionem fundatam in primis causis, & vasalli prohibentur adire Regia Tribunalia omissis Iudicibus ab eis constitutis, nisi in certis casibus, vt ex *Foller. docet Dominus meus loc. cit. num.* 34. & passim Regnicolæ omnes.

Sed quid dicendum est de decreto ipsius Mag. Cur.
16 ex quo Baro prætendebat se esse in quasi possessione cognoscendi contra viduas, eo quod in iurisdictionalibus vnicus actus sufficiat ad illam obtinendam, vt per *Bart. in l.* 1. *§. si quis hoc interdicto de itiner. act. priuat. Capell. Tholos. decis.* 324. *Ioannem Vinc. de Anna singul.* 96. *& ibi Fabius eius filius, Gram. cons.* 100. *ciuil. in princ.* & alios refert *Mastr. dec.* 52. *num.* 3.

Et quidem dicebatur. Primò illud latum non fuisse in contradictorio iudicio, quandoquidem non apparet fuisse oppositum ex parte Fisci defectum iurisiurandi in electionibus fori factis in Mag. Cur. ad quo-
17 rum decretorum instar hoc latum fuit. Vnde non facta discussione non dicitur aliquid iudicatum, ex decisione *Bal. in l. receptitia C. de const. pec. Vinc. de Franch. decis.* 510. *num.* 8.

Secundò, quoniam in huiusmodi casibus exceptuatis, & soli Principi reseruatis non inducitur quasi possessio ex vnico tantum actu, nisi concurrat iustus titulus, maximè quando remissio fundaretur contra meros
18 terminos iuris, necesse est ergò vt ostendat titulum, seu clausulam priuilegii, ex quo appareat Principem voluisse à se abdicare huiusmodi cognitionem: alioquin cum ipse habeat intentionem fundatam de iure communi, & municipali in habendo iurisdictionem *ad text. in l. ne quisquam, alias Senatus censuit* 3. *de edend. vbi DD. & Capic. decis.* 77. *numer.* 8. *Mastrill. de magistr. cap.* 11. *num.* 81. non sufficit allegare alium esse in quasi possessione nisi doceat de titulo, *ad text. in cap. cum persona, de priuileg. in* 6. *Bart. in l. Herennius de decurion.* & in simili *Iul. Ferret. de gabellis num.* 55. *cum alys per Mastrill. ibid.* & nos diximus latius *quæstio* 13. *per totam*, quæ omnia (quamuis non sic explicitè) ad mentem sunt eiusdem *D. Capiblanc. in d. pragmatica* 8. *par.* 2. *num.* 76. *&* 77. & rursus *in comment. ad pragmat.* 11. *num.* 50. vbi idem docuit: nihil tamen pro confirmatione suæ sententiæ allegando, cum allegare potuerit decisionem Sacri Consilii in fortioribus terminis de quibus agimus, apud *D. Præsid. de Franch. decis.* 517. omninò videnda.

Ex quibus omnibus Mag. Cur. Vicariæ referente eruditissimo Regio Consiliario D. Didaco de Soria tunc temporis collega nostro iudicauit Baronem teneri hoc casu ostendere titulum, siue priuilegium cum expressa derogatione *d. l. vnica C. quomod. & quand. Imperator.* Cùm nec etiam sufficiat concessio cum clausula, Prout plenius, & melius tenuerunt prædecessores tui, *vt per Vinc. de Franc. decis.* 192. *num.* 8. *& sequ. & Dominum meum Regentem Tapiam ad Constitutionem statuimus nu.* 30. *sub tit. de offic. Magistri Iustitiary, & in decis.* 53. *nu.* 3. *Sacri Consily Neapolitani, Castillo Siculus decisione* 39. *tomo primo Stephan. Gratian. discepiat. for. tomo* 1. *cap.* 182. *num.* 10. *&* 11.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus siue pauper, siue diues dicitur persona miserabilis, & gaudet priuilegio* l. vnic. C. quand. imper. int. pupll. & vid. *n.* 2. *Et quid in causa obligationis cameralis an possit conueniri coram Auditorem Cameræ non obstante d. priuilegio nu.* 6. 7. 8. *&* 29.

3 *Vidua etiam diues habet priuilegium* d. l. vnic.

4 *Priuilegium vt quis trahat, & non trahatur competit negotiorum gestori.*

5 *Dispositio* d. l. vnic. *habet locum in causa criminali.*

9 *Priuilegium secundum tollit primum notorium quamuis de eo non fiat mentio.*

10 *Priuilegium concessum personis miserabilibus non tollitur per secundum continens clausulas derogatorias generales, cum requirantur speciales nu.* 12. *Intellige vt n.* 13.

14 *Iurisdictio generalis concessa laico an comprehendat priuilegiatos.*

15 *Dispositio dans certos iudices scholaribus extenditur ad clericos.*

16 *Iurisdictio concessa domino feudi intelligitur quo ad clericos. Declara vt num.* 17.

18 *Clausula* Quorum tenores, Motu proprio, *& similes operantur expressam mentionem derogando priuilegys habentibus derogatoriam ad futura.*

19 *Facultates Auditoris Cameræ comprehendunt vniuersitates, & pupillos tanquam illis similes.*

20 *Pupillus conuentus ab alia persona miserabili vigore obligationis cameralis coram Auditore Cameræ non potest declinare forum.*

21 *Vtens priuilegio conformi iuri communi præfertur.*

22 *Pupillus non potest renunciare priuilegio* d. l. vnic.

23 *Statutum aut pactum pupilli non valet, vt detur parata executio in illius bonis, quicquid aliud sit in permissione nudi ingressus num.* 24. *&* 41. *Fallit in pupillo hærede, num.* 25. 32. 35. 36. *&* 42.

26 *Defunctus potest donare, ne dum obligare bona hæredum.*

27 *Pupillus non habet priuilegium* d. l. vnic. *quando lis erat cœpta cum defuncto.*

28 *Limitatio priuilegij minus præiudicat, quam derogatio.*

30 *Statutum laicorum limitans tempus instantiæ, & appellationis ligat clericum.*

31 *Per secundum priuilegium si derogatur primo in aliqua parte, dicitur facta derogatio illius quamuis de primo non fiat mentio.*

33 *Conditio obligationis non mutatur ex persona hæredis.*

34 *Ætas debitoris hæreditarij non debet infringere ius creditoris.*

37 *Conditio defuncti an sit consideranda in executione, vel qualitas pupilli num.* 40.

38 *Fiscus succedens priuato quo iure vtatur.*

39 *Successor fisci non est immunis à pedagys.*

45 *Debitor soluens pupillo absque tutore non liberatur. Intellige vt num.* 44.

DE-

ARGVMENTVM.

Priuilegium l. vnic. C. quando Imper. & c. quando procedat, & an illi sit derogatum per facultates Auditoris Cameræ.

DECISIO XXIV.

Ex Gratian.discept.Forens.182.

INter personas miserabiles, quæ per Legem tales iudi-
cantur, quidquid sit in alijs per iudicem arbitrandis,
1 adest pupillus, qui gaudet priuilegio fori iuxta dispo-
sitionem *leg. vnic. Cod. quando imper. int. pupill. & vid.*
Siue sit sine patre, & matre, quo casu dicitur Orpha-
nus *Rebuff. de sentent. prouisional. gloss. vltim. colum. 2. ver-
sicul. secundo orphans.* Siue solum sit sine patre, qui
tunc dicitur pupillus *leg. pupillus, ff. de verbor. significat.
Couarrum. practic. quæst. capit. 6. num. 2.* Siue sit pauper,
2 vel diues, nam semper dicitur miserabilis, quo ad fori
priuilegium, quod fuit concessum non ratione pauper-
tatis, sed miserationis gratia, quasi tales gubernentur
à tutoribus, qui plerumque in eorum officio delin-
quunt latè *Menoch. de arbitr. casu 66. in addition. nu-*
3 *mer. 6.* Exemplo viduæ, quæ licèt sit diues gaudet
etiam eodem priuilegio, non secus ac si esset pauper
*Abbat. in cap. ex part. 15. num. 14. de for. compet. Felin. in
cap. significantibus, numer. 6. de offic. delegat. Natt. consil.
590. num. 3.* Quicquid *Innocent. Imol. Bero. & alij* con-
trarium sentiant: Cum contra eos sit verior opinio,
vt multis comprobat *Menoch. dict. cas. 66. in addit. nu-*
4 *mer. 17. vsque ad numer. 19.* Ita vt huiusmodi priuile-
gium, vt quis trahat, & non trahatur competat etiam
negotiorum gestori *Castrens. in leg. hæres absens, §. apud
labeonem de iudic. Roman. sing. 240. Ann. sing. 401.* Et
etiam in causa criminali, in qua dispositio *dict. leg. vnic.*
habebit locum secundum opinionem *Mut. super. consue-
tud. Panormitan. cap. 17. num. 19.* Vbi etiam *numer. 2. vs-
que ad num.* 28. latissime de miserabilibus personis, &
eorum priuilegijs.

Quicquid tamen sit de prædictis in casu obligationis
cameralis, de qua sæpius disceptatum vidi, cum præ-
6 tenderetur pupillum non posse conueniri extra suam
Prouinciam coram Illustrissimo Auditore Cameræ ob
priuilegium *dict. leg. vnic.* Dixi contrariam opinio-
nem affirmatiuam veriorem esse non obstante dicto
priuilegio; Nam facultates eidem Auditori Came-
ræ per Summos Pontifices concessæ se extendunt ad
omnes obligationes camerales vbicunque, & à qui-
buscumque fuerint factæ, & illarum est perpetuus, &
7 ordinarius, executor, & potest procedere contra ta-
les obligatos, licèt in partibus existant, & extra Vr-
bem contraxerint. *Mandos. Vestr. Galles. & alij*, de
quibus latè *Flores pract. quæst. capitul. 12. numer. 48. & per
tot.* Vbi etiam, quod poterit causas super dictis obli-
gationibus pendentes coram Ordinarijs ad se auocare
*Lancellott. de attent. litter. pend. limitat. 15. numer. 8. tom. 5.
fol. 330. & capitul. 20. limitat. 26. fol. 418.* cum alijs de
quibus latè in facultatibus dicti Auditoris Cameræ,
8 quæ etiam continent derogationes omnium priuile-
giorum cum clausulis amplissimis, vnde dicendum est
per eas quoque fuisse derogatum priuilegio *dict. leg.
vnic.* cuius notitiam præsumitur Princeps habuisse tan-
quam sit priuilegium vulgare, & notorium; Ideò il-
9 lius derogatio censebitur facta per secundum priuile-
gium, quamvis de primo nulla fuerit facta mentio *Rip.
in c. 1. n. 57. de rescrip.* & sequitur multa similia adducens
Menoch. præsumpt. 40. lib. 6. n. 16. vers. declaratur 4.

10 Non obstat quod per concessionem secundi priuile-
gij non censeatur sublatum illud, quod competebat
personis miserabilibus *Alexand. consil. 122. viso puncto,
& accuratè, col. 4. num. 16. & ibi Natt. in verb. in fauorem,
lib. 4. Ruin. consil. 226. lib. 1. Dec. consil. 165.* Vnde quam-
vis Princeps concesserit Ciuitati, quod omnes causæ
non possint tractari in prima instantia in alio loco,
quam in eius foro; Tamen adhuc poterit persona mise-
rabilis vti priuilegio sibi competenti *Thesaur. decis. 177.
num. 9. & ibi Add.* testatur ita fuisse iudicatum *Vincent.
de Franc. decision. 192. num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 66. in*
11 *addit. num. 40. versic. extenditur 5.* Quod procedit etiam
si in secundo priuilegio adsint derogationes generales,
quæ non sufficiunt ad tollendum illud priuilegium *leg.
vnic.* provt ibi concludunt *Bald. Castr. & alij* communi-
ter. *Alex. d. cons. 122. n. 16. lib. 4. post Castr. cons. 278. lib. 1.
Feder. cons. 230.* Stante enim qualitate personarum non
præsumitur reuocatio, nisi specialiter fiat mentio illius
12 primi priuilegij cum clausula non obstante dicto pri-
uilegio concesso piæ causæ, vel miserabili personæ *Rom.
in l. si vero. §. de viro fall. 24. ff. solut. matrimon. Fel. in cap.
nonnullis 28. col. 31. in fin. versic. prima conclusion. num. 19.
de rescript.* per *text.* quem dicit notandum *in cap. si prop-
ter. versic. intentionis nostræ de rescript. in 6. & l. libertis, §.
posthumis de alim. & cibar. l. Crot. in cap. 1. nu. 48. & 49. de
constit. in 6. Menoch. præsumpt. 40. n. 6. lib. 6.*
13 Quia prædicta procedunt in dubio, secus autem vbi
constaret de mente Principis, tunc enim sufficiunt dictæ
clausulæ generales etiam ad tollendum priuilegium mi-
serabilibus personis concessum *Rip. in cap. 1. de rescript. n.
54. Gabr. de reg. iur. concl. 9. n. 6. & 7.* Quod autem appa-
reat de mente Summi Pontificis in casu, de quo agimus
patet; Quia Auditor Cameræ habet facultatem priuati-
uam quo ad omnes in huiusmodi obligationibus came-
ralibus, vnde etiam debent comprehendi personæ priui-
14 legiatæ: Quemadmodum dicimus de vniuersali iurisdi-
ctione concessa per Papam laico in aliqua specie causa-
rum; In illis enim causis comprehenduntur priuilegia-
ti etiam de iure diuino, & communi, provt sunt perso-
næ Ecclesiasticæ *Abbat. in cap. cæterum 5. col. 2. post med.
versicul. vlt. induco num. 6. de iudic.* vbi quod est multum
notandum; subdens idem esse in dispositione dante cer-
15 tos iudices scholaribus, de qua in *auth. habita Cod. ne fil.
pro patr.* quæ etiam habebit locum in scholaribus cleri-
cis, cum distinctionibus de quibus per eundem *Abb. in c.
si diligenti 12. col. 14. n. 26. & 27. vers. & primo videtur di-
sputatiuè de for. compet.* Et de testamentis insinuandis co-
ram Iudice laico, & similibus *Alex. & alij in l. testamento*
19 *omnia, & in l. consulta diualia, C. de test.* Exemplo etiam
iurisdictionis concessæ Domino feudi, cuius respectu
veniunt quoq; clerici tàm actiuè, quàm passiuè, vnde si
laicus est dominus feudi exercet iurisdictionem etiam
in personas Ecclesiasticas, & dignitate fulgentes remoto
Episcopo loci *d. c. cæterum, & ibi Abb. col. 2. in fin. versic. si
enim laicus de iud. c. verum de for. comp. Ias. in prælud. feud.
col. 3. q. 2. n. 5. & 6.* Etenim duæ causæ pertinent ad legem
feudi etiam contra clericum, illius constitutio, & priua-
tio *Innoc. in d. cap. verum num. 1. de for. compet. Soccin. con-
sil. 12. num. 21. lib. 2.* Dummodò non agatur principali-
17 ter contra clericum ad priuationem feudi ex delicto,
tunc enim siue criminaliter, siue ciuiliter semper Ec-
clesiasticus cognoscit, non autem Dominus, vel alius
Iudex laicus; Cum de crimine clericorum nullus lai-
cus cognitionem habere possit *Soccin.* in terminis *in ca-
pitul. ex transmissa col. 10. in princ. versicul. 5. limitatur nu.
32. de for. comp.* quod tanquam multum notandum co-
mendat *Surd. cons. 193. n. 15. lib. 2.*
18 Et magis est dicendum constare de mente Summi
Pontificis propter clausulas *Quorum tenores, motu pro-
prio*, & similes, de quibus facultatibus eiusdem Au-
ditoris Cameræ, quæ operantur indiuiduam, & ex-
pressam mentionem derogando quibuscumque priui-
legijs in contrarium facientibus, etiam habentibus
clausulam derogatoriam ad futura priuilegia *Abbat. in
cap. cum instantia 17. numer. 5. de censib. Gambar. de legat.
lib. 8. titul. de potestat. legat. in legib. & statut. condend.
numer. 38. tom. 13. part. 2. fol. 214. Rot. diuers. decision. 137.
lib. 1.*

lib. 1. Put. decision. 109. numer. 3. lib. 1. vbi quod ita seruatur per *Rotam* cum alijs per *Menoch. præsumption. 40. lib. 6. numer. 22. Aim. consil. 126. numer. 6. & consil. 241. numer. 20. versicul. secundo posset respondere* dixi supra *cap. 18.*

Amplius etiam huiusmodi facultates Auditori Cameræ concessæ, videntur loqui in specie de pupillis:
19 Cum enim se extendant ad Communitates, & Vniuersitates, de quibus in indiuiduo fuit facta mentio, debent quoque comprehendere pupillos, viduas, pauperes, & alias personas miserabiles existentes in eisdem Vniuersitatibus, quæ etiam æquiparantur pupillis, & per administrationes gubernantur *leg. respublica 4. Codic. ex quib. cauf. maior. in integr. rest. Roland. consil. 68. num. 20. lib. 3. Aim. consil. 132. num. 9. Cephal. consil. 40. num. 54.*

Minus esset dubitandum, quando alia persona miserabilis conueniret pupillum coram Auditore Cameræ,
20 tunc enim pupillus non posset declinare forum, & peteret se remitti ad Principem secundum dispositionem *dict. leg. vnic.* Cum enim iste actor priuilegiatus vtatur priuilegio conformi iuri communi, quo ad istas
21 obligationes Camerales, aut saltem magis consono regulis iuris debet præferri *Bald. in leg. si quis in graui, §. vltim. & leg. seq. ff. ad senat. consult. Syllan. Dec. in capit. in præsentia num. 51. de probation.* & in terminis ita concludit *Couarr. pract. quæst. cap. 7. col. penultim. in fine, versicul. quintus deducitur ad huius controuersiæ. Menoch. de arbitrar. cas. 66. in addit. num. 47. in fin. vers. & ex hoc sequitur.*

Neque obstat quod pupillus sit hæres patris, qui contraxit cum huiusmodi obligatione camerali; vnde
22 contra eum non habebit locum ista facultas, cum pupillus non possit renunciare priuilegio *dict. lege vnica.* Immò neque valeret expressa conuentio pupilli cum suis creditoribus, quod post mortem eis liceat apprehendere bonorum suorum possessionem per viam pri-
23 uatæ, vel publicæ executionis, prout neque obesset statutum generaliter disponens, quod pro debito liquido detur parata executio creditoribus, nam neutro casu posset procedi executiuè contra pupillum, & eius bona *Bartol. in leg. creditores 3. numer. 5. & ibi Salicet. numer. 26. Codic. de pignor.* Quicquid aliud sit in per-
24 missione nudi ingressus, & custodiæ bonorum, quæ esset licita contra pupillum, cum distractio, & venditio tunc differatur vsque ad tempus pubertatis *leg. apud Iulianum in pr. §. contractum cum pupillo, & ibi gloss. in verb. possideri, & in verb. seruandum, ff. ex quib. caus. in possess. eat. Negus. de pignor. part. 4. princip. numer. 18. col. 6. in princip. versicul. aut creditor vult vti pacto ad executionem Matth. Coler. de process. executiu. part. 2. c. 3. num. 204.*

Quia quando defunctus expressè obligauit, & submisit se, & sua bona, ac suorum hæredum, & suos
25 hæredes dictæ obligationi, tunc non consideratur persona pupilli, ideò neque poterit se tueri priuilegio *dict. leg. vnic. Cagnol. in l. 1. numer. 43. de iuris diction. omn. iudic. Gallesi. de obligat. camer. part. 2. quæst. 2. num. 5. in fin.*
26 *fol. 54.* Nam defunctus potest donare, ne dum obligare bona hæredum *Alexand. consil. 173. num. 4. lib. 2. & in leg. si hæredis seruus de leg. 1.* Prout etiam auctoritare legis pupillus amittit priuilegium *dict. leg. vnic.* quando
27 videlicet lis esset cœpta cum defuncto *Castr. in leg. si hæres absens, & in leg. qui Romæ de iudic.* Quidquid aliud sit quando ante litem cœptam persona miserabilis tanquam hæres non priuilegiati vellet frui priuilegio fori, quasi tunc ei hoc permittatur *Caraut. rit. 334. numer. 2. & 3. Menoch. de arbitrar. cas. 66. in addit. numer. 44. versicul. extendum zono,* præsertim quia in hoc
28 casu non tollitur priuilegium pupillo in totum, sed limitatur, & minuitur tantum in causa executionis, & obligationis cameralis, quod est permittendum, eum
29 limitatio minus præiudicet, quam derogatio *Franch. in capit. vl. si duobus 7. §. denique numer. 5. versicul. &*
30 *aduerte, de appellat.* vbi etiam concludit, quod statutum laicorum limitans tempus ad appellandum ligabit clericum litigantem coram iudice sæculari, quemad-

modum si limitaret tempus instantiæ *Butr. in cap. 1. quod clericus col. 8. & ibi Imol. col. 1. in fin. de for. competent.* Et quando per secundum priuilegium derogatur primo
31 in aliqua parte, non in totum, censetur facta derogatio, quamvis in secundo nulla mentio fiat de primo *Menoch. præsumpt. 40. n. 21. lib. 6.*

Quæ autem ex aduerso dicta sunt de non procedendo executiuè contra pupillum habent locum, quando
32 idem pupillus conueniretur ex proprio contractu, secus autem ex paterno, vel alterius antecessoris *lege ex contract. lib. 49. de action. & obligat. l. 1. Cod. vt act. ab hæred. & contr. hær.* Quandocunque enim versamur in terminis obligationis, vt contractus iam antea conclusi cum persona antecessoris, & cuius forma est absoluta, nec amplius est in pendenti, tunc ex persona
33 hæredis non debet mutari conditio eiusdem obligationis *l. 2. §. ex his, & ibi gloss. in verb. immutatur, de verb. obligat. leg. prætoria 2. §. incertam, & ibi gloss. in verb. diuersam, de prætor stipulat. leg. cui fundus, de condit. & demonstrat. leg. amilius, §. largianus, ff. de minor.* Non enim eo minus ex contractu patris tenentur, quia pupilli sunt, cum eorum pater, non ipsi contraxerint;
34 ideò ætas debitoris hæreditarij non debet infringere ius creditoris *leg. sub prætextu 4. Cod. de hæreditar. action.* & ita in specie est *text. in leg. si intra 8. in fin. & ibi gloss. in verb. etiamsi, Cod. de non num. pecun. leg. si tibi 8. vbi etiam gloss. in verb. pupillus, Cod. mand.* & concludit quoque *Negus. de pignor. part. 4. princip. col. 5. in fin. versicul. sexta conclusio est quod executio, numero 17,* vbi quod ex contractu auctoris non est prohibita exe-
35 cutio parata in bonis pupillorum, siue illa descendat ex vi statuti, siue ex conuentione, & pacto executiuo, cum priuilegium hæredis succedentis debitori non impediat ius pacti executiui in bonis acceptis à defuncto
36 *Salic. in leg. creditores, 3. quæst. 5. & 7. num. 22. & 24. Cod. de pignor. Ang. in leg. cum filiusfamilias 14. §. in hac, & ibi Iaf. num. 5. qui de communi ff. de verb. oblig. Coler. de process. executiu. part. 2. cap. 3. n. 217. & 218.*

Minus obstat quod quamvis possit institui processus executiuus ex contractu defuncti in bonis debitoris, tamen ille cessabit in bonis pupilli tanquam personæ priuilegiatæ, ad quam est habendus respectus, cum enim versemur in causa executionis, & sic in actu de futuro contingente post mortem debitoris principalis,
37 non est consideranda conditio defuncti tanquam de præterito, sed solum qualitas pupilli, prout est de præsenti *Bald. in auth. quas actiones numer. 11. Cod. de sacrosanct. Eccles. Archid. in capit. placuit. 16. quæst. 3.*
38 Exemplo eius quod dicimus de Fisco succedente priuato, qui pro anterioribus temporibus vtitur iure priuati postquam autem successit gaudet suo priuilegio *leg. fiscus 6. & ibi gloss. in verb. vtitur, ff. & iur. fisc. leg. cum quidam 17. §. fiscus, & §. si debitores, de vsur. l. 1. Codic. credit. euict. pignor. non debet. l. 2. Cod. de fiscalib. vsur. lib. 10.*
39 Prout etiam è contra videmus, quod quamvis Fiscus sit immunis à pedagijs, tamen successor illius non est immunis, sed vtitur iure suo, non autem priuilegio Fisci auctoris sui *leg. licitatio 9. §. fin. de publ. & vectig.* Et facit etiam *text. in leg. cum filiusf. 50. §. in hac, ff. de verb. oblig.* vbi promissio patris non committitur aduersus hæredem pupillum, quantumvis obligatio descendat ex contractu defuncti.
40 Quia contrarium est verius, quod etiam executio quamvis sit actus de futuro, tamen non possit impediri per priuilegium pupilli, quod in hoc casu non erit considerandum propter originem debiti paterni, quod per filium non debet irritari *leg. successores 10. Codic. de solution. leg. ea quæ a patre, & ibi gloss. in verb. disciplinam, Cod. de restitut. milit. l. 2. Codic. si aduers. vendition. pignor. Ruin. consil. 152. num. 6. col. 3. ad med. versic. & quod etiam exercere potuit, lib. 4.* Et ita est intelligendus text. *in allega'a. leg. cum filius famil. 50. §. in hac, ff. de verb. obligat.* Quia ibi non tenetur pupillus ex obligatione descendente ex contractu defuncti, nam principaliter etiam ex suo facto pupillus conueniebatur ad interesse commissæ stipulationis propter impedimentum per eum-
41 dem pupillum datum, quod ei non poterat obesse tan-

te in-

te imbecillitate suæ ætatis, sine iussu, & mandato tuto-
ris; Ideò non mirum si debet gaudere priuilegio pupil-
lis concesso: Quamvis enim teneretur, tamen esset ei
subueniendum, ne teneatur; provt explicat *Gloss. in d.*
§. in hac, in verb. stetisse, ad med. Cum secus sit in casu
42 nostro, in quo solùm tenetur ex contractu defuncti,
ipso nihil faciente, & sic exigitur pupillus in illis tan-
tum, in quibus non solum obligatio sumpsit initium ab
antecessore, sed etiam habeit totam perfectionem *glos.*
in leg. si cum militaribus 6. in verb. distraxerunt, Cod. de
43 *restitut. milit. Salic. in auth. quas actiones, num. 9. Cod. de*
sacrosanct. Eccles. Quemadmodum idem est in alijs
contractibus, & solutionibus factis per debitorem ipsi
pupillo, non enim debitor consequitur plenam libera-
tionem absque tutoris auctoritate *leg. cum quidam, §. si*
pupillo, de vsur. leg. sancimus 25. de administrat. tutor.
44 Cum aliud fit in solutionibus factis per pupillum cre-
ditoribus auctoris sui, tunc enim liberat suam, & de-
functi fidem sine assensu tutoris *leg. magis puto 5. §. si pu-*
pillus, Codic. quand. decret. opus non est latè *Coler. de pro-*
cessibus, executiu. part. 2. cap. 3. num. 221. & 222.

S V M M A R I V M.

1 *Ciues Neapolitani siue agant, siue conueniantur, non possunt trahi extra Tribunalia Neapoli residentia.*
2 *.. non possunt priuilegio fori renunciare.*
3 Dominus Federicus Longus olim Regiæ Cameræ Fisci Patronus *laudatur.*
4 *Priuilegijs Neapolitanorum gaudent etiam Vicani, & Casalenses.*
5 *.. in fauorabilibus.*
6 *Iurisdictio concessa Ciuitati, censetur etiam concessa suburbijs, & Casalibus.*
7 *Priuilegium concessum Ciuitati non extenditur ad Casalia in odiosis.*
8 *Ciuitate ad aratrum damnata, non censentur damnata Casalia.*
9 *Represalia concessa contra ciues, non censentur concessa contra vicanos.*
10 *Relegatus, siue confinatus in Ciuitate an possit recreationis causa in suburbijs, & hortis contiguis commorari, remissiue.*
11 *Ars aliqua in Ciuitate exerceri prohibita, an in suburbijs exerceri possit, remissiue.*
12 *Princeps potest Villas, & Casalia à Ciuitate separare.*
13 *.. potest iurisdictiones tàm singularum personarum, quàm Ciuitatum diuidere.*
14 *Vendita iurisdictione, quoad reliqua ciues retinent priuilegia.*
15 *Iurisdictio cohæret territorio.*
16 *Iudex originis non concurrente Iudice delicti cognoscit de crimine.*
17 *Princeps potest priuilegium subdito concessum reuocare.*
18 *Priuilegij causa cessante, cessat priuilegium.*
19 *Priuilegium concessum mulieribus coniugatis cessat ipsis viduis effectis.*
20 *Mutatione personæ extinguitur priuilegium.*
21. *Priuilegium extinguitur, quoties incompatibile redditur cum concessione.*
22 *Clausula abdicatiua quid importet.*
23 *Iurisdictio omnis ex quacunque causa competens transit in concessionarium facta separatione, sed de veritate, num. 33.*
24 *Clausula* vt Baro cognoscat etiam de quibus sola Mag. C. cognoscit, *quid importet, & n. 33.*
25 *Iurisdictione concessa non transeunt ea, quæ speciali iure concedenti competunt.*
26 *Castro vendito non censentur venditi vassalli, qui iure speciali vendenti subsunt.*
27 *Concessione generali alicui facta, ea tantum veniunt, quæ sunt de natura rei.*
28 *Castro vendito transit tantummodò iurisdictio, quæ cohæret territorio, non autem personæ vendentis.*
29 *.. neque id, quod vendens habet ex priuilegio.*
30 *Iurisdictio tunc censetur concessa in personas, quando nullum assignatur territorium.*
31 *Clausula* vt Baro cognoscat etiam de delictis extra territorium commissis, *quid importet remissiue.*
32 Paul. de Castr. consl. 187. num. 2. *declaratur.*
33 *Princeps dupliciter potest derogare priuilegio à se concesso, vel in totum derogando, vel diminuendo, & moderando.*
35 *Priuilegium in vna parte reuocatum, in cęteris firmum remanet.*
36 *Exemptio in vna parte adempta, in cęteris firma remanet.*
37 *Priuilegium vni concessum ad alterum non extenditur.*
38 *Diuerso iure vt iudicetur vna, eademque res respectu diuersarum personarum non est inconueniens.*
39 *Vasallus potest quis esse duorum dominorum.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium fori concessum Ciuitati Neapolis qualiter suffragetur Ciuibus Casalium.

DECISIO XXV.

Ex Merlino Controu. Forens. 99.

EX Reginæ Ioannæ Secundæ priuilegio registrato in
ritu Magn. Cur. Vicar. qui est in ordino *Carauitæ*
301. postmodum confirmato per serenissimum Regem
Ferdinandum Primum in anno 1462. & rursus in anno
1466. habet Ciuitas Neapolitana, vt sui ciues siue
agant, siue conueniantur iudicium suscipere non te-
1 neantur nisi in Regijs Tribunalibus in ea existentibus,
2 cui priuilegio ciues ipsi nec tacitè, nec expresse re-
nuntiare possunt, vt per *Vrsill. ad Afflict. decision. 41.*
numer. 9. quem sequitur *D. Reg. Rouit. ad pragmat. 5.*
vbi de delict. quis conuent. deb. vel quia priuilegium est
concessum Ciuitati, *argum. text. in leg. assumptio ad mu-*
nicipal. & docet *Bar. in leg. Priuilegio num. 1. Codic. de*
decur. lib. 10. vel potius quia Rex sibi ipsi soli, suisque
Tribunalibus Neapolitanis hanc iurisdictionem reser-
uauit, vnde siue velint, siue nolint, non possunt alte-
rius iurisdictionem prorogare, adnotata per *Bald. in*
capitul. Imperialem §. fin. col. penult. de prohib. feud. alien.
per Federic. Guglielm. de Benedict. in capitul. Raynutius,
verb. & vxorem nomine Adelasiam decision. 2. num. 54.
de testam. & sequitur *Carauit. dict. rit. 301. num. 7.* vbi fa-
3 tetur hæc omnia accepisse ab insigni illo viro, & exi-
mio Iureconsulto meo affine *Domino Federico Longo*
olim R. C. Sum. Fisci Patrono.

Gaudent huiusmodi priuilegio non tantùm homines
4 nati in suburbijs, verumetiam in casalibus Ciuitatis,
ad regulam *text. in leg. qui ex vico, ff. ad municipal. &*
in leg. nulli versicul. quod si in vico, Cod. de Episcop. & cle-
ric. & in l. 3. versicul. quod si cui, Codic. de natural. liber.
vbi *Bald. Couar. practicar. quæstion. capitul. 37. numer. 7.*
cum alijs, quos ad rem citat *Dominus meus Regens Ta-*
pia decision. 4. Sacr. Consil. num. 4. latissimè, & eleganter
præ cæteris *Francisc. Marc. decision. Delphinat. 365. part.*
1. per tot. Napod. ad consuetud. Neapolit. in proem. numero
184. & seqq. Aloys. de Leo in leg. vt inter diuinam à nu-
mer. 12. cum seqq. Codic. de sacrosanct. Eccles. eruditè *No-*
uar. lib. 1. quæstion. forens. quæst. 130. & in tractat. de elect.
for. section. 4. quæstion. 63. vbi latè agit de priuilegio Nea-
politanorum, quod extendatur ad Casalia, & homi-
nes ipsorum, latè *Auiles in capitul. Prætorum capitul. 6. in*
glos. verbo tierra num. 6. quem refert, & sequitur *Gironda*
in tract. de priuil. cap. 2. q. 4. n. 54.

5 Id tamen non est indistinctè verum, nisi tantum-
modò in fauorabilibus, vtpotè in priuilegijs, & be-
neficijs Principum: tunc enim concessa Ciuitati ex-
tenduntur ad Casalia ei subiacentia, *l. 1. de Consti-*
6 *tut. Princip.* vbi *Ias. num. 25. l. 1. §. cum Vrbem, de officio*

Præfecti Vrb. sic in iurisdictione concessa Ciuitati, vt censeatur etiam concessa suburbijs, & casalibus, *DD. in l.2.de verb.signif. Abbat. in capitul. Rodulphus num. 4. de rescription.* vbi *Felin.nnmer. 6.* quos refert *Girondo loco prox.cit. Bal.in d.l.1. §. cum vrbem de off. præf. vrb. Menoch.de arbitrar.lib.1. q.99. n.23.*

Cùm tamen secùs sit in odiosis, vt voluit *Bald. in capit. 1. versicul. sed hic dubitatur de pac. Constant.* vnde
8 subdit, quod damnata Ciuitate ad aratrum, non censentur damnata casalia, & rursus *in dict. l. 1. §.1. de*
9 *offic.Præfect.vrb. Ang.in leg. eum.Cod.de appellation.* & represaliæ concessæ contra Ciuitatem, vel Ciues, non intelliguntur concessæ contra Villas, & Casalia. idem *Bald.in Auth. & omnino Cod. ne vxor pro marito, Felin. in capitul. Rodulphus num.11. de rescription.* & regulam confirmat *Alexand. de Imol. Ludouic. Bolog. & alij* quos sequitur *Grammat. consil.48. num. 3. & 4.* ad quorum comprobationem plura adducit *Francisc.*
10 *dict.decis.365.* & in specie disputat, an ille, qui est relegatus, siue confinatus in certa Ciuitate, possit recreationis causa in suburbijs, & hortis contiguis com-
11 morari. Et insuper an in suburbijs exerceri possit aliqua ars, quæ in Ciuitate prohibetur, *Felin.loc. proxim. cit. n.4.vers. limit.*

Hac distinctione præmissa firmum remanet, priuilegium eligendi forum concessum Ciuibus Neapolitanis, censeri etiam concessum hominibus casalium huius Ciuitatis, vt proinde ritè processerit inhibitio Magn. Cur. Vic. facta Officialibus Casalis Iuliani pertinentiarum Ciuitatis Auersæ, ne procederent in causa inquisitionis formatæ contra Iosephum Magliola Casalis Paniscoculi, pro homicidio illic patrato, etenim tunc temporis Casale Paniscoculi erat de pertinentiis huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, & per consequens non poterat pro eo crimine alibi conueni-
12 ri, quàm in Magn. Cur. Vic. sed quia Principi licitum est Villas, & Casalis à Ciuitate, cui subsunt separare, vt per *Soccin. Iunior.consil. 126.num. 10. vol.3. & consil. 1. num. 76. vol. 4.* cum alijs relatis per *Mastrill. de Magistrat.lib 3.cap.4.num.270.Caualc.decis.4. num.50. part.2. Paul.Staib.consil.17.num.15.Camill.de Medic.cons. 149. num.36. Cutell.decis.Sicil. orat.21. num.11.* & etiam iurisdictiones non solùm singularum personarum, verùm
13 etiam Ciuitatum diuidere, ad notata *per DD. in l.1. C. de Metrop.Beryt.lib.11.& in leg.omnes Populi de iustit. & iur.* post multos relatos per *Mastrill.dict. lib.3. capit.2. num. 21.* nisi ex hac separatione grauiter læderetur dignitas, & status ipsius Principis, *Mastrill. dict. capit.4. numer.270.* & eleganter *Surd.consil.325.num.22.tom.3.* licet facta huiusmodi separatione iurisdictionis, quoad
14 munera, cæteraque priuilegia, Casalia prædicta, eiusque Ciues gaudeant antiqua ciuilitate, *dict.l.1. Cod. de Metrop.Beryt.lib.11. Vinc.de Franch.* loquens specificè in Casalibus huius fidelissimæ Ciuitatis *decis.316. Camill. de Medic.dict.consil.149.num.33.34.& 35. Caual.loc.cit. num.54.Horat.Montan.in tepet.capit. Imperialem, §.præterea ducatus num. 102.de prohib.feud.alienat.per Federic. Fal tus ac Anna consil. 59. volum.1.* eò quod iurisdictio
15 cohæret territorio, vt per *DD. in leg. fin. Codic.vbi. & apud quem, Paul.de Castr.consil.187.num.2.* ideoque facta separatione, necessariò intelligitur concessa iurisdictio, quia aliàs esset acephalum, & iurisdictio residet in Castro tanquam nebula super palude, *Paul. de Castr. ieiuniat.Bartol.Seccin.consil.74.part.1. versicul. primo quia Franc.Marc.dict.decis.565.num.33.Cardin.Tuscul. in conclus. in verb. Castra conclus. 118. Camill. de Medic. dict.consil. 149.num.12.* vbi declarat, & in dubio iurisdictio censetur cohærere territorio, vt per *Fontanell. de pactis nupt.claus.4.glos.11.numer.11.* sequitur *Giurba consil. 24. num.18.versic. verò,* eleganter *Paul.Staiban.cons.17.n.5. cum seqq.*

Pendente igitur inquisitione prædicta, venditum fuit Casale Paniscoculi cum mero, & mixto Imperio, quatuor litteris arbitrarijs cæterisque solitis clausulis, cum cognitione primarum, & secundarum causarum, etiam pendentium in Regijs Tribunalibus, & de quibus sola Magna Curia cognoscit. Qui quidem Baro comparuit in eadem Magn. Cur. petijtque remissionem prædicti inquisiti, etsi non haberet priuilegium cognoscendi de delictis extra territorium: nam sibi sufficere dicebat esse Iudicem originis, & domicilij ip-
16 sius, ideòque posse iurisdictionem in eum exercere, sublato iam de medio virtute inhibitionis factæ per M. Cur. Vicar. Iudice loci delicti iuxta decisionem Sacri Consilij relatam per *Vinc. de Franch. decis. 66.* cui consentiunt *Thesaur.decis.90.num.5.Bazard.ad Clar. qu.39. numer.12.& 13. Caball. resolut. crimin. cas.152. num.5. & seqq.*

Sed videbatur potiùs causam esse remittendam ad Officiales Baronis Iuliani Iudicis loci delicti, etenim causa inhibitionis fuit priuilegium Ciuitatis Neapolitanæ, quo gaudebat inquisitus tunc temporis, cum postea vendito Casale prædicto Paniscoculi illud cessauerit, nam vt initio præfati sumus facta iurisdictionis separatione, iam non sunt pro Ciuibus Neapolitanis habendi homines ipsius; sed fiunt simplices vasalli, prout sunt cæteri, qui Baronibus subiacent in Regno, quidem non est ambigendum quin Princeps possit, pro
17 suo libito priuilegium subdito concessum reuocare, *glos.vltim.in capit.decet de reg.iur.in 6.Bald.in leg.qui se patris col.8. Cod. vnde liberi,* latè post alios *Surd. consil. 419.num. 9.vol.3.* quinimò de sui natura censetur reuo-
18 catum priuilegij causa cessante, *l.Atleta, §.1.ibi quoad in Præsidatu sunt,leg.Geometræ ibi donec curam gerunt, & l.idem Vlp.de excusat.tutor.l.Titia Seio,§.vsuras delegat. 2.leg.filius à patre,§.1.de liber. & posthum. leg. ex facto in principio de vulgar. & pupillar.* cum nonnullis alijs iuribus, & authoritatibus ad eam regulam exornandam coaceruatis per *Tiraquell.in tract. cessante causa in princip. num. 210. cum seqq.* Ideoque *Lucas de Penna in l. 2. numer.4. versicul. ex præmissis, Codic.de priuileg.scholar. lib. 12.* eleganter docet, quod priuilegium concessum
19 per Regni Constitutionem mulieribus coniugatis, vt possit in causa criminali per procuratorem comparere, cessat ipsis mulieribus viduis effectis, etiam si viduitas superuenerit post cæptam litem, nam cessante causa priuilegij res reducitur ad casum, à quo incipere non potest, *l.qui in eum ff.ad l.Aqui cum concordant,* & proinde necessarium est, cessare priuilegium.

Et insuper mutatione personæ tàm ius dicentis, quàm vasalli, quæ est causa priuilegij, extinguitur priui-
20 legium, *l.Paulum vbi Bar.de acquir.heredit.l.licitatio,§. vltimo de public.in.& l.1.Cod.de imponen.lucrat. descript. l.10.*vnde *Bald.in rub.Cod.de vsur.quæst.4.* docet quòd si res Ecclesiæ perueniat ad priuatum cessat priuilegium, & rursus *in l.2. col.5. C. de fern. & aqu.* quod si castrum Ecclesiæ perueniat ad me ex concessione Summi Pontificis facta de plenitudine potestatis, nihilominùs poterit contra me præscribi, eò quod mutata persona mutatur priuilegium, comprobat, & sequitur *Tiraquel. loco proxime citato num. 217.* latiùsque insignis *Lucas de Penna in l.1.num.7.& seqq.C.de imponen.lucr.descript.lib.10. Gironda loco cit.num.64.Surd.consil.307.num.7, lib.3. & cons.244.n.2.lib.3.Giurb.d.cons.24. n.20.*

Et confirmatur, quoniam extinctio huiusmodi pri-
21 uilegij, dara separatione iurisdictionis venit in necessariam consequentiam, eòquod redditur vna cum altero incompatibilis, & præiudicialis, quo casu primum priuilegium cessat omninò, quia aliàs concessio esset sine effectu, vt post *Bald. in lege nec auus in princip.Cod.de emancipat.liberor.* tenet *Cornel. consil.83. nummer.16. lib.4.* cum alijs eleganter traditis per doctissimum *Surd.Grat.disceptat.forens.tom.3.cap.458. numer.7.& 11.*

His replicabat Baro Paniscoculi iurisdictionem sibi esse concessam in personas hominum Casalis il-
22 lius cum clausula abdicatiua, ex qua nedum concessa videtur iurisdictio priuatiuè ad Magnam Curiam iuxta tradita per *Felin. in capitul. pastoralis de offic. ordinar. Roman. consil. 393. & Decian. consil.3.* verùm vbicunque deliquerint vasalli prædicti, cognitio eorum spectat ad ipsum: tanta est namque vis clausule abdicatiuæ, vt causæ huiusmodi videantur quodammodo similes causæ clericali, in qua Iudex laicus nulla-

t.nu.

tenus se intromittere potest, vt considerat *Capicius decis.122. num.6. Vinc. de Franc. decis.183. num.5. & 417. num.8.*

Imò negabat Baro priuilegium Ciuilitatis Neapolitanæ competens hominibus Casalis Paniscoculi, facta venditione ipsius, fuisse extinctum, quòad iurisdictionalia: nam contendebat priuilegium adhuc durare, & nihilominus sibi competere iurisdictionem in
23 vasallos, tùm quia facta separatione Villæ alicuius Ciuitatis, intelligitur translata in concessionarium omnis iurisdictio ex quacunque causa concedenti competens, iuxta singulariter tradita per *Paul. de Castr. in suo celebri consil. 187. numer.3. & 4. volum.2.* cùm etiam præsupponebat hanc cognitionem expressè contineri in ipsius priuilegij tenore propter clausulam in eo appositam, quod possit cognoscere de omnibus, & quibuscunque criminibus, etiam de quibus sola Magn.
24 Cur. cognoscit, tunc enim censerentur concessa etiam reseruata Principi, vt disputatum fuit per *Vinc. de Franc. decision.274.* & posteà pluries decisum in fauorem Baronum refert *D. meus Reg. Tapia in decision. 11. Sacri Consilij numer.4. Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.16. num.25.*

Verum enimverò fallacia esse hæc omnia dicebat Fisci patronus, & proinde cognitionem huiusmodi causæ ad Magn. Cur. omninò spectare, exclusis penitus tàm Barone Paniscoculi Iudice originis, quàm Barone Iuliani Iudice delicti. Nàm quòad primum regula-
25 re est in concessione iurisdictionis, vt numquam censeantur concessa ea, quæ speciali iure concedenti competunt, ad *text. in l. 1. de offic. eius*: vnde *Alberic. in leg. fin. Cod. de iurisdict. omn. iudic.* docet, quod in concessione facta per Regem cum omni iure, quod ipse habet non intelligitur concessum ius, quod habet in castro tamquam Rex sequitur *Iacobin. in sua inuestitura versic. de castro num.6. Martin. Laudens. in tractat. de Principe notab.115. Calcan. Soccin. Iun. & Boss. relati per Surdum in suo eleganti consil.127. n.62. vol.1.*

26 Et in ea quæstione an castro vendito censeantur quoque venditi vasalli, respondit subtiliter *Bald. in leg. si plures Cod. de condit. insert.* quod si dominus, vti Baro feudi, & ratione ipsius possidet eos, & tunc censentur venditi, secùs autem si non iure feudi; sed alio speciali eos possideat, sequitur *Afflict. in cap.1. num. 1. versic. & ratio de Capitan. qui cur. vendid.* cuius meminit *D. meus ad leg. fin. de Constitut. Princip. part. 1. capit.2. num.62.*

27 Secundò in generali concessione rei ea tantum includuntur, quæ sunt de natura ipsius, eidemque cohærentia, *leg. si mercedem §. si cum fundum de action. empt.* à quo id desumpsit *Innocent. in cap. ex litteris de iure patronat.* vnde *Alexand. in l.3. in princip. num.23. de acquirend. possess.* infert, quod vendito castro non transferuntur in emptorem, nisi ea tantummodò, quæ propriè à castro dependent, sequitur *Surd. dict. consil. 127. num. 64.* ideòque *Paris de Puteo* satis ad propositum *de reintegrat. feud. verb. an si dominus Baronia fol. 107. col.4. num. 2.* ait, quod vendita re cum iuribus suis, ea tantum videntur vendita, quæ veniunt de natura ipsius, non ea, quæ per accidens adhærent: estque ad hoc famigeratum *responsum Andrea Alciat. quod est 33. lib. 9.* vbi *n.9.* hanc partem probat.

28 Tertiò *Bart. leg. inter eos ff. de acquirend. rer. domin.* quæstionem excitat in puncto, an vendito castro, transeat etiam iurisdictio in emptorem, & distinguendo satisfacit, quod si iurisdictio cohæreat territorio transit in concessionarium; non autem si cohæreat personæ vendentis, idque pluribus exornat *Cardinal. Paris. consil. 20. vol. 1.* & communiter teneri inquit *Alciat. dict. consil.33. num.7. lib.9. Surd. dict. consil.127. nu.26. Gurb. d. cons.24. n. 19.*

Quartò vendito castro non transfertur in emptorem
29 id, quod vendens, seu concedens habet ex priuilegio, ita egregiè fundat *Lucas de Penna in l.2. num.3. Cod. de iure reipublica lib. 11.* sequitur *Dominus meus ad d. l. fin. part.1. cap.2. num.58.*

Quintò, nam si daremus, homines Casalis Paniscoculi adhuc post venditionem retinere inibi priuilegium Ciuilitatis Neapolitanæ quòad forum, sequeretur exinde absurdum euidentissimum posse eos quamcunque personam conuenire in Curia illa, & sic daretur aliud Tribunal in Casale prædicto coæquale M.C.V. quod esset ridiculum, & aliàs considerauit *Staiban. d. consil.17. num.22.*

30 Ad id autem, quod dicebatur pro Barone ipsius, quod scilicet iurisdictio sit concessa in personas vasallorum posse procedere, vbi concederetur nullo circumscripto, & assignato territorio, secùs vbi iurisdictio circumscribi territorio: tunc enim si vasallus deliquerit extra illud, nullatenus fiet remissio causæ ad suum Baronem, provt specificè docet *Ioannes Thomas Minadous dec.18.* quem sequitur *Vinc. de Franch. decis.458. num.3. Anton. Fab. in Cod. Fab. lib.3. titul.12. diff.27. num.4. & Alex. Palmer. in alleg.* pro Principe Hostiliani prælo traditis per *Ioannem Bapt. Thor. in Comp. decis. part.2. verb. remissio delinquentis col.2.* nisi tamen id Baro haberet priuilegium cognoscendi etiam de delictis commissis extra territo-
31 rium: quæ clausula operatur effectum traditum per *D. Reg. Rouit. ad prag.1. vbi de delict. quis commen. deb. n.26.*

32 Et ad tradita *per Paul. de Castr. dict. consil.187. num.2*, responsum fuit. Primò procedere in casu suo, idest, vbi separatio Villæ à Ciuitate fit contemplatione certæ personæ. Secundò intelligi de his, quæ sunt cohærentia feudo, & secundum eius naturam, provt paulò ante notauimus, vtpotè merum, & mixtum Imperium, de quo ibi agitur.

Et tandem ad clausolam cognoscendi de delictis, de quibus sola M. C. cognoscit, dictum fuit, intelligen-
33 dam esse concessionem de his quæ competunt Magnæ Curiæ ratione præheminentiæ, vt sunt delicta Officialium actiuè, & passiuè tàm Regiorum, quàm Baronalium ex *rit.49. in ordinem Carauita*, vt palàm fit in specie proposita per *Vinc. de Franc. dicta decis.274. & Dom. meum dicta decis.11.* non autem de his, quæ competunt Regi ex priuilegio. Et rursus dicebatur cognitionem in Ciuibus Neapolitanis non esse ad solam M. C. reseruatam, vt proinde haberet locum clausula prædicta, quæ de his agit; sed ad omnia Tribunalia hac in fidelissima Ciuitate residentia, provt Sacrum Consilium, Regiam Cameram, Magnam Curiam Vicariæ, Curiam Admiratiæ, Curiam Baiulationis, Curiam Artis Serici, Lanæ, & his similes. Hæc ad exclusionem Baronis Paniscoculi.

Quod verò attinet ad Baronem Iuliani, dicebatur ipsum debere excludi, ex eo quod falsò supponit priuilegium fori Ciuibus, seu Vicanis Casalis Paniscoculi ex venditione ipsius esse omninò extinctum, & abrogatum: etenim abrogatio, & extinctio hæc necessaria non est hoc casu. Princeps namque dupliciter potest deroga-
34 re priuilegio à se concesso, vel illud omninò abrogando, & in totum penitus tollendo, ita quod nullum remaneat priuilegij vestigium, vt in *capitul. quia sæpè de electione in 6. & in capitul. clericis de electione eodem lib. & in capitul. vltim. de sentent. excommunicat. ibidem*. Vel illud diminuendo, & moderando, vtpotè cum priuilegium continens plura capita, quòad quædam limitatur, & restringitur, *glossa* est celebris in *capitul. decet verb. mansurum de regul. iur. in 6.* quam meritò commendat *Franc. Marc. decision.528. numer.11. part.2.* sic quoque in præsenti, nam priuilegium concessum Vicanis prædictis non in totum abrogatur, sed in ea tantum parte, qua Baro Paniscoculi vti potest iurisdictione sibi concessa, cum qua certè illud esset incompatibile, & secundum hæc intelligenda sunt tradita per *Grat. dicto capitul. 458.* Cæteris autem partibus in quibus Baro prædictus eam exercere non valet, vtpotè in delictis commissi à suis vasallis extra territorium, nullatenus est derotum, quia vt supra diximus, vt derogaretur necessaria erat specifica concessio, quam non habet. Ergò quòad
35 delictum commissum extra territorium priuilegium firmum remanet, ita egregiè colligitur *ex textu in capitul. 1. per totum de priuilegijs in 6.* & rursus *in capit. vnic. §. fin. in fine de stat. regul. eodem lib. & in clementina dudum versic. per huiusmodi de sepultur. Alciat.*

Forner. & Brecheus in l. deregatur de verb. signif. Pater Franc. Suar. lib. 8. de legib. cap. 39. nume. 7. nouissimè *Ioan. Cochier. de iurisdictione in exemptos lib. 2. quæst.* 18.
36 vbi ideo post *Ioannem de Selua* voluit exemptionem per priuilegium in parte ademptam, in reliquis firmam remanere, ad quod est elegans consilium *Paul. de Castr.* 307. *num. 2. vers. secundo ad idem*, quem sequitur *Caualcan. decis. 4. nu. 8. part.* 2. & idem *Castr. consil.* 431. *num. 7. lib.* 1. docet renunciantem vni capitulo priuilegij posse vt aliis capitulis, quod etiam probat *tex. in l. 1. vers. partim, & l. 2. Cod. de his, qui spont. publ. muner. subeunt lib.* 10. vbi *DD.* & tradit *Gaill. lib. 2. obseru. 60. numer.* 11. idque eleganter exmplificat *Gratian. discept. forens. tom. 1. capit. 182. num.* 28. in priuilegio electionis fori concesso pupillis, & miserabulibus personis, vt licet eo non gaudeant quoties agunt ex contractu defuncti, tamen non per hoc dicitur abrogatum priuilegium *legis vnica C. quando Imper.* sed tantum hac in parte limitatum, & diminutum, quod facilius est permittendum.

Sileant ergò hoc casu ambo Barones, etenim non est de quo conquerantur. Baro namque Paniscoculi vinceretur de iure communi a Barone Iuliani Iudice delicti, non ergo ei fit iniuria si vincatur à Magna Curia Vicariæ, quæ virtute priuilegij succedit in locum ipsius Iudicis delicti Baroni autem Iuliani nec rursus preiudicatur, eò quod ipse nihil allegare potest contra priuilegium prædictum: nam concessio facta Baroni Paniscoculi de ipso non loquitur, & quantum ad eum spectat, M. Cur. liberas ædes habet, *tex. in l. loci corpus §. competit, si seruit vendic.* & priuilegium concessum Baroni Paniscoculi de his non loquitur, nec ad eum extenditur, *c. sanè*
37 *vbi DD. de priuil. Decius in l. in omnibus causis num. 6. de regul. iur.* etiam si sit concessum ex contractu, & mediante pecunia *l. si vnus §. ante omnia de pact.*

Et non est inconueniens vt vna eademq; res respectu diuersarum personarum diuerso iure iudicetur, eleganter *Oldrad. cons.* 151. sequitur *August. Barbosa axiom. vsufrequent, axiom. 74. nu.* 5. & vnum eumdemque ho-
39 minem posse esse vasallum, & subditum iurisdictioni duorum dominorum, scitum *est l. assumptio §. iuris prudentibus ad municipal. c. fin. de for. compet. cap. 1. §. vlt. vers. cum non sit inconueniens de priuileg. in 6. Clem. Apostolica §. rursus vbi glossa in verbo homoq; ligius de re iudic. And. in cap. 1. num. 2. verb. & hoc qualit. cas. iur. deb. fidel.*

Pendet adhuc huius controuersiæ in Mag. Curiæ Vicariæ, ideòque nil super hinc inde adductis in præsenti firmare audeo.

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes in Ciuitate Neapolis non remittuntur ad eorum Barones.*
2 .. *idem si delinquant in Casalibus ipsius.*
3 Text. in l. vnica C. quom. & quand. Imp. & in Const. Reg. statuimus *non procedit in ciuitate Neapolis, nec in Casalibus.*
4 *Tortura ex processu informatiuo non infertur contra Neapolitanos, nec etiam contra Casalenses.*
5 *Casalia Ciuitatis subiacentia territorium non habent.*
6 *Iurisdictio, quæ territorio non est circumscripta dicitur concessa in personas.*
7 D. Reg. Tapia ad pragm. 1. vbi de crim. agi opor. n. 20. *commendatur, sed quomodo procedat n.* 22.
8 *Iurisdictio quando dicatur concessa in personas remissiuè.*
9 *Castro, seu Casale venditio censetur etiam venditum territorium illi cohærens.*
10 *Castrum recognoscens in feudum, censeatur etiam cognoscere territorium.*
11 *Castro concesso cum iurisdictione censetur etiam concessum territorium.*
12 *Territorio, & districtus, à quibus denominentur.*
13 *Iurisdictio qualibet suum desiderat territorium.*
14 *Casalia hodie ex generali consuetudine habent territoriū.*
15 *Territorium quomodo probetur.*
16 *Concesso castro, quod territorium non habet iurisdictio terminatur muris, & habitationibus ipsius.*
17 Camill. de Medic. cons. 149. num. 7. *commendatur.*
18 *Casale à Ciuitate separatum habetur tanquam locus existens extra territorium.*
19 *Priuilegium non est taliter interpretandum vt exinde ledatur Principis Maiestas.*
20 .. *& publicas vtilitas.*
21 *Iudex originis non cognoscit de delictis commissis extra territorium concurrente Iudice delicti.*
23 .. *capiens furem cum refurtiua fit competens ratione contrectationis.*
24 .. *originis cognoscit de delicti extra territorium commissis non concurrente Iudice delicti, nisi tamen Regia Curia preuenerit in captura.*

ARGVMENTVM.

Tex. in l. vnica C. quando Imper. qualiter non procedat in Ciuitate Neapolis, & Casalibus.

DECISIO XXVI.

Ex Merlino Controuers. Forens. 100.

ADeo verum est id quod in præcedenti capite annotauimus, quod scilicet in fauorabilibus appellatione Ciuitatis veniant etiam Casalia, vt cum fauore publicæ
1 vtilitatis receptum sit quod delinquentes in hac ciuitate Neapolis, licet exteri sint, sortiantur omnino forum Magn. Curiæ Vic. itaut non possint Barones petere eorum remissionem, nam videtur offensa persona Excellentissimi Proregis in ea residentis, vt notat *Vinc. de Franc. decis. 129. num. 2. & decis. 499. D. meus Reg. Tap. ad pragmat. 1. numer. 20. vbi de crim. ag. op. lib. 3. Iur. Reg. D. Io. Franch. de Castillo decis. Sicil. 248. nu. 2. tom.* 3. idem quoque dicendum sit in delinquen-
2 tibus in casalibus ipsius, ex traditis per *eund. Vincen. de Franc. dict. decision. 129. D. Reg. Ronit. decision 11. num. 14. Io. Bapt. Tho. in 2. tom. Comp. decision. Reg. verb. remissio alicuius vasalli vers. hinc ad propositum fol.* 563. & sic vidi semper iudicari in Magnæ Cur. Vic. Eademque ratione sicut in Ciuitate Neapolis
3 ob assistentiam Proregis non datur electio fori, nec variatio, quia cessat perhorrescentia, *Restaur. Cast. in tract. de Imper. quæst. 110. versic.* 185. *Consiliar. de Bott. in annotat. ad Const. Regni statuimus verb. miserabilium personarum D. R. Ron. cons. 88. num. 3. vers. nec dicatur tom. 1. Paul. Staib. cons. 74. nu.* 13. sed melius quam cæteri omnes *D. meus Reg. Tap. decis. 43. S. C. Neap. num.* 5. & secundum hanc opinionem (etsi contra attentare ausus fuerit. *Non. in prax. elect. forens. sect. 1. quæst. 3. nu. 30. & 32.*) fuit nouissimè iudicatum per supremum Collaterale Consilium facti contingentia vt apud Authorem supra hoc in opere.

Similiter quoque dicendum est non dari electionem fori in Casalibus huius Fidelissimæ Ciuitatis, quæ habent se cum illa per modum vnius, prout esse de iure tradit *Alex. Palmer. in allegationibus pro Principe Hostiliani* prælo traditis per *Io. Bapt. Th. in Comp. tom. 2. verb. remissio delinquentis col. 3. f.* 583. quamuis contrarium decisum iunctis duabus Aulis per S. C. Referat *D. meus d. decis. 43. num.* 7.

4 Sed insuper sicut contra delinquentes Neapolitanos non potest Mag. Cur. vti sua preheminentia torquendi ex processu informatiuo, ita nec contra Vicanos, & Casalenses, *Camil. de Medic. cons. 149. num.* 34.

Hic eorum habuit alia quæstio inter eundem Baro-
5 nem Casalis Paniscoculi, & regium Fiscum; etenim patrato per Hieronymum de Alterio eiusdem vassallum homicidio in Casali Piscinolæ, quod similiter est in territorio huius Fidelissimæ Ciuitatis; dicebat sibi esse remit-

remittendum eo quod certum sit Casale Paniscoculi
sibi venditum à Regia Curia territorium non habere
quod regulare est in Casalibus, villis, & Castris Ciuita-
ti subiacentibus, ad notata per *Bart. in l. qui ex Vico ad
municipal. Innoc. in capit. cum ad sedem de restit. spoliat.*
quem omnes sequuntur præsertim relati per *Auendan.
de exequend. mandat. par. 1. cap. 4. num. 4. Paul. Stai-
ban. conf. 17. nu. 5.* & propriè in Casalibus huius Ciui-
tatis aduertit *Vinc. de Franc. d. decis. 129. in principio,*
si ergò Casale Paniscoculi proprium territorium non
habet, consequens fit vt iurisdictio Baronis concessa
6 censeatur in personas vassallorum, & proindè quocun-
que delinquant sunt ipsi remittendi, vt post *Boer. decis.
227. num. 6. & Marin. Frec. de subfeud. lib. 2. auth. 2.
num. 21.* expresè docet *Foller. in Const. Regn. errores
eorum num. 16. de Episc. & Cleric. Minad. decision. 18.
Capiblanc. ad pragmat. 8. par. 1. num. 56. de Baronibus*
In specie in hominibus Casalium huius Fidelissimæ Ci-
7 uitatis sentire videtur *D. meus ad d. t. prag. 1. vbi de
crimin. agi oport. num. 20.* quam doctrinam decidere in
terminis quæstionem dicebat Baro; & ita se patroci-
nante decisum per Mag. Cur. Vic. in anno 1611. *refert
D. Io. Dominic. Tasson. meritissimus Collega noster in ciui-
libus super Pragm. de antefato obseruat. 4. versic. 3.
num. 66.*

Sed licet propositio hæc prima facie vera, solidaque
videatur, non tamen in præsenti securè procedere asse-
rebatur pro Fisco; etenim minor pars quod scilicet iu-
risdictio nullo sit circumscripta territorio, hanc esse
falsissimam dicebat Fisci Patronus.

Et quidem relicta ea disputatione an, & quando iu-
8 risdictio censeatur in personas concessa, pro cuius ex-
plicatione videndus est præ cæteris *Foller. in comment.
ad Constit. Regn. errores eorum num. 15. & 16. cum seq.*
cuius examinatio nō est in præsenti necessaria, eo quod
id tantum probare intenditur, quod scilicet iurisdictio
sit certo territorio limitata, vnde corruat assumptum
contra Fiscum factum.

Dicebatur in primis concesso, aut vendito Castro,
Vico, siue Casale, censeri etiam venditum, & conces-
sum territorium illi cohærens, & cætera omnia, quæ
Vniuersitatis nomine continentur secundum *Bal. in cap.
accedens in fine, vt lit. pend.* quem sequitur *Cam. de Med.
conf. 21. num. 34. Caual. decis. 4. num. 1. & 2. parte 2.
Menoch. conf. 401. num. 58. & conf. 437. nu. 15. Crau.
conf. 701. num. 45. & seqq. Card. Tusc. pract. conclus.
tom. 1. lit. C. conclus. 116. num. 3. Aug. Barb. de appell.
verborum vtriusque iur. verb. Castrum num. 3.* subdens
nu. 5. quod Castri appellatione veniet territorium cum
iurisdictione cohærente ipsi castro tanquam accesso-
rium, tradunt *Suar. allegat. 7. num. 8. Pet. de Greg. de
concess. feu. 2. part. q. 2 num. 12. Io Vinc. de Aan. alleg.
52. num. 1. Valas. de iur. emph. quæst. vlt. num. 3. Capib.
de auth. Baron. prag. 8. in 1. par num. 30.* egregiè *Dom.
meus R. Tap. in l. fin. cap. 2. in 1. par. num. 27. cum seqq.
ff. de Constit. Princ.*

10 Et quamuis sint qui dubitent an recognoscens ca-
strum in feudum, censeatur etiam recognoscere terri-
torium, vt per *Bald. in cap. 1. num. 7. de cap. qui cur ven-
did. Oldrad. conf. 121. Menoch. & Tusch. relatos per Bar-
11 bos. loc. cit. num. 2.* hoc tamen est extra controuersiam
quando conceditur castrum cum iurisdictione, nam cē-
setur etiam concessum territorium. *Boer.* eleganter *de-
cis. 227. circa fin. vers. sed non sic, Camill. de Med. conf.
12 21. num. 18.* quia territorium dicitur à terrendo, & di-
strictus à distringendo, *glos. in c. rursus ver. potestate
inst. de actio. & in clem. ne Romani §. sanè vers. dioecesis
de elect. Abb. conf. 20. in princ.* & hæc duo pro eodem
ponuntur, vt probat *Felon. in d. cap. Rodulphus num. 19.
13 vers. sed territorium de rescript.* & quælibet iurisdictio
suum desiderat territorium, *Reg. de Ponte conf. 51. num.
35. Paul. Staiban. conf. 17. nu. 5. 6. & 7.*

Insuper aut Casale, seu Castrum quod est sub aliqua
Ciuitate habet proprium territorium, prout ex gene-
14 rali consuetudine Casalia hodiè habent certos termi-
nos, limites, & territorium, ad tradita per *Paris. conf.
16. nu. 24. lib. 4.* quem refert, & sequitur *Cancer. var.
resol. tom. 3. cap. 13. de iur. castror. num. 23. Augustin.
Barbos. de appellat. verbor. vtrisque iur. loco citato num. 4.*
15 etenim territorium constituitur pluribus modis, inter
quos consuetudo plurimum valet; item vulgi opinio, &
iudicium circumcolentium agros, vt eleganter tradit
Bald. conf. 345. num. 1. vol. 5. Hinc videmus in assen-
su, & inuestitura prædicti Casalis expressis verbis fuisse
concessam iurisdictionem in territorio, & districtu, ibi
*cum cognitione primarum, & secundarum causarum ci-
uilium, & criminalium, & mixtarum, & in personas, &
homines dicti Casalis, territorium, & districtum tàm ha-
bitantes, quàm habitaturos in eo, quam originarios priuati-
uè, &c.* vt proindè cessare debeat omnes disputatio, an
iurisdictio sit circumscripta territorio.

Aut verò Casale prædictum, territorium non habet,
nec ideò dicere licebit verba illa, *in territorio, & distri-
ctu*, stare otiosè, & iurisdictionem fuisse concessam in
personas, quandoquidem consecutio hæc non rectè
16 procedit; nam tali casu iurisdictio præcingitur, & ter-
minatur quatenus muris, & habitatione Casalis conti-
netur, & nullum ius acquiritur Baroni in territorio vni-
uersali Ciuitatis, cui Casale subiacet, vt proindè possit
cognoscere de personis in eo delinquentibus, ita ex
Bald. in cap. 1. post num. 7. de capit. qui Cur. vend. de-
17 terminat insignis *Camill. de Medic. consil. 149. num. 7.*
non enim est nouum vt iurisdictio muris Ciuitatis, seu
oppidi circumscribatur; nam Carolum Primum con-
cessisse iurisdictionem criminalem Ciuitatis Salerni
Carolo filio suo intra circuitum tantum murorum, re-
fert *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 2. num. 21.*
nec ideò iurisdictio illa potuit dici fuisse in personas cō-
cessa. Vnde subdit *Camill. de Medic. loc. cit. num. 9.
ex eod. Baldo.* Castrum, seù Casale se habere cum ter-
ritorio in proposita specie tanquam diuersa; nam quā-
tumuis sit Casale intra vniuersale territorium situatum,
nihil tamen de territorio participabit, & habent se sicut
saccus, & farina, nam licet farina in sacco sit, non ta-
men veniet sacci appellatione, & è contra; concludit
igitur Baronem Casalis Serignani, cui vendita fuit iu-
risdictio criminalis in homines ipsius, non posse præ-
tendere remissione suorum vasallorum delinquentium
in territorio Terræ S. Seuerini, intra cuius fines est situ
Casale prædictum, & conferat ad idem, quod tradit
18 *Paul. de Castr.* in propria materia *conf. 307. nu. 1. vol.
3.* quod facta separatione Casalis sistentis intra territo-
rium quoad iurisdictionem, vel alia, illud æquiparatur
loco existenti extra territorium, quod in tantum est
verum, vt etsi exulati à Ciuitate Neapolis, censeantur
etiam exulati ab eius territorio, & districtu, non tamen
erit eis prohibitum manere in Casale Paniscoculi, vndè
necessario consequitur Casale prędictum hodiè esse ex-
tra territorium huius Ciuitatis, prout in specie in exul-
tatis à Ciuitate Tursij, quod possint manere in Casale
Anglonis, quod est ab ipsa separatum, considerat idem
Camill. de Medic. d. conf. 21. num. 20.

Huc etiam pertinet id, quod scribit *Felin. in d. cap.
Rodulphus num. 16. de rescript.* quod si Papa mandet E-
piscopo vt puniat exemptos sui territorij, intelligitur
de his, qui sunt in sua dioecesi, non in aliena, quamuis
illa sit de territorio nominato, & rursus *num. 17. in fin.*
subdit, *& per hoc videtur, quod Archidiaconus licet in suo
Archidiaconatus licet in suo Archidioconatu habeat ordi-
nariā iurisdictionem, tamen quia territorium est Episcopi,
non Archidiaconi, non posset mittere in possessionem ex suo
decreto in territorio alieno.*

Sic hæc vera sunt genericè, idest in quocumque Casa-
le, seu Castro cuicumq; Ciuitati subiecto, multò for-
tius erit idem dicendum in Casalibus huius fidelissimæ
Ciuitatis, in quibus præter easdem rationes superius
adductas, alia, & quidem superior viget, quæ publicam
vtilitatem respicit, nempè offensio facta personæ Excel-
lentissimi Proregis, vt initio præfati sumus, cum si da-
retur locus huiusmodi remissionibus, diminueretur ma-
19 ximopere dignitas, & Maiestas Proregia, quod nulla-
tenus est permittendum, vt eleganter considerarunt
Impe-

Imperatoris in l. fin. C. de Consulib. lib. 12. ibi; *Ne si contrarium approbetur per quamcumque machinationem, Imperialis Maiestas minui videatur*, & regulare est, vt priuilegium alicui concessum nunquam interpretari debeat, vt personam concedentis, lædat: *Dominus meus ad*
20 *l. fin. de Constit. Princip. par. 2. num. 59.* nec extendatur ad ea, per quæ publica læderetur vtilitas, *l. fin. C. de offic. magist. milit. l. humilioribus C. de suscept. & arcar. lib. 10.* exornat *Gerond. tract. de priuileg. nu. 334.*

Insuper posset Baro Panifcoculi prætendere remissionem delinquentium etiam intus Ciuitatem Neapolis, quia non est maior ratio in delinquentibus in Casalibus, ac in Ciuitate, cum hæc duo habeant se per modum vnius, vt initio præfati sumus, & declarat *Abb. cons. 52. dub. 2. Rebuff. Alciat.* & alii relati per *Nouar. d. cap. 63. num. 19.* quod esset non minus absurdum, quam ridiculum,

Et tandem fieret, vt cognosceret etiam de delictis
21 commissis extra territorium contra Iudicem loci delicti sine speciali concessione, quod esset aliud inconueniens, vt declarat *Foller. in praxi crim. verbo audiantur excusatores num. 127. in fin. d. Reg. Rouit. ad pragm. 1. vbi de delict. quis conuen. deb. nu. 22. in fine.*

Ex his consequitur non esse applicabiles ad hypothesim nostram authoritates *Boer. Marin. Freccia, Foller. & aliorum supra nn. 6. relatorum*, quæ licet veram contineant iurisprudentiam, dicebat tamen Fiscus, ex superius traditis negandum esse omninò iurisdictionem, non esse circumscripta territorio, quod requirunt ipsi, vt censeatur concessa in personas vasallorum.

22 Et ad id quod tradit *Dominus meus Reg. Tapia ad d. prag. 1. vbi de delict. num. 20.* quod re vera magis stringere videtur, dicendum est *Dominum meum* ibi dubitatiue locatum fuisse, prout loquitur *Vincen. de Franch. d. decis. 129.* in qua *num. 6.* hæc verba protulit, *super quibus quando casus acciderit, erit maturius considerandum, tam pro Baronibus, quam pro Regio Fisco, quia consultò hanc decisionem posui ne dicatur per prædicta decreta fuisse decisum punctum, si pro delicto commisso in Casalibus Neapolis detur, vel non detur remissio ad Barones*; hæc ipse. Ex quibus colligitur ea, quæ tradit *Dom. meus ibid.* esse potius referenda ad rationem dubitandi, quàm ad articuli decisionem, iuxta theoricam *Bart. in l. non solum §. si liberationis num. 7. de liberat. legat.* cum aliis per *Carauit. ad rit. 21. num. 2.*

Quinimò verius esse vt *Dominus meus* intelligat ibi de Casalibus huius Ciuitatis, quorum iurisdictio est hodie cōcessa in officium, prout in Casale Turris Octauæ, vt videtur se ipsum declarare in *d. decis. 43. num. 6.* in qua vtitur eadem ratione, quod scilicet iurisdictio sit concessa in personas, ex quo non habet territorium, seu districtum, quia iurisdictio est concessa in officium.

Tandem dicebat Fiscus nihil sibi officere ea, quæ cōclusiue tradit *D. Ioannes Dominic. Tasson. loc. praecit.* nec casus, quos decisos refert: nàm quoad Primum potius mirandum esse, quomodo vir alioquin doctus, & eruditus hanc conclusionem generieè, & absolutè statuat, vt scilicet possint Barones petere remissionem vasallorum delinquentium in Ciuitate, & territorio Neapolis nulla adhibita distinctione, an iurisdictio sit eis concessa in personas, an verò cohæreat territorio. Præterquam quod assertio hæc contradicit ex diametro his, quæ ipsemet tradit *eodem numero, versic. nota tamen*. Sed pro sua conclusione allegat decisionem Sacri Concilii in anno 1598. pro Monasterio Sanctæ Mariæ Casalucis, ad quod fuit remissus Antonius de Iorio inquisitus de furto commisso intus hanc Ciuitatem Neapolis. Terruit equidem me decisio huiusmodi Sacri Consilij, prout alias terruisse famigeratum illum Iurisconsultum *Philippum Decium* ipsemet fatetur in suo *cons. 379.* & volui videre processum, & inueni non fuisse inibi de hoc articulo disceptatum: nàm licet furtum fuerit commissum in hac Ciuitate; fur tamen cum re furtiua se contulerat in Casale Casalucis, ideoque non ratione priuilegii, sed contrectationis rei furtiuæ, quod est nouum delictum, processit remissio, prout vidimus remissum furem pro furto commisso intus hanc Ciuitatem Curiam Puteolis ratione contractionis in casu relato
23 per *Capyc. decis. 104. Boer. decis. 118.* & rursus *decis. 47.* & captura delinquentis fuit facta per Officiales prædicti Monasterii, quo casu iurisdictio omnino spectat ad Iudicem capientem, ex eleganter traditis per *Ioannem Vincentium de Anna singul. 438. Francisc. Marc. decis. Delphinat. 176. par. 2.* quæ est notabilis decisio. Non ergo fuit opus disputare de viribus priuilegij, cum Officiales prædicti Casalis essent Iudices, prout quilibet alius solius contrectationis ratione, vnde nescio an de iure processerit decisio Mag. Cur. Vicariæ facta eodem *D. Tassono* patrocinante in anno 1611. ad exemplum illius de Casaluce vt ipse fatetur, vt proinde iustè periculosum semper existimauerim exemplis, & non legibus iudicare.

Sed replicabat Baro, si hæc vera essent nullam sibi remanere iurisdictionem, quem valeat exercere virtute suæ concessionis. Responsum fuit etiam dato, quod Casale prædictum non habeat territorium, adhuc posse illam exercere pro delictis commissis intra muròs Casalis prædicti etiam per exteros, quorum cognitio ei denegaretur omnino, si concessa iurisdictio esset tantum personis vasallorum, vt ipse contendit. Et rursus vti Iudex originis poterit ipse cognoscere de delictis commissis extra territorium Neapolitanum non concurrente Iudice loci delicti, iuxta tradita per *Vincent. de Franc. decis. 66.* nisi tamen Regia Curia præuenisset in capiendo delinquentem, quo casu non daretur remissio ad Baronem originis nisi in priuilegio haberet clausulam cognoscendi de delictis extra territorium commissis, iuxta tradita per *Foller. in constit. Capitaneorum num. 49. in praxi crimin. verbo audiantur excusatores*, quem sequitur *D. Regens Rouitus ad pragmat. 1. vbi de delict. quis conuen. deb. num. 49.* iuxta quam doctrinam feci meo tempore pluries iudicare in M. C. Vicariæ.

Hæc sunt in summa, quæ pro vtraque parte allegabantur in quæstione, vt dies noua, & difficili, quæ hic subnectere volui, vt faciliùs veritas perscrutetur, & decisionem ponam, si articulus antequam Typis hęc tradantur decisus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Variatio dicitur electio.*
2 *Variatio non datur absq; iuramento perhorrescentia.*
3 *Perhorrescentia, quando cesset.*

ARGVMENTVM

Electio, & variatio fori non procedúnt absque iuramento perhorrescentiæ, & M. C. V. àd S. C. non dantur.

DECISIO XXVII.

Ex Staiban. Consil. Decis. 84. num. 11.

1 SEcundò, nempè electio non procedit, & sic etiam variatio, quæ est electio, *l. cum qui certarum, §. 1. de verb. obligat Afflict. in constit. Statuimus, num. 7. & Carauit.* fusius *in Rit. 233. num. 9.*

2 Nisi præstito iuramento perhorrescentiæ, vt in *Constit. Regni Statuimus*, vbi *Andr. & Afflict.* qui sic dicit seruari *decis. 257. num. 4.* & *Præs. de Franc. decis. 257.* per totam in specie, *num. 5.*

3 Quæ perhorrescentia cessat in eodem loco, eadem Curia, & eadem Iurisdictione, cuius causa videmus è Magna Curia non dari variationem ad Sacrum Consilium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudicium est sequendum vbi captum est, maximè si ibi compilatus sit processus.*
2 *Variatio non datur de vno Tribunali ad aliud in Ciuitate Neapolis.*
3 *Perhorrescentia cessat in Ciuitate Neapolis.*

ARGVMENTVM.

Variatio fori priuilegiatis personis non datur in Ciuitate Neapolis.

DECISIO XXVIII.

Ex Rouit. Conf. Decis. 88. num. 4.

1 NEc dicatur, quod quatenus modernus Abbas posset iudicium prosequi, tamen debet illud prosequi in Magna Curia Vicariæ, vbi nedum captum est iudicium, sed etiam est compilatus processus per *Regul. vbi captum ff. de Iudic.*

Non obstante quod modernus Abbas per supplicationem fol. 296. elegerit in forum Sacrum Consilium variando à Magna Curia.

2 Cum in Ciuitate nō datur variatio de vno Tribunali ad aliud, etiam personis priuilegiatis de iure.

3 Cum cesset perhorrescētia ob præsentiam Principis *l. 1. C. de his, qui permet. Iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Orphanus dicitur qui caret patre, & præsidio paterno, licet secundum alios requiratur, quod sit orbatus vtroque parente, nu. 2.*
3 *Legatum dotis dandum puellis virginibus orphanis an possit dari tantum illis, quæ carent patre, non matre, num. 7.*
4 *In vltimis voluntatibus est facienda lata interpretatio. Idem in legatis pijs, num. 6.*
5 *Legatum dotis est pium, si fiat pauperi, & censetur relictum in causam alimentorum.*
8 *Habens patrem inutilem æquiparatur non habenti patrem.*
9 *Priuilegium viduarum habet locum in mulieribus habentibus viros inutiles.*
10 *Ecclesia dicitur viduata si habet Episcopum inutilem.*
11 *Vniuersitas non dicitur habere syndicum si est inhabilis ad agendum.*
12 *Educantes minores destitutos parentibus, atque substantijs non debent vexari.*
13 *Orphanotrophium est locus, in quo pueri orbati parentibus aluntur, nec requiritur, quod vterque parens deficiat, nu. 14. & 16.*
15 *Orphanotrophium deriuat à verbo græco, quod significat nutrio, & pupillo, & differt à xenodochio, & hospitali.*

ARGVMENTVM.

Orphanus quis dicatur, & pupillis, an cicatur habens patrem inutilem, & vidua an censeatur habens virum inhabilem.

DECISIO XXIX.

Ex Gratian. Discept. 666. à num. 1. vsq; ad num. 16.

ORphanus dicitur, qui caret patre, & præsidio pa-
terno, & qui summoperè desiderat eius opem,
1 cum sine illo malè se habeat, & est græca vox, quæ ita
explicatur secundam Vallam *lib. 4. elegantiar.* vt refert
Spiegel. *in vocabul. in verbo Orphanus* Thesau. linguę latinæ, & Calepin. etiam *in ver. Orphanus* vbi quod differt à pupillo, qui licet sit orbatus patre, tamen non caret præsidio paterno, cum tutorem babeat: idem voluit Ioan. Coras. *in tract. inuentar. in prin. num. 7. tomo* 8. *p. 2. fol.* 165. Alciat. *pretermissor. lib. 1. in verb. Orphanotrophias* Gregor. Tholos. *syntagm. iur. p. 2. lib. 12. c. 1. num. 5. fol.* 193.
Verum est, quod secundum aliquos Orphanus dici-
2 tur ille, qui est orbatus patre, & matre, vt dicit Menoch. *de arbitr. cas. 65. in addit. num. 7.* Rebuff. *de sentent. prouisionae siue prouisionalib. art. 3. glos. vlt. num. 4. tom. 1. fol. 295. & in l. pupillus, 239. colum. 2. ad med. vers. secundo quamuis, D. de verbor. significat. fol.* 1045. vbi quod licet Græci vocent Orphanum pro quolibet infante non habente patrem, Tamen hoc vocabulo propriè vocatur, qui sine patre, & matre est.
Quidquid tamen præfati Doctores sententiant. In casu nostro concludendum est satisfactum esse menti, & dispositioni testatoris per nominationem puellæ or-
3 batę tantum patre, dum mandauit nominari pro consecutione legati dotis puellas Virgines orphanas, cum enim simus in vltimis voluntatibus, est facienda lata in-
4 terpretatio, quidquid sit in contractibus *o. qui duot, & l. seruis legatis, ff. de legat. 3. l. si ita scriptum, in princ. ff. de leg at. 2. l. iusta interpretatione, de verbor. significat. l. si quis ita in princ. ff. de testam. tut.* Card. Mantic. *d. tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 4. num. 63. in fin. & d. coniect. vltim. voluntatib. l. 3. tit. 18. numer. 2. cum seq.*
5 Maximè quia sumus in materia fauorabili dotis, cuius legatum dicitur pium, quando fit pauperi, ita vt censeatur relictum in causam alimentorum Ruin. *consi.*
6 71. *num. 15. lib. 3.* Surd. *de aliment. tit. 2. q. 12. num. 9. &* 10. In legatis autem pijs fit larga interpretatio: Soc *cons. 247. nu. 6. lib. 1.* Tiraq. *priuileg. pia caus.* 23. Surd. *de alim. tit. 8. priuileg. 25. num. 6.*
Quæ magis procedunt, quia non adest aliqua Orphana orbata vtroque parente, quæ in concursu præ-
7 tendat se præferri: Vnde satis est, quod nominetur illa quæ est sine patre, cum dicatur satisfactum menti testatoris, ita vt executor in hoc casu possit dare dotes
8 puellis habentibus patres inutiles cum satis dicantur orbatę patribus, quæ tales inutiles habent, & verè sint destitutæ præsidio paterno, vt in specie concludit Perez de Lara *de anniuersar. & capellanijs, lib. 1. cap. 21. num. 32. & 33.* iuxta notabilem Glos. *in leg. final. in verb. orbitates Cod. ad leg. flau. de plagiar.* Ias. *in l. fin. num. 3. D. de offic. eius.*
Et faciunt similia de priuilegiis cōcessis viduis, quæ
9 competunt etiam mulieribus habentibus viros inutiles: Bald. *in d. l. fin. C. ad leg. flau. de plagiar.* Cott. *in memorabil. lib. in verb. vidua*, Couar. *pract. quæst. cap.*
10 7. *num.* 2. late Tiraq. *l. connubial. 6. num.* 12. Prout etiam est in Ecclesia, quæ dicitur viduata, si habet Episcopum inutilem; *c. inter. corporalia de translat. Episcop.* Luc. de Pen. *in l. cum scimus n. 5. C. de agricol. & censit*
11 *lib.* 11. Quemadmodum etiam vniuersitas non dicitur habere Syndicum, si ille sit inhabilis ad agendum *l. 1. §. quod si nemo, ff. quod cuiusque vniuersit. nomen.*
Neque obstant Doctores, qui concludunt requiri orbitate m vtriusque parentis. Quia satis est quod alii teneant contrarium, vt supra ostensum est; Neque ad-
12 est præcisa lex, quæ id disponit, cum *text. in l. orphanotrophis 30. C. de Episc. & cler.* solum dicat, quòd non debent vexari callidis machinationibus, qui festinant paterna affectione educare, & sustentare, propter timorem Dei, minores destitutos parentibus, atque substan-

ſtantijs. Nam ex iſtis verbis nihil concluditur, quod
ſpectet ad ſignificationem orphani. Prout neque *Gloſ. in l. illud, 16. in verb. orphanotrophium, C. de ſacroſ. Eccl.*
aliquid de ſignificatione orphanorum concludit, cum
13 ſolum explicat quod orphanotrophium eſt locus in
quo pueri orbati parentibus aluntur. Et quamuis *Salic. in l. orphanotrophos, 30. num. 1. C. de Epiſc. & cleric.*
velit vt talis locus ſit, quando recipit pueros orbatos
14 vtroque parente, Tamen verius eſt, vt etiam ſufficiat,
quod ſint tantum ſine patre, vt explicat *Spiegel. in lexic. iur. in verb. orphanotrophium* tamquam hoc verbum de-
15 riuet à græco, quod ſignificat nutritio, & pupillo, &
differt à Xenodochio, quod eſt domus, in qua Peregri
ni, & hoſpites accipiuntur, Prout hoſpitale, quod dicitur à verbo græco ſuſcipio, & hoſpes: Et paſſim orphanotrophium accipitur pro loco parato alendis pue-
16 ris, vt per Prateium *in lexic. iur. in verb. orphanotrophium iuxta l. 16. & 18. C. de ſacro. Eccl.* Et concludunt omnes *in dictionar. in verb. orphanotrophium*, quibus etiam magis ſtandum eſt tamquam peritis in rebus, & vocabulis ad eos ſpectantibus. Et ita ex prædictis fuit data dos orphanæ ex patre tantum, non exiſtente aliqua in concurſu, quæ vtroque parente eſſet orbata.

SVMMARIVM.

1 *Quæ conſtituantur ex l. vnica C. quand. Imper.*
2 *Miſerabiles perſonæ non trahuntur inuiti extra prouinciam.*
3 *Miſerabiles perſonæ non conueniuntur in alieno domicilio.*
4 *Ipſi tamen bene poſſunt trahere, atque euocare quoad primam cauſarum cognitionem, etiam in prima inſtantia aduerſarios extra domicilium coram Principe, & in curia etiam per viam ſimplicis querelæ, & quamuis longe diſtet ab eorum prouincia.*
5 *Hodie nouorum iure authenticorum, nemo poteſt vocari in ius extra prouinciam, niſi iudex prouinciæ negligens fuerit in adminiſtranda iuſtitia.*
6 *Sed id non procedit in viduis, pupillis, & miſerabilibus perſonis, quia etiam ſi iudex prouinciæ in adminiſtranda iuſtitia negligens eſſet, non poſſent perſonæ metipſæ euocari extra prouinciam.*
7 *L. vnica C. quand. Imp. inter. pup. & vidu. priuilegio, nec per derogationem generalem reſcripti Principis derogare, ſed neceſſe eſſe, quod ſpecifica mentio fiat de pupillis, viduis, & alijs miſerabilibus perſonis.*
8 *Actor regulariter debet ſequi forum rei.*
9 *Pro lite examinanda in prima inſtantia nemo poteſt etiam ad curiam Principis vocari, tametſi poſſit inuitus ad eam trahi per appellationem.*
10 *Id tamen fallit in pupillis, viduis, & alijs perſonis miſerabilibus, & in quibuſdam caſibus, qui hic adnotantur, & caſus de corte vulgo nuncupantur.*
11 *Sine præfatæ perſonæ conueniantur coram iudicibus ordinarijs, quo caſu electio eſt ipſorum eligendi curiam ſiuè coram Principe conuenta fuerint, quo etiam caſu poſſunt declinare forum Principis, & dicere, quod debent conueniri coram iudice ordinario eius loci, vbi degunt.*
12 *Et quamuis Vinc. de Franchis deciſ. 100. num. 21. aſſeuerauerit, præſumptionem eſſe contra declinantem à tribunali ſupremo ad inferius.*
13 *Vera tamen præſumptionem ceſſare debere, & locum eſſe deciſ. d. l. vnica, prout hic explicatur.*
14 *Et conuenire Didac. Couarr. prout hic adnotatur.*
15 *Vidua vocandi ad Curiam Regis eius aduerſarios in prima inſtantia, ita demum priuilegium obtinet, ſi honeſta ſit, honeſtamque vitam agat, ſecus alias.*
16 *Fœmina virgo cælibem agens vitam, vtrum gaudeat beneficio, & priuilegio d. leg. vnica C. quando Imperator inter pup. & viduas.*
Quod gaudeat ex ſententia multorum.
Quod non gaudeat ex ſententia aliorum.
Quæ ab authore probatur, & concludentibus corroboratur rationibus.
17 *Pupilli, & orphani, qui dicantur in propoſito, vt priuilegio, & beneficio dict. l. vnica gaudeant.*
Et ita inter miſerabiles connumerentur perſonas.
Qualiter etiam, & vſque ad quam ætatem priuilegium illud receperit praxis frequentior.
18 *Pauperes, vt priuilegio, & beneficio d. l. vnicæ fruantur, qualiter paupertas probari debeat, & an paupertatis definitio iudicis boni arbitrio ſit relicta.*
19 *Miſerabiles perſonæ, vt gaudeant priuilegio, & beneficio d. l. vnica, quæ dicantur, & quid praxis ſeruauerit circa perſonas eaſdem.*
20 *L. vnica C. quando Imperator inter pup. & vid. beneficium, & priuilegium, obtinere, & competere, tam in cauſis criminalibus, quam ciuilibus.*
21 *Et competat negotiorum geſtori.*
22 *An etiam perſonis quibuſcumque quæ per adminiſtratores gubernantur, & reguntur.*
23 *Rurſus an eidem priuilegio renuntiari poſſit expreſſim.*
24 *Leg. vnica Cod. quando Imperator inter pup. & viduas, beneficium, & priuilegium, obtinere, & competere, tam in cauſis criminalibus, quam ciuilibus.*
21 *Et an competat negotiorum geſtori.*
22 *An etiam perſonis quibuſcumque quæ per adminiſtratores gubernantur, & reguntur.*
23 *Rurſus, an eidem priuilegio renuntiari poſſit expreſſim.*
24 *Leg. vnica C. quando Imperator inter pup. & viduas, beneficium, & priuilegium, qua ratione fuerit introductum, & conceſſum.*
Vbi, & leg. cuiuſdam partita ſingularia verba in propoſito pracitantur.
25 *Dicta l. vnica, beneficium, & priuilegium, vtrum competat pupillis, & viduis, non modo pauperibus, ſed etiā diuitibus.*
Quod pauperibus tantum competat, ex ſententia quorundam.
Diuitibus etiam competere, ex ſententia aliorum.
Et hac poſterior, veriſſima, & verior opinio, atque in puncto iuris, & in praxi tenenda omnino.
Et pro ipſa concludenter rationes hic perpenduntur, & ſingulariter explanatur tex. in d. l. vnica, vt latius hic per totum numerum.
26 *L. vnicę. C. quando Imperator inter pup. & viduas beneficio, & priuilegio, vt locus ſit, potentiam alterius perhorreſcere pupillos, & viduas, & ſimiles perſonas, neceſſe non eſſe de iure communi.*
Nec id mutari ex l. quadam partita, prout Dida. Couarr. ſingulariter, & vere obſeruauit, & author ſecutus eſt.
27 *Vidua, pupillus, & alij habentes fori, & dicta l. vnica priuilegium, vtrum poſſint eo vti aduerſus ſimile, & par ius habentes.*
28 *Vidua dotem repetens, an habeat priuilegium ſui iudicij, etiam ſi contra pupillum agat, remiſſiue.*
29 *Viduæ, pupilli, & miſerabiles aliæ perſonæ, quando habent cauſam communem cum alijs perſonis non miſerabilibus, an tunc perſonæ illæ propter communionem gaudere debeant eodem fori, atque d. l. vnica priuilegio.*
Et ibidem l. ſi communem ff. quemadm. ſeruit. amittantur, exornata quam plurimis, remiſſiue.
30 *Dicta leg. vnica beneficium, & priuilegium, vtrum Eccleſiæ, rei publicæ, vniuerſitati, & communitatibus competat.*
31 *Ceſſionarius viduæ, pupilli, aut pauperis, vtrum gaudeat priuilegio d. l. vnica, vt poſſit in prima inſtantia debitorem in curia conuenire.*
32 *Et an pupilli, viduæ, & pauperes metipſi ex ceſſione alterius non priuilegiati gaudeant eodem dicta l. vnica priuilegio.*
33 *Cedens, vtrum poſſit agere poſt ceſſionem inuito ceſſionario, remiſſiue.*
34 *L. vnica C. quando imperat. inter pup. & vid. priuilegium, & beneficium, vtrum obtineat, etiam poſt cœptum coram ordinario iudicium.*
Quod non obtineat, ex ſententia Did. Cou.
Quod obtineat, ex ſententia communiori multorum.
35 *Ex ſententia vero authoris, qualiter explicari debeat dubium prædictum, quod hactenus nec abſolute ſatis, nec dilucide explicatum erat ab alio, prout hoc numero adnota-*

notatur, & distincte, & nouiter obseruantur nonnulla, & num. seq.

36 *Pro Didaci Couar. resolutione negatiua, quod dicta lege vnica priuilegium locum non obtineat post captum coram ordinario iudicium; expenduntur fundamenta nonnulla, & nu. seq.*

37 *Exceptiones dilatoria, & fori declinatorias post litem contestam opponi non posse.*

38 *Pro sententia affirmatiua, quod dicta l. vnica priuilegium obtineat etiam post captum coram ordinario iudicium, fortissima expenduntur fundamenta, & num. seq.*

39 *Iudicium finiri debere, vbi captum est, & litispendentia exceptionem obstare in quocunque iudicio, & inter personas quascunque regulam illam tritam, & vulgatam, multifariam explicari, nec ita absolute, atque indistincte procedere, vt hic obseruatur.*

40 *Et non obtinere, quando in alio iudicio ageretur ex causa necessitatis.*

Vel citatus, aut agens in alio iudicio, priuilegium haberet declinandi.

Vel primus iudex esset negligens in administranda iustitia.

Aut coram primo iudice non posset quis consequi iustitia complementum propter potentiam aduersarij, vel de facto ortam.

Vel in alijs casibus similibus.

41 *Et in his omnibus procedere absque dubio aliqua sententiam illam, quod d. l. vnica beneficium, competat etiam post captum coram ordinario iudicium.*

42 *Procedere etiam sine dubio, quoties iure minoris ætatis aduersus litis contestationem, & iudicium cęptum personæ prædictæ priuilegiatæ venirent.*

43 *Nec admitti posse Didaci Coua. sententiam contrariam, vt hic adnotatur, & num. seq.*

Vbi etiam supremorum consiliorum iudicium non subire, sine alium inferiorem iudicem habere, modicum damnum dici non posse.

44 *Minor vtrum restitui possit aduersus fori declinatoriam omissam.*

45 *Pupilli, viduæ, & similes personæ, quæ declinandi forum & auocandi causas ad curiam, priuilegium obtinent, vtrum eo frui, atque vti possint, si tanquam hæredes successerint in lite capta.*

Vbi pars negatiua defenditur, quæ & numeris seq. comprobatur.

46 *Conditio defuncti non mutatur ex persona hæredum.*

47 *Priuilegiatus quicunque sequitur forum defuncti quo ad litem captam, & ea, quæ contracta sunt, secus quoad litem non cęptam, vel contrahenda.*

48 *Instantia cępta transit in eodem statu, & cum omnibus suis qualitatibus in hæredem.*

49 *Clericus laici hæres lite coram iudice seculari capta cum defuncto, apud eundem iudicem prosequi tenetur.*

Lite verò nondum cępta, vocandus est pro actione hæreditaria ad iudicem Ecclesiasticum.

50 *Aluari Valasci in proposito quæstionis excitatæ supra, nu. 45. placitum commemoratur.*

51 *Lis capta in iudicio priuilegiato, an debeat remitti cessante causa primordiali priuilegij, remissiue.*

52 *Viduæ, pupillus, & miserabiles personæ habent priuilegium declinandi forum, & viuntur beneficio dictæ legis vnicæ, & si tanquam hæredes, vel ex contractu alicuius defuncti conueniantur, modo lis capta non fuerit.*

ARGVMENTVM.

Electionis fori priuilegium, quibus, & quando competat, latissime quidem Enucleatur.

DECISIO XXX.

Ex Soto Maior Controuers. 25. Lib. 3.

EX iuris interpretibus, & *dec. l. vnic. quand. Imper.* deducuntur expressim, atque obseruari, & constitui debebunt sequentia.

Ac primũ equidem, quod pupilli, viduæ, pauperes, & miserabiles aliæ personæ non possunt trahi, neque vocari etiam per rescriptum Principis extra prouinciam, aut proprium domicilium, etiam ad Curiam Principis, sed in proprio domicilio sunt conueniendæ. Et hoc est primum priuilegium concessum in *d. l. vnica*, personis miserabilibus, & quando ipsæ conueniuntur. Iidem tamen bene possunt trahere, atque reuocare quo ad primam causarum cognitionem, etiam in prima instantia aduersarios extra domicilium coram Principe, & in curia, etiam per viam simplicis querelæ, & quamuis longe distet ab eorum Prouincia. Et hoc est alterum priuilegium, quod eisdem personis miserabilibus conceditur in *d. l. vnica*, & quando sunt actores, & ita in effectu deduxit *Bald. ex eadem l.* atque summauit ipsam in hũc modum, personæ miserabiles non debent trahi in ius extra Prouinciam, ipse autem alios possunt trahere, & conueniunt cæteri interpretes ibidem, & supra relati, sicuti ex communi tradit *Ioan. Sichar. in rub. num. 1. & in d. l. vnic. num. 1. & 2. Cod. quando Imper. int. pup. & vid. Iac. Cuiac. in paratlia ad ipsum met tit.* dicens breuissimè, quod miserabiles personæ, rescripto Principis euocare extra Prouinciam, non euocari possunt *Ioan. Phil. in summa vtriusque iuris, ad dictum titulum, & Sebast. Nęu. ibidem Con. pract. c. 6. num. 1. & 2. & 3. & c. 7. num. 1. in princ. & nu. 2. in vers. habent præterea.* Et secundum hæc (vt vides maxima equidem sunt duo hæc priuilegia præfatis personis concessa, & ipsorum fauore receditur in pluribus à regulis iuris communis. In primis namque si iura communia repetantur in memoriam certissimum est, quod hodie nouiori iure authenticorum, nemo potest vocare in ius extra prouinciam, aut proprium domicilium, vt dicitur in *§. 1. in*
5 *authent. vt different iudices*, nisi Iudex Prouinciæ negligens fuerit in administranda iustitia. Sed id non pro-
6 cedit in viduis, pupillis, & miserabilibus personis, quia etiam si Iudex Prouintiæ, aut proprij domicilij in administranda iustitia negligens esset non possent præfatę euocari extra domicilium, seu Prouintiam: in quo conueniunt *Bartol. Bald. Castr. & omnes in eadem l. vnica*, & communi antiquorum sententia declarauit singulariter ibidem *Ioann. Sichard. num. 2. per totum*. A quo deduxit, sed non retulit eum. *Alex. Trentacinqu. variar. resol. tomo 1. lib. 2. tit. de citationibus resol. 2. in princ. & num. 1. fol. 96. & subdit. num. 2.* Nec per de-
7 rogationem generalem rescripti principis censeri derogatum priuilegio *d. l. vnica*, sed necesse esse, quod specifica mentio fiat de pupillis, viduis, & aliis miserabilibus personis. Et Ita limitat *tex. in l. in criminali Cod. de iurisdictl. omni iudic.* vt non aliter possint pupilli, viduæ, pauperes, & aliæ miserabiles personæ trahi extra proprium domicilium. Id quod latius etiam probarunt. *Grammaticus, decisio* 20. *Vincent. de Franch. decision.* 187. & 192. *Antonius Thesaur. decision. Pedamontana* 177. *numer. 9. Arismnus Tepatus, variar. lib. 1. ad titulum Cod. quando Imperator, in principio, fol.* 66. & facere ad pulchram quæstionem, quam *Cinus* dicit se de facto vidisse, refert, & adducit eam *Ioan. Sichard. in d. l. vnica, num. 3.*

Præterea, si ipsamet iura communia repetantur in memoriam, certissimum quoque ąst, quod actor regulariter debet sequi forum rei, per *textum in capitulo cum sit generale, de foro competenti, capitulo si clericus laicum, eodem titulo, & ibi glos. allegat. plures concordantes, lege iuris ordinem, cum vulgatis, Codice de iurisdict. omnium iudic. l. 32. titulo 2. part. 3.* quæ est notabilis, quatenus vndecim modis limitat illam regulam

gulam. Socinus etiam regul. 10. Duenas, regul. 21. Car-
din, Domin. Thusch. pract. conclus. iur. tomo 1. litera
A. conclusion, 122. folio 105. Humada in l. 15. titulo
primo part. prima, glos. 4. per totam, qui regulæ eius-
dem 47. fallentias adducit, & latè explicat; an &
quando ratione loci, contractus, domicilii, rei. pro-
missionis, aut destinationis, solutionis, vel delicti,
quis forum sortiatur. Similiter, neminem posse, e-
tiam ad curiam Principis vocari pro lite examinanda
in prima instantia, tametsi possit inuitus ad eam trahi
per appellationem, leg. nemo. Codice de iurisdictione
omni. iudic. authent. vt different. iudices, §. primo, lib. 8.
& 9. titulo 13. libro 4. nouæ collect. Reg. lib. 21. titulo 5.
libro 2. eiusdem collect. Nihilominus tamen pupillis, vi-
10 duis, pauperibus, & miserabilibus personis, licet in
curiam Principis trahere, & vocare illos, a quibus
in iudicio aliquid exigere velint, & aduersus quos
actiones habeant, & reos etiam extra proprium do-
micilium euocare ad eandem curiam in prima in-
stantia, vbi actor sit pupillus, vidua, pauper, aut
denique miserabilis personas, vt supradictum est, vel
in casibus quibusdam, qui casus de Corte vulgo nuncu-
pantur. Id quod rectè animaduerrunt. Couar. practi.
11 cap. 6. ante numerum primum D. Paz, in praxi, primæ
partis tomo 1. primo tempore, numer. 19. & duobus se-
quent. & ante alios Ioann. Sichard. in rubrica, Codice
quando Imperator inter pupill. & viduas numer. primo,
& secundo Alexander Trentacinque variarum resolut.
libro 2. dicta resolut. 2. numer. 4. qui num. 5. post Affli-
ctum, quem ibi refert, rectè inquit, conclusionem
eam procedere, etiam si præfatæ personæ conuenian-
tur coram iudicibus ordinariis, nam tunc electio est
ipsarum eligendi curiam Principis, vel si coram Prin-
cipe conueniantur, nam ipsæ possunt declinare forum
Principis, & dicere, quod debent conueniri coram
eorum iudice ordinario, in loco vbi degunt, & vbi
12 est copia testium, & scripturarum. Et quamuis Vin-
cent. de Franc. decision. 100. numer. 21. (quem in
proposito non retulit, Trentacinque metipse) asseue-
rauerit, præsumptionem esse contra declinantem à
Tribunali supremo ad inferius. Vere tamen præsum-
13 ptionem eam cessare debere: & locum esse decision. d.
l. vnica, vbicumque pupillus, vidua, pauper, & a-
liæ similes personæ, vel propter expensas, & sumptus
excusandos; aut faciliorem agendi modum, in suo
proprio loco, vel extraherentur ab eo, id intende-
14 rent, quod præsumi potius debet in dubio, alias
namque damnosum esset eisdem l. illius priuilegium.
Idque aperte præsentire Didac. Couarru. pract. capit.
7. num. 2. in versic. habent præterea. Nam cum dixis-
set in initio illius capit. habere pupillos, viduas, pau-
peres, & alias miserabiles personas priuilegium vo-
candi alios ad Curiam Regiam in prima instantia:
subdit statim in dicto versiculo, habent præterea. Et
habere alterum priuilegium ab eo distinctum, vt
scilicet personæ præfatæ non teneantur extra pro-
prii domicilii forum, apud curiæ iudices Regios
cuiquam agenti respondere cuiuscumque priuilegij
ratione. Quod etiam (vt vidisti) ego distinxi ab
altero priuilegio supra, & distinguit Regia lib. 41.
titulo 19. partit. 3. Cum ergo iure suo vtantur pu-
pillus, vidua, & similes personæ in proposito ca-
su, ac lege permittente id efficiant: nulla equidem
præsumptio erit contra eos, si nolint extra proprii
domicilii forum, apud Curiæ iudices Regios cui-
quam agenti respondere. Quod & in fortioribus
terminis, quando inquam pupillus, vidua, & alii
habentes fori priuilegium præfatum, vellent vti eo
aduersus par, & similes ius habentes, resoluit idem
Couarrunias dicto cap. 7. numer. 5. in versicul. Quin-
tus deducitur.

Ex quo etiam deducitur verissime, quod si pu-
pillus, vidua, pauper, & aliæ similes personæ ege-
rint in prima instantia coram ipsius domicilij rei
conuenri iudice ordinario, ibique eum conuenerint
non posse reum ipsum iurisdictionem declinare illius
iudicis, petendo causam deferri ad Curiam Reges,
quamuis personæ metipsæ possent id efficere. In eo-
rum namque fauorem non in damnum, siue ipsis
volentibus, non autem renitentibus, introductum
esse apparet, quod est notandum. Remanet ergo
viduam habere priuilegium vocandi ad curiam Re-
15 gis eius aduersarios in prima instantia, modo hone-
sta sit ipsa, honestamque vitam agat, aliàs secus.
Id quod ex communi omnium sententia tradide-
runt. Couarruu. pract. dicto cap. 7. numer. 1. in princ.
Vincent. de Franch. decis. 232. per totam, vbi de mere-
trice, aut luxuriose, & inhoneste viuente, quod non
gaudeat priuilegio d. l. vnica, Azeu. in l. 8. tit. 3. lib. 4.
nou. collect. Regiæ, num. 11. & 12. vbi vide.

16 Tunc tamen insurgit dubium agitatum commu-
niter per DD. in hac materia, vtrum inquam fœ-
mina virgo cælibem agens vitam, viduæ appellatio-
ne contineantur, & iisdem, maximèque dicta lege
vnica priuilegijs gaudere debeat, quibus viduæ, & mise-
rabiles gaudent personæ: & quidem in ea idem ius
statuendum, quod in vidua firmarunt. Azo, Cynus,
Oldradus, Alberic. Bartol. Fulgos. Ioann. Lup. Guid.
Pap. Andreas Iser. Afflict. & Rebuff. quos retulit,
& congessit Couarruu. pract. dicto cap. 7. num. 2. in
principio, & in eodem placito fuerunt etiam, & virgi-
ni huiusmodi concesserunt priuilegium dicta lega vni-
ca, Ioann. Sichard. in rubric. Codice quand. Imperator
inter pupill. & vid. num. 4. Vincent. de Franch. qui
constante defendit, & late fundat hanc partem deci-
sion. 100. per totam Gregor. Lop. in lib. 5. titulo 3.
part. 5. glossa, e honestos, versic. sed an dicatur vidua.
Vbi inquit, quod in fauorabilibus dicitur vidua ea,
quæ non habuit virum, l. malum, §. vidua, ff. de
verbor. signif. licèt in materia stricta comprehendere-
tur tantum illa, cuius maritus mortuus est, vt ibi-
dem probauit. Resolutione etiam cum hic opinione
in fauorem virginis remansit. Alexander Trentacin-
que variarum resolut. tomo 1. libro 2. titul. de citationi-
bus, resolut. 2. numer. 16. in versic, hæc conclusio, vti
procedit, fol. mihi 98. vbi, & Bellugam, & Fosserium,
& alios tenentes eam retulit, tenuit etiam ipsammet
sententiam Fuluius Pacianus, in consilio 95. per totum,
vbi arguit latè pro vtraque parte.

Cæterum contrariam sententiam, imò fœminæ vir-
gini, quæ cœlibem vitam agit, nec vnquã virum
habuit, nec de nuptiis tractat, non concedi priui-
uilegium dicta leg. vnica, ex Accursio in eadem l. con-
stanter, & concludenter defendit Couuarrunias dict. cap.
7. practicarum, dicto num. 2. & veriorem opinionem
dixit Andreas Gail. practicarum obseruat. lib. 1. obser-
uat. 1. numer. 41. eandem etiam tenendam omnino, &
in praxi seruandam (si aliàs fœmina huiusmodi virgo,
& vitam cœlibem agens, minor non sit, aut pauper, vel
miserabilis personas) semper ego crediderim, vtpote
cum vidua proprie dicatur, cuius maritus mortuus
est, nec in dicta lege vnica, nec etiam in legis partitæ,
& nonæ collect. Regiæ, de virgine huiusmodi ad effe-
ctum præfatum mentio aliqua fiat, nec inde contine-
ri possit, aut debeat aliquo pacto; idque ex duabus
illis rationibus, quas Didac. ipse Couarrunias eodem
num. 2. dicti cap. 7. vere, & eruditæ considerauit, ex qui-
bus iuridice equidem, & iuste adductus est, vt existima-
uerit, priuilegium dict. leg. vnica his tantum viduis
concessum esse, quæ maritum habuere, non his, quæ
cœlibem egere vitam. Aliàs autem (vt ea adijcio)
non modo præter legem, & vltra iura præfata in qui-
bus de huiusmodi fœmina mentio non fit, sed etiam
contra ipsarum legum verba, & intentionem, conce-
deretur priuilegium huiusmodi, negari non potest,
si earundem verba perpendantur attente, & priuille-
gium ius speciali, & regulis communibus contrarium
continens, extendi vltra casus expressos, aut personas
specifice nominatas non contendatur. Magis ergo ex
capite, atque ex cerebrina æquitate, quam ex decis. d.
leg. vnica, aut iuris stricta, & accurata ratione opi-
nio illa prima procedit, nec sustineri debet, vt su-
pra dixi.

17 Rursus atque ex prædictis remanet, & pupillum,
& or-

& orphanum habere priuilegium prædictum, vt possint reos ad Curiam trahere quoad primam cognitionem, etiam in prima instantia, ipsi verò extra proprium domicilium trahi non possint, & sic vti, frui priuilegio, & beneficio *dicta leg. vnica*, pupillus autem in proposito dicitur, qui vel morte patris, vel emancipatione egressus est patriam potestatem, idque intra annus decimumquartum, cum adhuc est impubes, *leg. pupillus, ff. de verbor. signification.* quamuis nonnunquam pupilli larga significatione, & in propria accipiantur pro quibuscumque impubetibus, per *text. in l. finali §. primo, cum sua gloss. ff. de verbor. significat.* Et ita notauit, & infert ad statuta nonnulla *Ioan. Sichar. in rubrica, Cod. quando Imperator inter pupill. & viduas, num. 2. Rolandus à Valle, in consil. 76. numer. 42. lib. 1. Vincentius de Franch. decisio. 100. numer. 17.*

Cæterum *Didac. Couarrun. practicarum capit. 6. nu. 2.* hac in parte, atque in terminis *dicta lege vnica* pupillum intelligit eum, qui simul sit patre orbatus, & minor pupillaris quidem ætatis, idque ex sententia *Cyni, & Alberici*, quos ibi refert, & nouissime sequutus est *Stephanus Gratian. disceptation. forens. cap. 182. nu. 1.* ibi: *Siue solum sit sine patre, qui tunc dicitur pupillus*, Et eodem *num. 1.* adnotauit pupillum miserabilem personam dici, quod & tenuerunt Scribentes communiter, licèt nonnulli contrarium præsentiant apertè, nisi pauper ipse sit: sicuti *Albanus, in addit. ad Bartol. ad d. l. vnicam, num. 3. probaut, & alij sequuntur.* Quod tamen verum non est, & contrarium tenendum indistinctè, videlicèt inter miserabiles enumerari personas, vt infra dicetur, & ex aliis authoribus scripsit *Alexander Trentacinquius, variar. resolut. libr. 2. dict. resol. 2. num. 30.*

Orphanus verò dicitur, qui patre, & matre, & sic vtroque parente est orbatus, prout notarunt interpretes communiter, *in l. Orphanotrophos, Co. de Episcop. & Clericis. Ioannes Sichardus, in rubrica. Codic. quando Imperator num. 3.* & eo non relato *Stephanus Gratianus, disceptat. forens. dicto capite 182. num. 1.* ibi *Siue sit sine patre, & matre, quo casu dicitur orphanus, Rebuff. de sentent. prouision. glos. vltim. col. 2. vers. 2. orphani. Rolandus, in cons. 76. num. 43. lib. 1.* Et inter miserabiles quoquè enumerantur personas, ex eisdem authoribus, *& Trentacinquio, dict. resolutione 2. numero. 30. Azenedio in dicta l. 8. titulo 3. libro 4. nu. 7.* subdit tamen *Couarru. dicto capite sexto, practicarum num. secundo*, quod praxis hoc priuilegium recepit in minori vigintiquinque annis, qui patre sit orbatus; nam, & regia *l. 14. titulo 2. libro 3. ordinam. & l. prima, titulo primo, eodem lib. l. 20. titul. 23. l. 41. tit. 18. & l. 5. tit. 3. part. 3. l. 8. tit. 3. lib. 4. recopil.* Orphano simpliciter tribuit hoc priuilegium, non distinguens eius ætatem, quæ tamen necessario distinguenda est ad eos annos, in quibus alieno ductu, & consilio viuendum est, quo est optime dictum, & animaduersum, & probatur etiam per *Gregorium Lopez.* (cuius *Couar.* mentionem non fecit) *in dicta l. 5. titulo 4. & in d. l. 41. titulo 18. partit. 3. nam in d. l. 3. verbo: huerfano* dicit in hunc modum: *In practica tamen in isto Regno intelligitur quo ad iustum casum, si sit orphanus odiens patre, licet maior 14. annorum, minor tamen 25. annis, & ita practicatur*, Et in *dicta l. 41. verbo, à los huerfanos*, vbi rectissimè aduertit quod *dicta lege vnica Codic. Imperator*, non ponit verbum illud, *à los huerfanos*, sed vocat pupillos, & verbum ibi positum est latius: nam comprehendit etiam adultum maiorem 14. annorum patre orbatum, & subdit, quod hinc forte surrexit practica in Curia, vt sit casus Curiæ, etiam si orphanus sit adultus, quicquid Castrensis, & alij contradixerint.

18 Deinde atque ex prędictis remanet, pauperes etiam idem ius habere, quod viduæ, orphani, ac pupilli, & vti prinilegio, *dicta leg. vnica*, vt possint reos ad Curiam trahere quoad primam causarum cognitionem, ipsi verò trahi non possint, quod numeris præcedentibus dicebamus, & tradit in terminis *Couarrun. practicar. in dicto cap. 6. num. 3. & ex* omnibus legibus Regiis relatis in initio huius *c. comprobatur expressim*, & subdit *Couarrun.* ad eum effectum summariam quandam probationem paupertatis sufficere, sicut minoris ætatis, & aliarum qualitatum, quarum ratione potest quis ad Curiam vocari, *Alexan. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de citationibus, dicta resolut. 1. num. 32.* Et pauperes qui dicantur, iudicis relinquitur arbitrio, sicuti resoluit *Gregor. Lopez. in l. 20. titul. 23. part. 3. gloss. 2. Menoch. de arbi. iudicum, lib. 2. casu 65. per totum, maximè num. 7. & vide Couar. pract. c. 7. num. 3. in fin.*

19 Remanet etiam, & miserabiles alias personas vti eodem priuilegio *dicta l. vnic.* vt trahi non possint ad ius extra proprium domicilium, seu prouinciam, sed ipsi alios trahere possint, quod etiam dixi, & comprobaui numeris præcedentibus, & resoluunt *Marant. in praxi, par. 4. distinct. 9. nu. 77. Didac. Couar. dicto c. 6. practicar. num. 1. Ant. Thesaur. decis. Pedemontana 177. num. 1.* Et miserabiles personæ, quæ dicantur, iudicis relinquitur arbitrio, sicuti *Menochius resoluitur de arbitrarys iudicum lib. 2. casu 66. Alexandr. Trentacinq. variarum resolution. lib. 2. de citationibus. dicta resolutio. 2. num. 25.* vbi refert plures personas, quæ miserabiles dicuntur, & *num. 31.* subdit, quod senes, & decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles, & omnes hi de quibus mouetur natura ad miserandum, miserabiles personæ dicuntur, ex *Azone, & Afflictis*, quos ibi refert. *Gregorius tamen Lopez. in dicta l. 41. tit. 18. partit. 3.* restringit superiora, & dicit, quod quatenus in ea *lege dicitur de senibus*, & infirmis, vt isti deducant ad Curiam causas suas, & non deducantur, non est in practica, si alias non sunt pauperes, vel miserabiles personę, iuxta leges Ordinamenti, & Partitæ: idque proculdubio seruatur in praxi quotidie.

20 Præterea, atque ex prædictis remanet *dictę leg. vnica, Cod. quando Imperator inter pupill. & vidua* beneficium, & priuilegium, viduis, pupillis, & miserabilibus personis concessum, sic obtinere, & procedere in causis criminalibus, sicut in ciuilibus, & sic etiam cum pupillus, vidua, & miserabiles personæ delinquunt, quod ex *Matthæo Afflictis, & Prosper. Carauita, obseruauit Alexandr. Trentacinquius, lib. 2. tit. de citationibus, dict. resolutione 2. num. 13. fol. 79.* vbi subdit, quod de iure illius Regni ad allegandum hanc declinatoriam fori, vidua, & pupillus debent personaliter comparere, & non per procuratorem. Et idem quoque quod dispositio *d. legi vnica*, habeat locum in causa criminali, *Stephanus Gratian. adnotauit* no-

21 uissimè, *disceptationum forensium, capit. 182. num. 5. & num. 4.* dixit priuilegium eiusdem *l.* vt quis trahat, & non trahatur, competere negotiorum gestori, *citat. Paulum Castr. in l. hæres absens, §. apud Labeonem, ff. de iudicys, Romanum sing. 240. Ann. singul. 401.* &

22 competere quibuscumque aliis personis, quæ per administratores gubernantur, & reguntur; ex ratione illa, quod omnia priuilegia pupillis concessa censeantur etiam concessa cæteris personis quibuscumque quæ reguntur, & gubernantur per administratores atque ex *gl. Bald. & Socin.* notauit *Hieron. Cardin. Alb. in addit. ad Bart. ad dictum tit. Cod. quando Imperat. inter pup. & vid. in final. verb.* Nec

23 posse renunciari eidem priuilegio, etiam expresè per personas prædictas, quibus concessum est, ex communi interpretum sententia resoluit ipse *Albanus ibidem, num. 2.* & cum aliis multis authoribus obseruarunt. *Natta in consil. 590. num. 15. lib. 3. Ant. Thesau. decis. Ped. 177. n. 2. & 5. Andr. Gail. practic. obser. lib. 1. obser. 1. num. 40. Vincent. de Franc. decis. 192. num. 7. Azene. in l. 8. tit. 3. lib. 4. noua collect. Regia, n. 14. Alex. Trentac. variar. resol. lib. 2. de resol. 2. num. 37. fol. 99.* qui reddit rationem, quia talis renuntiatio tolleret misericordiam, & sic esset contra bonos mores, & ideo non valeret, per *tex. in cap. finali, de pactis, cum similibus, Ioann. Sichar.* (*quem Trentacinquius non refert*) *in dicta lege vnica, num. 5.* vbi pro regula con-

stituit, quod quandocumque datur priuilegium propter misericordiam, quia videtur fere magis, dantis causa, quam eius cui datur, concessum, ideo ei renunciari non posse.

24 Apparet autem ex sententia horum duorum Authorum, miserationis gratia concessum priuilegium dicta leg. vnic. si forte inquiras de ratione introductionis ipsius, & quare concessum fuerit beneficium illud personis prædictis: Et conuenit Didac. Couarruuias practic. dicto capit. 7. numero 4. in versiculo. Rursus idem constat. Notam expressim, miserationis gratia id priuilegium concessum, Marcus etiam Anton. Natta, dicto consil. 590. num. 4. & tribus sequentibus, libro tertio, vbi ex conditione viduitatis, & pupillaris ætatis excitatum fuisse Imperatorem in dicta leg. vnica, obseruat, & in ipsorum litibus esse voluisse specialem protectorem, quoniam huiusmodi personæ solent communiter premi, vt experientia docet, & probatur in capite Regum vigesimatertia, quæstione 5. vbi dicitur, Regum proprium esse officium, peregrinis, pupillis, & viduis auxilium ferre, Andreas Gaill. practicarum obseruation. prima, numero 40. vbi etiam considerat principaliter conditionem viduitatis, & pupillaris ætatis, & ideo principi maxime omnium conuenire præfatas personas contra omnem molestiam, & iniuriam tueri ex dicto capit. Regum, & cap. administratores, 23. quæst. 3. Vincentius de Franchis, decis. 233. num. 4. qui (quod viduas attinet) fragilitatem sexus considerata fuisse in concessione eius beneficii firmauit. Stephanus Gratianus, disceptationum Forens. dicto capit. 182. num. 2. qui inquit priuilegium illud fuisse concessum miserationis gratia quasi personæ prædictæ gubernentur a tutoribus, qui plerumque in eorum officio delinquunt. Quæ ratio in administratoribus quibuscumque militat æqualiter ad confirmationem obseruationis illius ex Cardinali Albano supra traditæ. Et de iure huius Regni extat singularis lib. 4. titulo 18. par. 3. in fine, vbi dicitur in hunc modum: Et esto touieron por bien los sabios antiguos, porque senaladamente los Emperadores, e los Reyes son juezes de stos a tales ma pormente que de los otros, e a ellos pertenece de los fazer alcancar derecho, e de los mantener en iusticia, de manera que non reciban tuerto, nin fuerca de los otros, que son mas poderosos, que non ellos, & in lib. 5. tit. 3. partit. 3. in fine, dicitur; Porque estos pie yos, tanen al Rey principalmente por razon de senorio.

25 Et quidem si verum amamus, & rationi præfatæ introductionis dicta leg. vnica, Cod. quando Imperator inter pupill. & vidua, & dictarum ll. partita, atque nouæ collect. Regia, verbi etiam ipsarum ad heremus, facile deducemus ex eisdem veram resolutionem articuli illius, vtrum inquam priuilegium, & beneficium eiusdem leg. vnica, competat pupillis, & viduis, non modo pauperibus, sed etiam diuitibus: in quo certum est, & compertum, iuris nostri interpretes diuersimode se habuisse, quidam namque priuilegium præfatum restrinxerunt ad pupillos viduas, & miserabiles personas pauperes, nec diuitibus competere asseuerarunt, quorum numero fuere Innocentius. Abas, Imola, Cardinalis, Felinus, & Barbat. in cap. significantibus de officio delegati. Speculator, in titulo de instrumentorum editione, §. nunc vero, versic. & scias, el secundo, Alexand. in consil. 121. col. fin. lib. 3. Iaso. in l. Titia textores, col. vltima, ff. de legatis primo Tiraquel. in l. si vnquam, Cod. de reuoc. donat. verbo, facultate col. 2. in princip. Maranta, 4. parte, d. distinctione 9. num. 79. & 6. par. num. 132. & seq. Ioannes Sichardus in dicta rubrica, Cod. quando Imperator, num. 5. & defendit constanter, Roland. in cons. 20. per totum, maxime ex numer. 12. vsque ad num. 18. lib. 2. tenuit etiam opinionem eandem Cardinalis Dominicus Thuscus practicar. conclusionum iuris, tom. 8. lit. A. conclus. 203. in princ. fol. mihi 598.

E contrario tamen, priuilegium, & beneficium d. leg. vnica, competere etiam pupillis, & viduis diuitibus, nec distinguendum, an sint diuites, vel pauperes firmarunt, Innocent. in cap. ex parte, de verborum significatione; Abbas, in capit. ex parte 6. col. 2. de foro competenti, & in cap. cæterum, de iudiciis; Bulgarin. in l. 1. col. 6. vers. tertius casus, num. 125. ff. soluto matrim. Parpalia, in l. 1. C. de S. S. Ecclesiis Alexander, in l. Titia textores, num. 7. ff. de legatis primo Baldus Nouellus in tractatu de dote, part. 9. priuilegio 12. Ioan. Luc. in cap. per vestras, de donatio. inter. in 2. notabili, num. 12. Sylua nuptialis lib. 6. num. 34. & 35. Roland. sibi contrarius, in consil. 76. ex num. 45. lib. 1. licet ex numer. 38. cum seq. arguendo intenderit probare contrarium. Elegantér Marc. Anton. Natta. in cons. 590. ex numero 3. vsque ad numerum 8. lib. 3. vbi citat. Azonem, & Albericum, ita tenentes Andreas Gail. practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 1. num. 40. Gregor. Lopez. in lib. 5. titul. 3. part. 3. in glossa magna, e son estos, ante finem, ibi vnde etiam in fœmina diuite. Afflictis, decision. 257. Iacob. Menochius de arbitrariis iudic. lib. 2. casu 66. numer. 4. & numer. 5. explicas tex. in cap. significantibus, de officio delegati. Nec vrgere in contrarium, ostendit dilucide, vt ibi videri poterit. Couarruuias, practicar. cap. 6. num. 2. in versiculo, obtinet tamen hoc priuilegium Vincentium de Franchis, decision 100. nu. 19. dicens, ita iudicasse Sacrum Concilium. Anton. Thesaur. decis. 177. num. 3. vbi firmat; ita quoque per illum Senatum decisum Azebedius, in l. 8. titul. 4. nu. 9. vbi citat etiam Didac. Perez. ita tenentem. Alexand. Trentacinq. variar. resolutio. tom. primo, lib. 2. titulo de citationibus, resolutione 2. nu. 16. fol. 98. Stephanus Gratianus disceptationum forensium, cap. 182. dicens, veriorem esse opinionem istam, quicquid alii sentiant contrarium. Fuluius Pacianus, in cons. 84. nu. 25. qui etiam firmiter defendit, non distinguendum, an personæ prædictæ priuilegiatæ diuites sint, vel pauperes. Barbosa prima parte l. prima ff. de soluto matrim. num. 50.

Et quidem si verum amamus (vt antea dicebam), & rationi introductionis dicti priuilegii adhæremus, verbis etiam dicta l. vnica, & ll. partita, & noua collect. Regia, maximam vim non facimus negari vllo pacto non potest, quin hæc sit verissima, & verior opinio atque in puncto iuris, & praxi tenenda omnino. Constat siquidem ex ratione introductionis priuilegii dicta l. vnica, non diuitias equidem, sed conditionem viduitatis, & pupillaris ætatis in consideratione habitam fuisse, & miserationis Gratia priuilegium præfatum introductum. Nam huiusmodi personæ solent communiter premi, & maximas pati iniurias, atque molestias, sicuti Andr. Gaill. dict. obseruat. 1. num. 40. & Natta, dicto cons. 590. ex num. 3. singulariter, & vere notarunt.

Constat etiam pro hac secunda opinione constitutionis dicta lege vnica, verba clara esse, & perspicua, dicitur namque: Si pupilli, vel vidua, aliaque fortuna iniuria miserabiles iudicium nostra serenitatis orauerint, eciantur aduersary examini nostro sui copiam facere. Et sic considerandum est, quod Imperator ibi vocat viduas fortunæ iniuria miserabiles, quia vidua amisit virum, pupillus amisit patrem, seu exiuit patriam potestatem, & hæc est fortunæ iniuria, quia ex hoc fit, quod neuter possit in causis sibi opem ferre, vidua propter sexum, pupillus propter ætatem. Hoc enim miseratione est dignum, vxores, & filios videre maritorum, & patrum subsidio orbatos. Idque procedit, etiam si vidua, & pupillus sit diues: tum quia dictio alij, similium repetitiua, ostendit inter miserabiles, viduas, & pupillos simpliciter enumerari, vt optime perpendit. Menoch. lib. 2. de arbitrariis, dict. casu 66. num. 4. tum etiam quia dictio implicatiua: præsertim, posita in dicta l. vnica, ibi Præsertim cum alicuius potentiam perhorrescant: Ostendit idem esse in casu contrario, vtiam diuites sint, & nullius potentiam formident, tamen respectu viduitatis, & pupillaris ætatis gaudeant priuilegio illo quia Imperator vult esse in eorum litibus specialis protector. Quod singulariter considerauit Marius

Ant-

Antonius Natta, dicto consilio 590. num. 2. cum seq. libro 3. & sequutus est ad literam Alexand. Trentacinq. d. resol. 2. num. 16. in versic. ab hac 2. opinion.

Addiderim ego, & vltra eos, constitutionis *dictæ legæ vnica, Codic. quando Imperator. inter pupill. & vidu.* verba, & clara etiam esse ex eo, quod dictum sit simpliciter: *Quod si pupilli, vel vidua*, nec qualitas diuitiarum, aut paupertatis adiecta sit, vnde nec addici à nobis, aut subintelligi debet, nec etiam distingui, an Pupillus, vel vidua, diues sit, vel pauper, quod lex illa non distinxit: idque à iuxta vulgatas. & communes iuris regulas. Deinde verba eadem, *si pupilli, vel vidua*, in dubio esse intelligenda non secundum quid, & sic ex diuitiis vel ex paupertate, sed simpliciter potius, iuxta *text. in l. hoc legatum, in fine, ff. de legatis tertio, lege prima. §. simpliciter, ff. de verbor. obligat. & exornat Cardinalis Dominic. Thuscus. practicarum conclusionum iuris, tomo 8. litera V. conclusione 92. folio mihi* 532. Denique verba illa pupillo & viduæ cuilibet, etiam diuitibus conuenire, cum dicatur duntaxat *si pupilli vel vidua*. pupilli autem, & viduæ, licèt diuites sint, pupilli, & viduæ vere sunt, vnde debet ipsis, & eiusdem *l.* dispositio conuenire, & fouere, *ex vulgata regula l. 4. §. Prætor au, ff. de damno infecto, quem exornat Cardinal. Dominic. Thuscus, tomo 8. litera V. conclusione 89. folio mihi* 528. & in tractatu de coniecturis, atque interpretatione vltimarum voluntatum, latius explicauimus. Doctores igitur relati supra, qui contrarium sustinent sententiam, loquitur apertè contra *in dicta lege vnica*, & qualitatem paupertatis requirunt, imò nec potentiam alterius perhorrescere personas præfatas necessarium esse ex dictione illa: *præsertim, in dicta l. vnica* apposita, rectè deduxerunt *Natta, & Trentacinquius, in locis relatis supra. Optimè Couarruuias, practicar. dict. cap. 6. numero* 1. qui ex eadem dictione, *præsertim*, deduxit intellectum *ad text. in l. 5. titulo 3. partita 3.* ibi, *contra alguu podero*, dicens praxim recepisse, & admisisse idem, vbi miserabilis persona agit contra eum, qui non est ex his, qui potiores in iure dicuntur. Quod ego credo verissimum, quacumque cum persona agatur, vt pote cum *in dicta lege vnica*, ita vt dixi cautum fuerit, cui in *dictam l. partita* conuenire potius, quam dissentire, credendum est in dubio. Et maximè, quod in aliis legibus, nec potentia aduersarii habita fuerit in consi-

27 deratione, nec de ipsa actum aliquo modo.

Vidua autem, pupillus, & alii habentes fori, ac *dictæ l. vnica* priuilegium, vtrum possit eo vti aduersus simile, & pars ius habentes: explicant dilucide post alios *Gregorius Lopez, in dict. l. 5. titul. 3. part. 3. glossa magna ante finem, versiculo, sed quid si vnus priuilegiatus Didacus Couarruuias præcticarum capit. 7. num. 4.* & per totam. *Antonius Thesaurus, decision. Pedemontana* 177. *sub numero 9. Alexander Trentacinquius, variarum resolution. lib. 2. tit. de citationibus, dicta resolutione 2. num. 18. fol. 98. Azeuedius, in l. 8. titulo 3. numero 7. libro 4. nouæ collect. Regiæ*, & quidem cum *in dicta lege vnica, & in dictis legibus partitæ* hic casus decisus, nec expressus non fuerit, erit dubium prædictum aliis regulis iuris, & legibus definiendus, ex quibus viduas, pupillos, & alias miserabiles personas, de quibus *dicta lege vnica*, non posse inuicem vti illo priuilegio, sed quemlibet seruare ius commune, cum vnus

28 non sit potentior altero, rectè obseruarunt ipsimet authores nunc relati. Et iunge eisdem *Antonium Fabrum, in libros nouem, Cod. ad titul. Cod. quando Imperator inter pupil. & viduas, definitionem vnica fol. mihi* 222. vbi quod vidua dotem repetens, habet priuilegium sui iudicii, etiam si contra pupillum agat, prout ibi probat dilucide, & ingeniose, vt ad solet.

29 Similiter, quando viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ habent causam communem cum aliis personis non miserabilibus, siue non eius qualitatis, an tunc personæ illæ propter communionem gaudere debeant eodem fori priuilegio, & beneficio *dicta lege vnica, nec in eadem l. vnica, nec in dictis legibus partita, & noua collection. Regiæ* non exprimitur, idcirco ex aliis regulis, & iuris principiis rem hanc definiendam, certi iuris erit: vt etiam definiunt, & explicant *Natta dicto consilio 590. numero 16. & 3. sequitur libro 3. Couarruu. practicarum dicto cap. 7. in finalibus verbis, Antonius Thesaurus, decisione Pedemontana 177. num. 2. in fine Fuluius Pacianus, in consilio 85. num. 10. & 11. Alexander Trentacinquius. variarum resolutionum, lib. 2. titulo de citationibus, dicta resolutione 2. numero 9.* ex quibus communis resolutio est ratione personæ miserabilis gaudere omnes eodem priuilegio, idque ex his fundamentis, & rationibus, quas *Natta, & Trentacinquius* latius considerarunt, atque deduxerunt in locis nunc relatis. Ex *textu etiam, in l. si communem, ff. quemadmodum seruitutes amittantur.* De quo vide *Hippolytum, in rubrica de fideiussoribus, num. 284. cum pluribus seq. Menochium, in consil. 2. num. 226. libro primo, Mieres, de maioratu, prima parte. quæstione secunda, num. 24. Ioannem Gutierrez, practicarum libro primo, quæstione 6. Alexandrum Trentacinquium* omnino, *variarum resolutionum, libro secundo, titul. de indiciys resolutione* 15. per totam *folio* 35. & quidem ex his nunc relatis authoribus, quos superiores non citant, & plurima deduces in confirmationem sententiæ prædictæ, & an. & quando per socium quis retineat, aut faciat quod per se non posset distinctè perspicies.

30 Rursus, & similiter, vtrum Ecclesiæ reipublicæ, vniuersitati, & communitatibus competat remedium *dicta lege vnica*, & ius vocandi quemcumque ad Curiam quoad primam causarum cognitionem, quod (vt vides) non etiam exprimitur, nec deciditur in *dicta lege vnica*; ex his definiendum erit, quæ scripserunt *Didacus Couarruuias dicto cap. 7. practicarum, nu. 3. Antonius Thesaurus, dicta decisione 177. numero 9. Afflict. decision. 257. numero primo. Azeuedius, in dicto lib. 8. titulo 3. libro 4. numero 8. Prosper. Carauita, in ritibus Magnæ Curiæ, ritu 219. Alexander Trentacinquius, variar. resolut. lib. 2. dict. resolutione 2. numer. 34. & 35.* vbi resolutione dicunt, priuilegium *dictæ l. vnica*, Ecclesiis, & communitatibus competere, vt penes ipsos videri poterit: ea namque, & alia nonnulla ex proposito, & consulto, atque ideo à me omittuntur, quod penes *iuris interpretes* relatos in initio *huius capitis*, & nunc commemoratos, plenè habeantur resoluta, & eorum duntaxat tractatum, atque disputationem suscipere intenderimus, quæ ab alijs dilucide, aut absolutè satis explicata non sunt.

31 Denique, & similiter, cessionarius viduę pupilli, pauperis, & miserabilium personarum, vtrum gaudeant priuilegio *dicta leg. vnica*, & possint in prima instantia debitorem in Curia conuenire; Vide *Gaspar. Rodericum de annuis redditibus, libr. 3. quæstione 4.*

32 *numero 42.* qui negatiuè resoluit; & *numero 43.* Inquirit, si creditor non priuilegiatus cedat pupillo, aut viduæ, aut similibus personis habentibus priuilegium *dictæ l. vnica*, an cessionarius vtatur priuilegio prædicto, vt possit debitorem in Curia conuenire. Rectè etiam resoluit, distinguendo inter vltimas voluntates, & contractus, vt *ibidem* videbis. Et quatenus *nume-*

33 *ro 46.* excitat dubium, an cedens agere possit post cessionem inuito cessionario, iunge *Burg. de Pace* (non relatum ibi) *in consilio 31. ex numero 21.* Et hactenus de prima obseruatione in hac materia. Nunc vero secundo loco, & principaliter obseruandum, atq; constituendum erit, dubium maximum esse, & à nullo hactenus nec mediocriter equidem, non modo dilucide satis, aut absolutè explicatum, & sic maiori proculdubio explana-

34 tione, & distincta resolutione indigens omnino: vtrum *dicta l. vnica, Cod. quando Imperator inter pupil. & vid.* priuilegium, & beneficium procedat etiam post cœptum coram ordinario iudicium, & post litem contestatam, vt scilicet pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personę non solum in initio litis, siue ante litem alibi cœptam, sed etiam post litem contestatam possint ad Curiam causas quoad primam cognitionem trahere. Et quidem *Didac. Conarr. practicarum, d. cap. 7. in finalibus*

nalibus verbis negatiuam partem amplectitur expressim, inquit namque, quod vbi lis cœpta esset per litis contestationem apud iudicem inferiorem proprii domicilii, non posset vidua petere, causam istam tractari in Curia Principis, nec ad eam referri, etiam si vidua iure minoris ætatis peteret in integrum restitutionem aduersus litis contestationem ex causa erroris, quo decepta litem contestata fuerit absque fori præscriptione, & declinatoria exceptione, & subdit *Couarr.* metipse, quod huius opinionis est ob fauorem ordinariæ iurisdictionis, & quia non admodum læditur ex hoc errore minor etiam si *Matthaus Affl. in constit. Neapolitana in in rubr.* 37. *num.* 24. contrarium responderit.

Cæterum, quod *a, l. vnica* priuilegium, & beneficium, etiam post cœptum coram ordinario iudicium, & post litis contestationem obtineat, sicut ante cœptũ iudicium, & sic contrariam omnino sententiam firmiter tenuerunt *Matthaus Affl.* nunc relatus (vt vides) *Neuizan. in silu. nupt. libro* 6. *verbo in dubio quomodo iudicandum, numer.* 38. *versic. & propterea*, vbi ita iudicatum esse dicit *Parpal. post Afflictis, in constitut. Regn. de officio mag. iustitiar. quæst*, 13. *numer.* 26. *P. Belluga, in Speculo Principum, rubric.* 23. *versic. sed pone, col.* 2. *num.* 9. *Marc. Amon. Natta, consil.* 590. *nu.* 16. *lib.* 3. vbi expressim, & secure firmauit, viduas, & pupillos fori priuilegio concesso sibi in *d. l. vnic.* vti posse non tantum in initio litis, sed etiam post litem contestatam, & sic in progressu causæ posse aduersarios ad tribunal Principis ab aliis auocare. *Vincentius de Franchis decision.* 100. *num.* 21. *in fin. Anton. Thesaurus, dicta decisione Pedemontana* 117. *num.* 6. qui subdit, quod quamuis *Didac. Couarruu.* contrarium sustinuerit (vt vidimus supra) non tamen erit ab hac opinione recedendum, & propterea re bene intellecta, & discussa, cum opinione *Afflictis*, *Neuizan.* & aliorum, vti communiori, de iure loquendo transisse Senatum in causa cuiusdam viduę de collegio 1598. Martii 18. idem quoque tenent, *Prosper. Caranita in ritibus Magna Curia, ritu* 231. & 233. *Franciscus Viuius, commun. opinion. libro* 1. *opinione* 368. *numer.* 6. *Alphonsus Azeuedius, in dicta l.* 8. *tit.* 3. *libro* 4. *numer.* 5. *per totum*. Subdit tamen, quod licèt hæc opinio sibi aliquando placuerit, in practica tamen non seruatur, & testatur vidisse iam regiam prouisionem in cancellaria Pinciana concessam cuidam mulieri viduæ, vt lites suas ad cancellariam deferre posset, & ibidem ipsa conueniretur, & non alibi, dum tamen honesta esset, neque aliquis ex casibus, ex quibus non gaudet priuilegio prædicto occurreret, & præsertim, quia lis illa, super qua isto priuilegio gaudere vidua illa volebat, non esset cœpta, nec lis contestata super ea coram inferioribus iudicibus. Tenet denique opinionem eandem, & variandi à iudice ordinario proprij domicilij ad Curiam, etiam post litem contestatam, ius competere viduis, pupillis, & miserabilibus personis, ex decisione, *d. l. vnica* firmiter, & resolutiue obseruat *Alexander Trentacinquius, variar. resolut. lib.* 2. *titulo de citat. resolut.* 2. *numero* 7. & *numero* 10. *folio mihi* 96. & 97. *Fuluius Pacianus, in consil.* 84. *numero* 28. vbi quod dictis personis licèt variare de vno iudice ad alium, etiam in fine litis.

35 Ego verò vt meam sententiam inter ponam, & aliter equidem, atque distinctè, & absolutè magis, quam hactenus factum fuerit, in præfato articulo me habeam, nonnulla præmittenda, atque constituenda duxi, ex quibus clarior, & facilior resolutio haberi poterit nec ita indistinctè quæstio præfata proponetur, aut absoluetur. Ac primum constituto, difficultatem huiusmodi dilui nequam posse, nec resolui ex verbis, aut ex decisione *d. l. vnica*, non etiam ex *legibus omnibus partita*, & *noua collect. Regia* supra relatis, vt pote cum in eisdem casus hic nec expressus, nec aliquomodo tactus, aut excogitatus forsam fuerit, idcirco regulis aliis atque principiis iuris definiendus erit, cum in ipsimet legibus reperiatur omissus.

Secundo constituto articulum eundem duplicem habere indagationem, vel cum pupilli, viduæ, & miserabiles personæ præfatæ, cœpto ab ipsimet iudicio coram ordinario, & actoris partes cum sustinuerint, pœnitentia ducti, aduersarios volunt ad Curiam auocare ab eo iudice, coram quo iam eos conuenerant, & iudicium instituerant; quo casu maior videtur esse dubitandi ratio, vtpote cum voluntariè iudicem ordinarium ijdem elegissent, & ordinariæ iurisdictionis maximus ille fauor non leue variandi impedimentum videatur inducere; & nihilominus eo etiam casu superiores authores affirmatiue loquuntur, & variandi facultatem concedunt. *Natta etiam, Azeuedius, & Trentacinquius, dicta resolution.* 2. *numero decimo*, in eis terminis, quando prædictæ personæ actoris partes sustinuerant; sic resoluunt (vt dixi) indagationem etiam habet articulus meridem, cum viduæ, pupilli, & miserabile personæ coram ordinario conuentæ, & sic rei partes sustinentes, litem contestatæ fuere, nec declinatoriam aliquam opposuerunt, siue ius auocandi causas ad Curiam non obiecerunt, postmodum vero, atque post litem contestatam, siue in progressu causæ forum decliuandi, atque deferendi causam ad Curiam, ius obtinere contendunt, quo casu non tanta videtur inesse dubitandi ratio, cum inuitæ trahantur personæ huiusmodi (redditur namque iudicium in reos inuitos) nec voluntariè iudicem illum elegerint, quamuis eisdem etiam imputari iuridice posse videatur, quare iure suo vsi non fuerint eo tempore, & ab initio fori declinatoria non opposuerit.

36 Tertio constituo, vnio, & altero casu, & cum personæ præfatę actoris, aut rei partes sustinent, in fauorem ipsorum respondisse, atque variandi facultatem concessisse relatos omnes authores supra, vt tunc dicebam, nec differentiam aliquam constituisse, siue non distinxisse casus istos. Vtroque etiam casu videri in contrarium vrgere, ac æquè militare nonnulla, quæ variandi facultatem adimere, & ad Curiam causam auocandi omisso iudice ordinario, ius impedire videntur. Ac primo quidem vulgatam illam iuris regulam, & per manus traditam quotidie, iudicium ibi finiri debere, vbi cœptum est, *leg. vbi ceptum ff. de iud.* & inde litis pendentiam coram ordinario ab aduersarijs objectam contradictas personas priuilegiatas, tantum obstare, atque operari debere quo ad impediendum auocationi causam, quantum exceptio rei iudicatę posset operari, vt per *Afflict. decision.* 354. *Azeued. in lib.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *numer.* 1. & *tribus seq.* Deinde, & secundo, eligentem vnum iudicem, non posse postea variare, ex sententia *Bal. in consil.* 285. quia non est opus, in *princip. lib.* 1. & *in consil.* 187. *super quæst. eodem lib.* 1. *Guid. Papa decis.* 421. & exornat *Cardin. Dominic. Thusc. pract. conclus. iuris. tom.* 4. *lit. I. conclus.* 487. *ex nu.* 1. *cum seq. fol.* 811. Rursus, & tertio, pupillum, & viduam, & priuilegiatas personas, non posse recedere à iudicio cœpto; siue actoris, siue rei partes sustineant, vt ad Curiam, & forum speciale auocent aduersarios, & causam: tradidisse *Affl. dicta decis.* 354. *Corsetum, in singul.* 144. & retulisse *Cardin. Thusc. d. concl.* 487. *num.* 7. *præterea*, & 4. *constitutionem dicta l. vnica, Cod. quando Imperat. inter pupill. & vid.* & legum similium huius Regni continere ius speciale, & contrarium iuri communi, sicuti *supra* ostendimus *post initium huius cap.* & idcirco restringendam potius ad terminos, in quibus loquitur, & quando ab initio priuilegio vtuntur pupilli, viduæ, & similes personæ, quam extendendum ad casum prædictum post litem cęptam coram alio iudice, vt minus derogetur iuri communi, iuxta vulgatas iuris eiusdem regulas, & traditiones communes Doctorum, & quia priuilegia sunt stricti iuris, nec patiuntur extensionem, *capitulo porro.* de priuilegis, & per *Aluarum Valascum, consulatione*, 130. *numer.* 9. Deinde, & quinto iudicia elusoria reddi non debere, nec iniuria iudicem ordinarium afficiendum, coram quo lis cœ-

pta

pta; & contestata fuerat, & ius quoddam acquisitum, quod absque nota, & iniuria adimi non posse videtur, sicuti in proposito *Azzenedius*, considerauit *in dicto lib. 8. tit. 3. lib. 4. num. 5. in principio*. Denique, & sexto ad eum casum, quando pupilli, & viduæ, & similes personæ rei partes sustinent, & conuentæ coram ordinario proprioque iudice, euocandi causam ad Curiam, nec alibi respondendi iure visæ non sunt; vrgere etiam in contrarium, exceptiones dilatorias post litem contestatam non posse opponi, *capite in-*
37 *ter monasterium, de re iudicata, capite Pastoralis, de exceptionibus, l. finali C. de exception. l. exceptionem, C. de probationibus, l. 9. titulo 3. partita 3. l. prima, titulo quinto, libro quarto recopillation.* & latius probant *Gratianus, regula 170. Doctor. Paz, in praxi, in prima parte, primi tomi, quinto tempore ex numero 14. cum sequentibus Azeuedius, in dicta l. prima, titu. quinto, libro quarto, ex numero sexto. cum sequentibus*, & inde exceptionem fori declinatoriam ante litis contestationem esse opponendam, & postmodum non posse opponi, sicuti latius probarunt *D. Paz, vbi supra, numer. 22. & sequent. Azened. in d. l. num. 6. & seq. & numero 14. & 17. Aluarus Valascus, consultatione 136. nu. 4.* eamque non opponentem iudicis eius iurisdictioni acquiescere, & consentire videri, & nolle alibi litigare, siue respondere, vt ex alijs obseruarunt *Maranta de ordine iudiciorum, 6. part. memb. 9. num. 1. Duen. regula 379. in fin. D. Paz, vbi supra, num. 22. & seq. Cardinalis Dominicus Thus. practicar. conclus. iuris, tom. 4. lit. I. conclus. 74. n. 5. fol. 445.*

38 Verum pro contraria parte, & in fauorem communis sententiæ relatæ, supra, quod variare liceat, etiam in fine litis, & quod *dicta l. vnica* priuilegium obtineat, etiam post cœptum coram ordinario iudicium; vrgere itidem quam plurima, & expendi posse, ac primum quidem verba *d. l. vnica*, ibi *Si pupilli, vel viduæ, aliæque fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, cogantur aduersarij examini nostro sui copiam facere, &c.* Verè namque licèt casus, & articulus præsens non decidatur, nec admittatur expressim in *dicta lege vnica*, non tamen aliquo modo excluditur, imò verba ea nunc relata, ita indefinite adiecta, non obscure denotare videntur, cogendos aduersarios, Curiæ examini Copiam facere, cum pupilli, & viduæ reclamauerint, & sic quocumque tempore, personarum ipsarum intersit reclamare, aut iudicium supremæ iurisdictionis orauerint.

Deinde, & secundo, miserationis ratio illa præcipua, quę dicta Imperatorum constitutio innititur, & ne pręfatæ personæ miserabiles opprimantur, vel iniuriis, aut molestiis quibuslibet afficiantur, protectionis etiam Imperatorum, & Regum circa personas easdem, ita equidem, & æqualiter militat post iudicium cœptum, & litem contestatam sicut ante cœptum iudicium, nec potest vlla discriminis ratio considerari, siue non esset satis consultum eisdem, si hoc etiam casu beneficio illo non iuvarentur, vnde eo etiam habere debet locum illius *l.* dispositio ex paritate rationis, *iuxta iura vulgata*, & ignoscendum est viduis, pupillis, & similibus personis, si vel alibi iudicium susceperint, vel declinatoriam fori sui omiserint, cum ob fragilitatem ætatis, vel sexus, consilij, vel imbecillitatem, non ita discernere valuerint, quid ab initio intendere, consultius sibi esset.

Præterea, & tertio facit, beneficio *d. l. vnica*, non posse expresse etiam pupillos, & viduas; atque miserabiles personas renunciare, communi interpretum placitò receptum, vt vidimus supra, idcirco, & à fortiori, nec tacitè etiam, aut alibi aduersarius, extra Curiamq; vocando; aut vocati iurisdictionem ab initio non declinando, siue quouis modo non dissentiendo. Id quod *Baldus*, acutissimus iuris interpres docuit aliquando, quatenus in *capite de causis, numero vigesimosexto, de officio delegati.* tradidit non posse viduas, pupillos, & miserabiles personas iurisdictionem alterius iudicis in sui damnum prorogare, & sequutus est *Andreas Gail. practicar. obseruationum lib. 1. obseruatio 1. nu. 40.*

39 Rursus, & quarto regulam illam iudicium finiri debere, vbi cœptum est, & iurisprudentiæ exceptionem obstare in quocumque iudicio, & inter personas quascumque qua principaliter fulciri potest opinio contraria, ex *text. in dicta lege vbi coeptum, ff. de iudicijs*, non ita indistinctè, aut absolutè procedere, varijs potius modis explicari, restringi, atque limitari communiter, sicuti constat ex his, quæ in proposito eius *textus* plena manu scripta reliquerunt, atque ad dictam regulam adnotarunt *Falinus, in cap. ex tenore. ex numer. 15. de rescriptis*, vbi adducit plures fallentias ad illum, *text. Aretinus, in consilio 29. Socinus in consil. 37. volum. primo Menchaca de successionum resolutio. libro 2. §. 18. numer. 6. & 7. Aluarus Valascus, consultatione 57. Pelaez à Mier. de de maioratu, parte 3. quæstione 15. numer. 3. Ioannes Franciscus de Ponte in consilio 70. à princip. Antonius Gabr. commun. conclus. lib. secondo titulo de iudicijs conclusion. 1. per totam. Lancelot. de attentatis, secunda parte capit. 4. limitat. 2. ex num. 43. cum seq. & declaratione 30. per totam. Andreas Gail. practic. obseruat. libro primo obseru. 32. Simon de Pretis, de interpretatio. vltim. volunt. lib. 5. interpretatione 2. dubitation. 2. num. 381. cum seq. folio 501.* & nouissimè omnium his non relatis. *Cardinal. Dominic. Thuscul. practic. conclusio. iuris tom. 3. lit. I. conclusio. 487. per totam, & to. 2. lit. C. conclus. 976. fol. 320. Petrus Surd. in consil. 542. lib. 4. Hugo Donellus. commentarior. iur. ciuil. lib. 17. cap. 18. fol. 78. & 79. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. tom. 1. lib. 2. tit. de iudicijs, resol. 4. num. 17. fol. 10. latius resolut. 3. folio 4. & seq. Iacob. Philip. Portius, regular. lib. 3. conclus. 22.*

40 Ac vere non obtinere regulam ipsam, quando in alio iudicio agereretur ex causa necessitatis, vel citatus, aut agens in alio iudicio priuilegium haberet declinandi sicuti in proposito habent pupilli, viduæ, & miserabiles personæ, vel quando primus iudex esset negligens in iustitia administranda, aut coram primo Iudice non posset quis consequi iustitiæ complementum propter potentiam aduersarij, vel de facto ortam, vel in aliis casibus cum his cumulatis per Antonium *Gabriel. Lancelot. Thuscum*, & alios supra relatos, vbi latius videri poterit. Et ita ad regulam *dicta l. vbi captum.* Respondet in terminis quæstionis nostrę *Azened. in d. lib. 8. tit. 3. lib. 4. num. 5.* in illis verbis: *Et hanc opinionem tenendo, non obstat regula dicta l. vbi captum, quia non procedit quoties potest per priuilegium declinari forum.* Quo vel solo verbo omnibus his fundamentis satis fieri posset, quæ in contrariam partem ponderata fuere supra *num. 36.* & subdit statim *Azeu. ibidem*, & rectè atque iuridice notat, nullam iniuriam fieri iudici coram quo cęptum negotium fuit, cum id iure permittente, ac ex beneficio, & priuilegio *dicta l. vnica*, fiat, & nemini iniuriam faciat, qui vtitur iure suo. Pariter etiam, atque eodem
41 modo ad regulam *d. l. vbi cęptum, respondet Aluar. Valasc. consult. 136. numer. 15.* Et secundum hæc opinio præfata communior, *d. l. vnica* priuilegium obtineat etiam post cœptum iudicium, & litem contestatam, non modo probabilis, sed & vera, & verior videtur, & in praxi seruanda erit omnino, cum casus se offerat, ex ratione *fin. l. eiusdem vnica*, & paritate ipsius in hoc casu. Et procederet absque dubio, quoties in primo iudice, quorum quo cœptum fuisset iudicium, negligentia quælibet, siue non administrandæ iustitię timor aliquis detegeretur, aut quoties timeretur oppressio aliqua prædictarum personarum, siue iniuria, vexatio, aut molestia, eos vè quouis modo opprimendos, aut propter potentiam aduersarij vexandos, vel iure suo defraudandos: idque iuxta annotationes superiores, & latius tradita per eosdem authores relatos supra ad limitationem *d. l. vbi cęptum*. Et ita in præfatis personis miserabilibus præsumendum in dubio, ac earum oppressionem, & vexationem timendam, nec superiorum protectionem denegandam.

42 Præterea, & absque dubio procederet sententia ea-

dem communis, quando pupilli viduæ, aut misera-
biles aliæ personæ per in integrum restitutionis bene-
ficium, si in ea ætate sint, vt restitui valeant (sicu-
ti pupilli, & orphani regulariter sunt) atque ex iu-
re minoris ętatis aduersus litis contestationem ve-
nirent, & auocandi causam ad Curiam petita in inte-
grum restitutione, ex beneficio *dictę l. vnica, Cod.
quando Imperarat. inter pupill. & vid.* ius intenderent.
Nec admittenda esset *Didaci Cooarr. pract. dict. cap.
7. in finalibus verbis, versiculo non vbi lis.* Ratio illa, ex
43 qua, nec iure minoris ætatis, & restitutionis causam
cœptam in alio iudicio referri ad Curiam firmauit, vi-
delicet, quod non admodum læditur ex hoc errore
minor, cum imò lædi admodum ex eo errore possit, &
ab his iniuriam, & vexationem pati, qui in curia, &
coram superioribus iudicibus iniurias, & molestias
inferre non audebunt. Cum etiam in curia, & coram
supremis iudicibus facilius consequi iustitiam valeat,
quam coram ordinarijs, & inferioribus iudicibus, &
verè amittere ea, aut per litis contestationem ami-
sisse, modicum dannum iudicari non debeat. Id
quod iuuari potest ex resolutione, & obseruatione
singulari *Ludouici Molinæ, de Hispan. primogenijs, lib.
3. capit. 13. num. 61. in vers. sed dubitari poterit.* Vbi
scripsit, quod mortuo vltimo maioratus possessore,
si minor, qui prætendit maioratus successionem, re-
medium pro illa adipiscenda, coram Iudice ordina-
rio, vel aliquo ex Regiis conuentibus proposuit, &
tandem pœnitentia ductus, intra sex menses ad Re-
gium supremum Consilium recurrit, remedium quod
ex *leg.* 45. Tauri sibi competit, ibidem proponens
petensque aduersus primam actionem coram ordina-
riis iudicibus propositâ, in integrum restitutionem,
eidem minori restitutionem concedendam esse, cum
supremorum Consiliariorum iudicium amisisse, mo-
44 dicum damnum iudicari non possit. Et quam-
uis eodem *numer.* 61. dixerit, minorem aduersus de-
clinatoriam fori omissam restitui non posse, eo quod
ea læsio considerabilis non sit. Et inde *Azebedus*,
atque generaliter statuerit *in l. 1. tit. 5. num. 16. lib.
4.* quod minor, vidua, & rusticus declinatoriam non
opponentes in termino, non restituunt post termi-
num ad eam opponendam, ex ratione eadem. Post-
modum tamen *Molina metipse, eodem num.* 61. ratio-
nem eam parum tutam esse dixit, cum etiam aduer-
sus declinatoriam fori minor possit restitui, quan-
do ex eius omissione graue damnum incurrit. *Exci-
tat. Capicium*, plura resoluentem, & iudicis arbitrio
id relinquentem, atque supremorum Consiliarorum
iudicium non obtinere, maximi damni, & conside-
rationis esse, aduertit expressim, quod negari equi-
dem non potest. Et maximè procedit in terminis *dicta
l. vnica*, atque attenta ratione illa miserationis, de
qua supra. Et hactenus de articulo superiori, qui (vt
vides) absolute magis explicatus remanet, quam an-
tea fuisset.

45 Nunc verò, & tertio loco, atque principaliter ob-
seruandum est, dubium esse, vtrum pupilli, viduæ. &
similes personæ, quę declinandi forum, & aduocan-
di causas ad curiam, priuilegium obtinent, eo frui,
vtique possint, si tamquam hæredes successerint in li-
te cæpta. Et quidem hoc in casu, neque ex verbis, *d.
l. vnica*, neque ex priuilegio, aut constitutione ipsius
iuuari poterunt personæ prædictæ, vt declinandi ius
habeant. Idque imprimis ex regula *d. l. vbi cæptum,
ff. de iudicijs*. Vbi cæptum est iudicium, ibi finiri de-
46 bere. Secundò, quia conditio defuncti non muta-
tur, ex persona hæredum, *l. 2. §. ex his, ff. de ver-
bor. obligat.* hæres enim, & defunctus censetur esse vna,
& eadem persona, *authen. de iur. iur. a moriente præstito,
in princip. collatione 5. l. cum a matre Cod. de rei vendic.*
quæ iura exornat, quam plurimis *Cardin. Dominicus
Tuschus, practicar. conclusio. iuris, tom. 4. litera H. con-
clus. 49. fol. 233.* vnde sicut defunctus non poterat de-
47 clinare, ita nec pupillus, aut vidua eius hæres lite
iam cæpta. Vidua namque, & pupillus, etsi priuilegia-
ri quemadmodum, & priuilegiatus hæres quicunque
sequitur forum defuncti quoad litem cęptam, & ea
quę contracta sunt, secus quoad non cęptam, vel
contrahenda. *Paulus Castrensis, in cons. 8. ista bona pa-
terna, nu. 2. & col. fin. vers. item non obstat, lib. 1. Card.
Thuscus, vbi supra conclus. 48. num. 2.*
48 Tertio deinde, quia instantia litis transit in eodem
statu, & cum omnibus suis qualitatibus in hæredem,
l. prima ff. ad Trebel. l. si cum hominem. Et ibi notat
*Castrensis, Imola etiam, ff. de iudicijs, Stephanus Gra-
tianus, disceptat. Forens. cap. 16. num. 33. & quotidia-
narum harum controu. iuris cap. 9. lib. 2. latius notaui.*
49 Idcirco Clericus Laici hæres litem coram seculari Iu-
dice cæptam cum defuncto, apud eundem Iudicem pro-
sequi tenetur. Lite verò nondum cæpta, vocandus est
pro actione hæreditaria ad Iudicem Ecclesiasticum, &
sic quoad causas coram Iudice seculari introductas, &
cęptas viuente defuncto, Clericus ipsius hæres eun-
dem Iudicem, & forum sortitur. Id quod latius
comprobant, atque exornant, & agunt de intellectu
*lib. 7. tit. 6. partita prima Didacus Couarruuias practi-
carum, cap. 8. per totum, Hamada, in eadem l. 57. gloss.
5. per totam, Quesada diuersarum quæstionum iuris cap.
4. numer. 7. Menoch. Olanus, Villalobos, Auiles, Parla-
dor. Auendannus, Gregorius Lopez, & Didac. Perez*,
quos refert, & tandem ita resoluit *Zauallos, practic.
communi contra communes. quæstione* 36. maximè *num.*
13. eleganter *Petrus Surdus in cons.* 222. *lib. 2. & decis.*
110. *Stephanus Gratianus, disceptatio. Forens. cap. 16.
num. 31. & seq. Cardinalis Thuscus, practicar. conclusio.
iuris, tom. 4. lit. H. conclusione 48. folio mihi* 232.

Quarto denique, & vltimo, quia pupilli, viduæ, & si-
miles personæ, quod habeant priuilegium, & bene-
ficium *dicta lege vnica*, & ius auocandi causas, & ad-
uersarios ad Curiam Regiam, quoad primam causa-
rum cognitionem est quidem concessum per viam pri-
uilegii contra regulas iuris communis, vt supra *pro-
baui post initium huius capit.* Ideo huiusmodi priuile-
gium non debet extendi ad casum in quo non loqui-
tur, *dicta lege vnica*, hoc est quando lis cæpta fuit cum
defuncto. Priuilegia namque (vt supra dicebam) stri-
cti iuris sunt, & non patiuntur extensionem, *cap. por-
ro*, cum vulgatis de priuilegijs. Et ita quidem te-
nendum est in articulo prædicto, nec maius priuile-
gium concedi potest pupillis, & viduis eo casu, quam
Clericis, tot iuribus a iudice seculari exemptis, & alijs
60 quibuslibet priuilegiatis concessum fuerit. Et ita te-
nuit aperte *Aluarus Valascus, consultatione* 136. per to-
tam, attenta iuris communis dispositione, quamuis
in dubio ibi occurrenti, aliter statuisse Senatum dixerit
ob decisionem legis Regiæ illius Regni, *lib. 3. tit. 4. §. 3.*
ex qua viduà in lite cæpta cum marito potest iudicium
declinare ex priuilegio viduitatis, & sic posse eam, & in
lite cæpta cum persona extranea, cuius hæres fuerit, ex
alijs rationibus tuetur, vt ibidem videbis. Cæterum,
cum in hoc Regno ea constitutio, siue lex non sit, &
iuris communis regulis, & constitutiones res sit deter-
minenda, id proculdubio obseruandum erit, quod supra
diximus. Et videndus etiam *Valascus metipse in consul-
51 tatione* 57. Vbi agit de lite cæpta in iudicio priuilegiato,
an debeat remitti cessante causa primordiali priuilegii.
52 Alius autem iste non cępta cum defuncto, certi iuris
erit pupillos, & viduas gaudere beneficio, & priuilegio
d. l. vnica, tametsi litem suscipiant tanquam hæredes al-
terius, sicuti in clericis, & aliis priuilegiaris statuimus,
& *Grammaticus, ad constitutionem Regni, statuimus, num.
12. in fine.* probauit aperte, quatenus dixit iuridice, pu-
pillum, & viduam habere priuilegium declinandi forū,
& vti beneficio *dict. l. vnica*, etsi tanquam hęres, vel ex
contractu alicuius defuncti, vel paterno conueniatur.
Et attento iure communi refert, & seq. *Alex. Trenta-
cinq. variar. resol. lib. 2. tit. de citationibus, resolut. 2. n. 6.*
testatur tamen in Regno Neapolitano non habere lo-
cum virtute ritus M. C. ex quo statuitur contrarium,
siuè cum defuncto cæpta fuerit lis, siuè non, vt *Prosper
Caranita relatus*, ibi firmauit, in quo equidem (vt ego
adiicio) ritus ille à iure communi deuiat omnino. Et
hactenus de his.

SUM.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles persona possunt adire Regem pro earum defensione.*
2 *Clerici, & persona Ecclesiastica sunt persona miserabiles.*
3 *Clericus habet electionem fori, quando agit causas Ecclesia non quando agitur de rebus suis, & vide num. 9.*
4 *Clericus habet electionem fori pro persona sua.*
5 *Priuilegium competens pro rebus Ecclesiasticis competit pro persona Ecclesiastica.*
6 *Iniuria facta clerico dicitur facta Ecclesia.*
7 *Requiritur satisfactio Ecclesia.*
8 *Ecclesia, & Ecclesiastica persona habent priuilegium electionis fori ex capitulo Regis Roberti quod incipit quia nulla legis sanctio ex Ritu Magna Curia qui incipit item clericus vt num. 10.*
9 *Verba debent aliquid operari.*

ARGVMENTVM.

Clericus an pro vulneribus illatis possit per viam electioni fori adire Magnam Curiam.

DECISIO XXXI.

Ex Anna allegat. 146.

QVia coram grauissimis viris res agitur paucis me expediam dubium est vtrum Donnus Zacheus Francesius Beneficiatus Amalphitanus querelam exponens in Magna Curia Vicariæ contra laycum eiusdem Ciuitatis de insultu, & vulneribus in suam personam illatis possit eligere forum ipsius Magnæ Curiæ.

Ita quod non debeat fieri remissio ad Curiam Magn. Viceducis Amalphiæ, & circumscriptis Priuilegijs Illustrissimi Ducis cum producta adhuc non fuerint quæ si producerentur esset videndum an hunc casum comprehenderent dico omnino potuisse prædictum clericum eligere forum Magnæ Curiæ, & prætensam remis-
1 sionem non esse faciendam. Nam iuris est quod miserabiles personæ possint adire Regem pro earum defen-
2 sione *leg. vnica, Cod. quando Imperat. inter pupill. & vidu.*

Quod sequuntur Doctores communiter ergo sequitur, quod clericus habet electionem fori Magnæ Cu-
3 riæ; quibus non obstat si diceretur quod bene clericus habet electionem fori, quando agit causas Ecclesiæ non quando agitur de rebus suis, *Iser. in d. const. statuimus,* quem ibi sequitur *Afflict.*

Nam respondetur, quod superius allegata loquuntur in casu suo, quando agit Clericus pro bonis suis patri-
4 monialibus, secus vero, quando ageret pro persona sua, quæ priuilegiata est ratione Ecclesiæ, & ideo vt illud priuilegium competit pro bonis Ecclesiæ, ita pari modo, & fortius debet competere pro persona Ecclesiastica cum persona sit dignior rebus, *l. ult. § in . ff. de edilit. edicto*, quibus accedit, quod priuilegium competens pro rebus Ecclesiasticis competit etiam pro persona Ecclesiastica, *tex. in cap. Ecclesiam seruos 11. quæst. 2.* habetur *in c. fin. de vita, & honest. Clericorum*, si ergo ista electio fori competit pro re Ecclesiastica pariter, & fortius debet competere pro persona Ecclesiastica ad quod confirmandum adducitur, nam iniuria facta Clerico dicitur facta Ecclesiæ, *text. ad* literam vbi not. *Doctor. in cap. 2. § fin. de foro compet. & tex. in cap. accusatio 2. qu. 7.*

7 Hinc est, quod etiam si fuerit satisfactum Clerico requiritur satisfactio Ecclesiæ *text.* ad literam *in cap. desideres § fin. de sentent. excomm.* declarat *Hostien. in cap. 2. § sane in princip.* cum ergo iniuria dicitur facta Ecclesiæ sicut pro rebus Ecclesiæ competit hoc priuilegium ita etiam debet competere pro iniuria facta clerico.

8 Secundo principaliter pro ista opinione adducitur *capitulum Regis Roberti, quod incipit, quia nulla legis sanctio fol. 77. in antiqua impressione*, vbi dicitur quod licet de causis ciuilibus Iustitiarius non possit se intromittere nisi data negligentia Baiulorum, & Camerariorum, *iusta Constitutionem Regni Iustitiarij nomen, & normam*, tamen Ecclesia, & Ecclesiastica persona habent priuilegium istud electionis fori, & trahunt aduersarios coram Iustitiario, ex quibus verbis *Ecclesiastica persona*, colligitur quod non solum clerici nomine Ecclesiæ possunt eligere forum, sed etiam nomine suo, quia si tantum nomine Ecclesiæ clericis hoc competeret *illud capitulum*, dixisset tantum Ecclesia, & nihil dixisset de
9 Ecclesiastica persona ergo ne Rex ibi superfluus sit, & verba illa *Ecclesiastica*, aliquid operentur iuxta *l. si quando, ff. de legat. 3.* dicendum est, quod per illud capitulum prouidetur quod Ecclesiastica persona nomine suo habeat illud priuilegium ex his potest dici quod opinio, *And. & Afflict.* sit aliqualiter dubia, & etiam quia *Doctor. in cap. fin. de vita & honestat. clericorum*, communiter tenent quod priuilegium concessum clericis competat etiam pro rebus eorum.

10 Tertio accedit *Ritus Magna Curia Vicaria*, qui incipit, *Item clericus sub num. 160. car. 102.* iuxta antiquam impressionem vbi ad literam ordinatur, quod clerici in ipsa Curia ciuiliter, & criminaliter trahere possunt suos aduersarios, ex quibus concluditur quod Donnus Zacheus potest habere electionem fori Magnæ Curiæ Vicariæ, & suum aduersarium ibi in ius vocare.

ADDITIO.

HAnc *allegationem* 146. sequitur *Vitius decis. 27. num. 3.* vbi etiam allegat meam epistolam *in lit. C. & die 12. Decembris* 1584. in Sacro Consilio in Aula D. Cadenæ facta relatione per Magnum Curiam commissario D. Stellatello fuit decisum competere electionem clerico pro offensione facta suæ personæ non recordor nunc de causa.

Ad declarationem *text. in l. vnic.* latissime *Didac. Couar. pract. quæst. cap. 6. & 7. Follerius in pract. criminal. vers. audiantur excusatores ex num. 49. cum mult. sequent.*

Personæ miserabiles quæ sint, & quæ sint eis concessa priuilegia amplè *Rebuff. in 5. tom. ad Const. Franciæ tit. de sent. prouisio. art. 3. gloss. vlt. ex num. 2.* vsque ad finem, *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu 65.* qui post alios iudicis arbitrio reliquit quæ dicantur personæ miserabiles vide *Couarr. d. cap. 7. pract. quæst. num. 3. & Afflict. decis. 257.* dum hæc prælo darentur vidi *quamdam Apostillam Domini Felicis de Rubeis olim Regij consiliary Clarissimi* ad prædictam *decis. Afflict.* 257. quam placuit hic ascribere, quia posset in facti contingentia deseruire Ecclesiastica persona an habeat ius eligendi forum, amplia, vt per *Caue. decis. 160.* & quod non possit eligi forum Magnæ Curiæ, vel alterius Tribunalis per Ecclesiam seu Ecclesiasticam personam etiam in terminis capituli, cum sit generale in præiudicium Baronis, cui esset concessa iurisdictio in suos vassallos cum clausula iurisdictionis abdicatiua, & derogatoria *l. vnic. C. quando Imperator.* & priuilegiorum concessorum personis Ecclesiasticis fuit iudicatum per Magnam Curiam *de anno* 1565. in causa Reuerendiss. Episcopi Capaciquensis cum certis vassallis Illustriss. Princip. Eboli, & deinde confirmatum per Sacrum Consilium de mense Septembris eiusdem anni per rationes hic adductas, & quia potuit

tuit per Regem derogari priuilegio eligendi forum Ecclesiæ concesso ex interpretatione prudentum per *l. vnic. C. quando Imper. Const. Statuimus* saltem abdicando iurisdictionem à iudicibus suis cognoscendi iuxta tradita per *Bal. in Auth. statuimus, Cod. de Episcop. & cler.* & quod per *cap. cum sit generale*, datur tantum electio in suis casibus eligendi vel iudicem secularem vel Ecclesiasticum competentem. Hæc doctissimus ille vir. Idem fuit decisum in Sacro Consilio facta relatione per Magnam Curiam, quæ contra iudicauerat in causa Magnifici Camilli Giraldi, & Ill. Comitis Altauille cum Regio Fisco in Aula D. Cæsaris Vitelli de hoc mense Iulij 1583. stante priuilegio Illustriss. Comitis cum derogatione priuilegiorum viduarum licet Regius Fiscus prætendisset quod cum iniuria esset facta viro, qui erat Episcopus, ac Patriarchia priuilegium Ill. Comitis de huiusmodi personis Ecclesiasticis non intelligeretur quod Magna Curia iudicauerat.

S V M M A R I V M.

1 *Virgines habent fori electionem.*
2 *Hæres quantumuis priuilegiatus tenetur stare foro, quod suus defunctus elegit etiam quod non sit contestata lis cum defuncto eligente.*
3 *Clericus succedens laico tenetur stare foro laicali quod declaratur dummodo sit lis contestata cum defuncto laico.*
4 *Quod pari ratione porrigitur ad laicum succedentem Ecclesiastica persona.*
5 *Ante litis contestationem non dicitur quis petere sed velle petere.*
6 *Aliud est simpliciter petere aliud vero solemniter petere.*
7 *Cui competit electio competit variatio.*
Defunctus præsumitur mortuus cum eadem voluntate.
8 *Inconstantia non præsumitur imo damnatur est enim iniquitas quæ iustitiæ opponitur.*
9 *Variatio non datur a iudice superiori ad inferiorem, & quare.*
10 *Variare is potest, qui eligere potest.*
Decretum Sacr. Reg. Concil. Neapol.

ARGVMENTVM.

Electio, & variatio fori non datur hæredi priuilegiato in causa, cœpta cum defuncto, quamuis cum illo lis non fuerit contestata.

D E C I S I O XXXII.

Ex de Petr. cons. decis. 13.

Anna de Paulo conuenta in Curia Terræ Galatenæ elegit in forum Magnam Curiam Vicariæ vti vidua iurando perhorrescentiam illorum de Alexandro eius aduersariorum in præfata Terra Galatenæ transmissis actis ad Magnam Curiam fuit per prædictam viduam processum ad aperturam processus.

Mortua Anna comparuerunt hæredes virgines petentes remissionem causæ ad prædictam Terram Galatenæ sub duplici prætextu; Primo quod sint virgines, & sic
1 personæ priuilegiatæ gaudentes fori electione. ex his, quæ tradit *Afflict. post Andr. de Iser. in Constitut. Regni statuimus.* Secundo quod lis non fuerit contestata cum prædicta Anna in Magna Curia *arg. l. amplius, ff. rem rat. hab.*

Quibus non obstantibus per plura decreta Magnæ
Curiæ, & Sacri Concilij fuit decisum quod procedatur 1
2 in Magna Curia quoniam hæres quantumuis priuilegiatus debet stare iudicio, & foro sui defuncti per *text. in l. hæres absens, ff. de iudic.* quod in Regno est verum vel etiam in priuilegio inserto in corpore iuris per *Rit. Magn. Cur. 234.* vbi *Caranita in princip. Dominus de Franch. decis. eiusdem numer. 234.* Nec quicquam refert quod non fuerit lis contestata cum defuncta sufficit enim simplex citatio siue fori electio vt per *DD. locis ci-*
3 *tatis*, & per *Dominum de Franch. decis. 364. numer. 3. 4. 5.* illud autem de litis contestatione militat in clerico succedente layco cum quo fuerit lis contestata eo enim casu tenetur clericus respondere coram iudice laico stante litis contestatione cum eius defuncto laico *Boer. decis. 69.*
4 *Surd. decis. 110. Couarr. practicar. quæst. cap. 8. in fin.* late *Cenall. com. con. com. quæst. 56. num. 13.* id quod pari ratione de laico succedente Ecclesiasticæ personæ tradit *Iac. Canc. variarum resolut. tit. de litis contestat. numer. 136.*
5 Quoniam ante litis contestationem non dicitur quis petere sed velle petere *dicta l. amplius, ff. rem rat. hab.* At secus in electione fori prout in casu nostro vbi non est
6 necessaria litis contestatio sed satis est solemnis fori electio aliud enim est simpliciter petere aliud solemniter eligere, *de Franch. vbi supra*, in quo tanquam in re clara, & indubitabili amplius non insisto.

Verum aduersarij studendo dilationibus obtinuerunt iterum verbum fieri sub prætextu quod fuerit denegata variatio asserentes posse variare quemadmodum figu-
7 rant potuisse variare defunctam ex regula quod cui competit electio competit, & variatio vt infra in quo longe errant siquidem defuncta præsumitur defuncta cum eadem voluntate *text. est in l. locum hic status, §. 1. vers. sed vbi semel, ff. de donat. inter virum, & apertior in*
8 *l. 3. vbi gloss. ff. de probat. Afflict. decision. 111. num. 6. in fin.* in constantia enim non præsumitur, imo damnatur *l. capitalium, §. est enim incostans, ff. de pen. l. in causæ in princip. ff. de procurat. glos. in l. final. in fin. C. de modo mul.* faciunt dicta per *Hyppol. sing. 103.* & latius dixi *Festiu. lect. lib. 1. cap. 1.* & nouissime *D. Mutius Recens. acutissimus iurisconsult. de iurisdict. ad libitum reuocand. in princip.* & ita in proprijs terminis *Carau. in Ritu. 233. num. 18.* sanè varietas, & inconstantia iniquitas est, *l. si quis, C. de rebus credit.* opponitur enim iustitiæ quæ non aliud est,
9 quam constans, & perpetua voluntas *vulg. l. iustitia, ff. de instit. & iure.* Imo nec defuncta posset variare à Magna Curia ad iudicem inferiorem vt *per Dominum de Franchis decis. 100. in fin.* & ratio quia variatio non secus ac electio requirunt perhorrescentiæ iuramentum *Afflict. decis. 257. Franch. decis. eiusdem num. 257.* idemque *decis. 364. num. 6.* nouissime *Dominus Paulus Staibanus cons. 74.* sed quæ perhorrescentia potest cadere in Magna Curia supremo, ac Sanctissimo Tribunali in quo tanta exercetur iustitia respectu inferioris iudicis, & Baronalis
10 Curiæ vt innuit *Dominus de Franch. loco citato.* Denique ille, potest, variare qui potest eligere, *l. eum qui certarum in fin. ff. de verborum obligat. Afflict. in constitut. statuimus quæst. 13.* sed in casu nostro hæres non potest eligere, cum omnino teneatur stare foro defuncti *d. l. hæres absens*, ergo nec variare ita ad literam. *D. de Franch. d. dec. 364. n. 5. in fin.*

Cætera prudentissimis iusdicentibus relinquuntur, quorum est supplere, quæ Aduocatis desunt.

Facto verbo *in Sacro Concilio* fuit causa remissa eidem Magnæ Curiæ, quæ procedat adulteriora remissione, & variatione petita non obstante penes *Pulsonum*.

S V M M A R I V M.

1 *Lis terminari debet, vbi cœpta est, & num. 2.*
3 *Mutatio fori, vel superueniens priuilegium, cœptum iudicium non immutat, & nu. 6.*

4 *Priuilegium superueniens pendente processu, si procuratum non est, prodest litiganti, & iudicium cessat.*

Contrar. num. 9.

Declar. num. 10.

5 *Priuilegium si ad postulationem concessum est, remissionem non operatur.*

7 *Priuilegium siue motu proprio, siue ad postulationem concessum sit, strictè est interpretandum, in tertij praeiudicium, secus in concedentis damnum.*

8 *Priuilegium potius superuacuum censeri debet, nihilque operari quam vt alteri in iure sibi quaesito praeiudicet.*

11 *Tex. l. si filius 1. ff. de tut. & ration. distrah. declaratur, & num. 11.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium motu proprio, vel ad postulationem partis, concessum: si pendente lite superueniat, Rei forum non immutat.

DECISIO XXXIII.

Ex Giurba decis. 23.

1 VBi cæptum est iudicium, ibi finem debet accipere,
*ad tex. l. vbi cæptum, ff. de iudic. §. quoniam. Auth. de
testib. l. nulli prorsus, C. de iudic. exornans Felin. in cap. ex
tenore col. 7. & seq. de rescrip. Afflict. dec. 354. Diaz. reg.
382. Corset. sing. iudicium Port. lib. 3. conclus. 22. Trenta-
cinq. lib. 2. Resolut. tit. de iud. Resol. 10. Gabr. tit. de iudic.
conclus. 1. Tusc. tom. 4. lit. I, conclus. 487. Ponte consil. 70.
num. 1. 2. Bim. cons. 287. num. 14. Nic. Camp. in R. N. cap.
183. nu. 6. Lancell. Gall. cons. 112. num. 29. Surd. cons. 57.
n. 2. cons. 542. num. 1. Maluas. cons. 69. num. 30. 40. cons. 92.
num. 5. Vin. dec. 459. nu. 11. Menoch. cons. 892. n. 6. Decian.
cons. 118. num. 3. vol. 3. cons. 47. num. 23. vol. 5. Marcabr.
cons. 69. num. 30.* Magna enim est vnius causæ ad seipsam
continentia, vt inquit *Cyn. in d. leg. nulli Surd. cons. 222.
num. 1.* Quod procedere voluerunt Doct. nedum in
principali negotio, sed in alio etiam ab eodem originem
trahente, *Felin. in d. cap. ex tenore num. 19. Bald. in cap. 1.
col. fin. de controuers. inuest. Polid. Rip. obser. 140. num. 2. 3.
Cauagnuol. ad Decret. Montisfer. 22. §. 2. num. 3. Fachin.
Controuers. Iur. lib. 11. cap. 78. fol. 75. Rim. Sen. cons. 320.
2 num. 20. vol. 2.* respectu cognitionis, & executionis, quæ
eo in loco fieri debet, vbi cæptum est Iudicium, si fieri po-
test, quia iurisdictionem si quis occupauit in cognoscen-
do præoccupasse intelligitur in exequendo, *Sebast. Sapia.
in l. cum quadam puella, num. 18. ff. de iurisd. om. iud. reper.
vol. 1. Surd. cons. 152. num. 22.* aliàs in subsidium fiet ali-
bi, ad requisitorias tamen iudicis literas, coram quo cæ-
ptum fuit iudicium, *tex. est vbi Doct. notant. in l. qui Roma
§. sententiam, ff. de re iud. cap. postulasti de for. compet. &
tradunt plene Surd. d. cons. 152. num. 21. cons. 204. a num. 1.
cons. 405. Cornaz. decis. 59. num. 2. Lancell. Gall. cons. 24.
num. 13. Menoch. cons. 676. volum. 7. Bald. cons. 156. in fin.
vers. & ideo vol. 5. Tusc. dict. conclus. 487. num. 5.* Vt nec
3 mutatio fori a prioris iudicis iurisdictione, coram quo
cæptum est iudicium; reum liberat, *l. cum quadam puella,
ff. de iurisd. om. iud. concordat tex. & ibi Bar. in l. fin. C. de
Veteran. lib. 12. Feder. de Sen. cons. 16. num. 10. 11. cons. 97.
num. 4. Tusc. tom. 3. lit. F, conclus. 445. num. 1. 2. 3. Alex.
Dec. Ias. Curt. Aquen. & plene Cagnol. in d. l. cum quadam
puella nu. 23.* vt nec superueniens lite pendente priuile-
gium immutat rei forum, *l. si quis posteaquam, ff. de iudic.*
nec iuribus alterius præiudicium afferat, *Honded. cons.
81. num. 61. vol. 1. pluribus exornat exemplis Lancell. de
Attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 631. & cap. 12. lim. 52.
4 num. 19.* Nisi lite pendente, motu proprio concessum à
Principe illud sit, *gloss. in d. l. si quis posteaquam, & in l. qui
autem, ff. si quis caution. text. est in l. idem Vlpianus, ff. de
excus. tut. Rum. cons. 76 vol. 5. Gabr. tit. de iudic. conclus. 4.
nu. 5. & alij à Franc. relati decis. 544. n. 5. quos etiam sequi-
tur sub num. 17. Masull. ad Capic. decis. 51. sub num. 13.
Carau. Rit. 301. nu. 6.*

Quare cum in M. R. C. causata fuerit executio, de
mense Iunij 8. Indict. M. DC. X. pro vncijs sexaginta ab
illustri Dom. Marchionissa Fabariæ, Contra hæredes
Ioannis Vasques Caldaron, & præsentatis oppositionibus
à Don Ioanne, & Donna Antonia Valasces, & Riolo fue-
rit dictum reijciantur, die IX. Septembris IX. Indict.
M. DC. X. & interposito secundo decreto super hæredi-
tarijs debitoris sui bonis, Leocatæ existentibus literas à
M. R. C. exorauit Marchionissa de tradenda eorum pos-
sessione, quas sigillandas non esse petijt Donna Antonia,
quia Agrigentum, habitatum iuit, vbi Regis est priuile-
gium, Quod habitatores per decennium non molesten-
tur in bonis, nec in persona. Pronuntiauit M. R. C. *Non
sigillentur literæ*, Quia non ad partis postulationem sed
motu proprio, priuilegium illud Rex concesserat, cuius
virtute decennalem hanc consequitur exemptionem. Ini-
tium namque inspiciendum est, *ad tex. l. si filiusfam. vbi
gloss. concordantes allegat. ff. de verb. oblig.* & mutato per-
sonæ statu; mutatur etiam forus, *l. si filius 1. vbi Bal. ff. de
tut. & rat. distrab. Surd. cons. 396. num. 19. 20. vol. 3. Baez.
de inop. debit. cap. 17. num. 22. Ambros. de Immun. Eccles.
cap. 19. nu. 4.*

Causa ad Consistorium deuoluta, testimoniales vidi-
mus *Agrigenti*, officialium literas, quod ad habitandum
illic, ipsi accesserint, Die XXVIII. Agusti VIII. Indict.
5 M. DC. X. satis post executionis prædictæ adimplemen-
tum. Duximus idcirco priuilegium, ad sui procuratio-
nem pendente processu, superueniens litiganti non pro-
desse, *ex Bart. & Alex. in l. 1. ff. de pan. Mazol. cons. 22.
num. 25. Ponte de Potesta. Proreg. tit. de Assens. Reg. §. 7.
num. 14. Crass. de excep. cap. 3. num. 38. late Franc. d. decis.
544. per tex. d. l. si quis postea. & ibi Bald. & alij: & l. vbi
captum, ff. de iud. addo tex. in cap. pen. de for. comp.* Vbi
6 præuento per citationem non prodest status mutatio nec
noui priuilegij acquisitio, quin coram iudice citante te-
neatur litigare, confert *tex. l. 2. C. vt lit. pend. & l. cum qua-
dam puella, vbi Cagnol. & reliqui Classici tradunt, ff. de
iurisd. om. iud. & quod notant gloss. in c. vt debitus de appell.
& Doct. in cap. fin. de except. in 6.* Idque in ciuilibus indi-
stinctim procedere affirmant *Abb. in d. cap. penul. ad fin.
& in cap. 1. de oblig. ad ratioc. Specul. tit. de Reo nu. 4. Ann.
cons. 140 num. 3. Cancer. in 2. Resolut. cap. 2. de iurisd. num.
225. Feder. de Sen. cons. 16. num. 10. 11. cons. 97. numer. 4.
Tusc. d. lit. F, conclus. 445. num. 3. 4. lit. P, concl. 646. nu. 9.
Lapus alleg. 119. num. 6. Rom. cons. 412. num. 5. 6. Socc. in
c. penult. 4. art. prin. 1. quæst. & in c. fin. 10. quæst. de for. com-
pet. Marcabr. cons. 69. num. 87. cum seq.* nisi nulliter reus
citatus fuerit, quia forum mutare is posset, & alterius ef-
fici iurisdictionis, *Socc. in d. art. 4. prin. 1. q. Marcab. d. cons.
69. nu. 89.*

7 Nam priuilegium siue concessum ad postulationem,
siue motu proprio semper dicitur contra ius commune,
*Ruin. cons. 133. vol. 1. Monald. cons. 29. vol. 1. Maluas. cons.
93. num. 39. 56.* & strictè est interpretandum, vt se con-
formet æquitati, & honestati, *cap. Porro, de priuil. l. 1. ff. de
iur. commun. Osasc. cons. 42. num. 42. Decian. cons. 22. num. 1.
vol. 4. Tiraq. de Primog. quæst. 42. & lib. 1. Retract. §. 1. glos.
9. Gutier. Can. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 121. Turr. cons. 99.
nu. 12. vol. 1. Carol. Tap. in Rubr. ff. de Constit. Princ. cap. 6.
num. 3. Farin. cons. 45. num. 1. 2. 3. 15. Cancer. lib. 3. resol. c.
3. de priuil. num. 163. Franc. d. decis. 544. num. 17. Vin. dec.
517. nu. 15. Brunor. Sole in Compen. Resol. Iur. lit. P, verb.
priuilegium debet. Rim. Iun. cons. 169. nu. 3. 7. Barz. decis.
118. num. 6. Tusc. lit. P, conclus. 731. num. 1. Surd. cons. 140.
num. 21. decis. 330. num. 4. Marcabr. cons. 13. numer. 230.
Maluas. cons. 93. num. 6. 38. Bott. cons. 87. num. 14. 17. Solon.
de Paz. cons. 23. Garcias de nobil. gloss. 6. num. 41. Auend.
de exeq. mand. Reg. par. 2. cap. 14. sub num. 35. in fin.* ma-

xime

xime in tertij præiudicium l. 2. vbi Bald. notat. C. de bon. libert. Marcabr. conf. 26. num. 173. Franc. d. dec. 544. num. 15. 16. Guttier. d. num. 121. 122. 123. Rim. Iun. conf. 103. nu. 48. Menoch. conf. 43. num. 3. Dec. conf. 197. siue ab initio siue ex post facto alteri præiudicet Tap. d. cap. 6. n. 6. Canag. ad Decret. Montisfer. 72. q. 11. num. 121. Brunor. Sole d. lit. P, verb. priuilegium Principis Marta vot. 66. nu. 19. Rol. conf. 45. num. 12. vol. 4. Surd. de Alim. tit. 1. quæst. 44. num. 21. Marant. conf. 28. num 2. 7. conf. 81. nu. 22. Immo
8 potius admittitur, vt priuilegium superuacuum sit, nihilque operetur vltra iuris communis dispositionem, quam vt alteri in iure sibi quæsito præiudicet Felin. in cap. 1. nu. 9. de rescrip. Schrad. de feud. p. 10. sect. 3. num. 15. Quoniam lex semper curat omnique conatu prouidet ne nullum præiudicium licet minimum fiat creditoribus, l. fin. §. fin. autem, C. de iur. de lib. Vin. decis. 18. num. 15. quod cauere etiam tenetur Princeps, l. 2. §. si quis à principe & §. merito, ff. ne quis in loc. publ. Mexia ad pragm. de Tax. pan. conclus. 5. n. 141. secus quando agitur de præiudicio, & iure concedentis Lanar, conf. 17. num. 7. Farin. conf. 45. nu. 28. Cancer. d. cap. 3. num. 465. Ponte conf. 2. num. 21. Tusc. lit. P, conclus. 731. num. 1, Surd. conf. 140. numer. 73. Morot. conf. 20. n. 13. Malnaf. conf. 18. num. 26. inde est vt priuilegium sui natura extendendum, nec sit ad alias causas, & personas c. petysti 7. quæst. 1. c. sanè de priuil. Dec conf. 516. num. 27. Menoch. conf. 90. n. 88. Farin. Rot. decis. 565. nu. 3. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 14. num. 97. Caual. decis. 31. n. 18. 19. par. 1. decis. 33. num. 17. p. 2. & si identitatis ratio vrgeret, c. priuilegium, & ibi Doct. de reg. Iur. in 6. Peregr. de priuil. si c. lib. 5. tit. 2. n. 2. Comm. dixit Tusc. d. lit. P, concl. 731. n. 2. Vin. decis. 517. nu. 16. Cum ergo affectatum hoc fuerit priuilegium, quia Leocatæ prius morabantur conuenti, & post adimpletam executiuum Agrigendum dolosè iuerunt ad habitandum, vt cæptum executiuum iudicium eluderent, illud non mutari concludimus. Immo si motu proprio superuenisset priuilegium, idem dijudicaremus, vt neruosè defendit, ac decisum testatur Franc. decis. 544. Qui operari priuilegium hoc (addit) in litibus de nouo inchoandis, non quo ad lites cæptas.

10 Non obstat 1. Quia aut lite pendente, priuilegium concedit Princeps motu proprio, & tunc prioris iudicis impediri iurisdictionem, fatetur Franc. d. decis. 544. sub n. 17. dummodo ex certa scientia priuilegium concesserit Princeps, quo casu perinde est, ac si apponeret clausulam non obstante, ita Bart. in d. l. idem Vlpianus, §. fin. Sebast. Sapia in d. l. cum quadam puella nu. 13. Aut priuilegium satis ante motam litem concessum erat à Principe, sed lite pendente (vt hic) superuenit, & iudicatum refert Franc. d. decis. 544. quod siue motu proprio siue ad partis postulationem superuenit, prioris iudicis non impedit iurisdictionem, sed vbi cæptum est iudicium ibi terminari debet, d. l. vbi cæptum & alij quos citauimus num. 1. Imo tradit Abb. in c. fin. num. 8. vt lit. pend. ius quod superuenit ex gratia lite iam mota nec adiuuat, Ladereb. conf. 106. num. 7.

Respond. 2. Priuilegium motu proprio à Principe concessum collitiganti nocere, si de modico eius agatur præiudicio, secus si de magno, tunc enim requiritur clausula non obstante, sed immutari iudicium de magno agitur partis præiudicio, illi ergo nocere non potest, ex Comm. resolut Alex. in l. 3. §. si is a quo. ff. quod quis iur. Ias. in l. quæ autem. ff. si quis caut. & in l. 2. C. vt lit. pend. Sapia in d. l. cum quadam puella n. 13.

11 Non obstat 2. ex l. si filius vbi Bald. notat. mutato personæ statu, mutari forum ff. de tut. & Rat. distrah. Quia id verum si statum mutari contigerit antequam conueniretur Bellug. de Princip. Rub. 20. de milit. grat. §. quia post Ecclesiam n. 30. Franc. d. n. 17. secus hic.

12 Respond. 2. Id verum in clerico in quo datur totalis status mutatio, vt inquit, Bart. in l. 1. ff. de pan. Alexan. in l. cum quadam puella num. 3. ff. de iurisd. om. iud. Ponte d. §. 7. num. 14. qui in term. loquuntur Surd. Baez. & Ambros. & si aliter dixerit Tusc. d. lit. F. conclus. 445. num. 4. & d. lit. P, conclus. 646. num. 11. Qua in re consulendus est Franc. decis. 656. & scripsi copiosius in commentarijs ad Tribun. Regni Concord. §. 9. to. 2.

Ex his communi omnium voto diximus sigillentur litera, Die XXII. Iunij IX. Indict. M. DC. XI. M. R. C. sententiam reuocantes.

SVMMARIVM.

1 Viduæ, pupilli, & miserabiles personæ extra proprium domicilium trahi non possunt procedit etiam, si adesset Principis rescriptum n. 2. amplia n. 3.

4 Miserabiles personæ omissis ordinarijs iudicibus possunt per viam querelæ Principem adire, & trahere aduersarios suos ibi, vel coram delegato ab eo amplia num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. declara nu. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

14 Miserabiles personæ quando agunt, & quando conueniuntur, an absque iuramento vti possint priuilegio, l. vnicæ, C. quando imper. inter pupil. vel vid.

25 Miserabiles personæ quæ dicantur vsque ad n. 36.

37 Priuilegio, l. vnicæ, C. quando imperat. non potest renunciari.

ARGVMENTVM.

Enucleantur varia in materia Electionis fori competentis Miserabilibus personis.

DECISIO XXXIV.

Ex Trentacinq. resolut. 2. de citationibus.

Viduæ, pupilli, & miserabiles aliæ personæ extra proprium domicilium non possunt trahi etiam in Curia Principis, sed in proprio domicilio sunt conueniendæ, ipsæ tamen bene possunt trahere aduersarios earum extra domicilium coram principe etiam per viam simplicis querelæ, l. vnica, Cod. quando imper. inter pupil. vel vid.

Ex hac resolutione duæ eliciuntur conclusiones.

Prima est, quod viduæ, pupilli, & miserabiles aliæ personæ non possunt trahi extra domicilium.

Secunda est, quod ipsæ possunt omissis ordinarijs iudicibus adire Principem per viam querelæ, & trahere aduersarios suos, vel coram Principe vel coram delegato ab eo.

1 Circa primam nota, quod hodie est de iure, quod nemo extra domicilium trahi potest, §. 1. Auth. vt differ. iudic. nisi iudex ordinarius sit negligens, §. super hoc Auth. de quæst. Hoc non procedit in viduis, pupillis, & in alijs miserabilibus personis; quia etiam si iudex domicilij, seu prouinciæ negligens esset, non possent miserabiles personæ trahi extra domicilium, seu prouinciam. Bar. Bal. Paul. de Castr. & alij communiter in d. l. vnica.

2 Præfata conclusio procedit etiam si adesset principis rescriptum: tu scis, quod cum sacro oraculo, id est rescripto imperatoris potest quis trahere aduersarium suum ad extraordinarium iudicem, etiam extra proprium domicilium, l. in criminali, C. de iurisd. omn. iud. Hoc non procedit in istis miserabilibus personis, vt in d. l. vnica probatur. Quæ conclusio procedit etiam si in rescripto principis extaret clausula; non obstante quacunque lege contrarium disponente. Bal. Paul. de Castr. Alber. & alij in d. leg.
3 vnica. Sed an hæc conclusio procedat, si dicatur, non obstante aliquo priuilegio de quo etiam oporteret specialem facere mentionem; seu si dicatur non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si essent talia de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, dicas, quod, ad

hoc,

hoc, vt *dict. leg. vnica* derogatum censeatur, est necesse, quod specifica, & expressa mentio fiat de viduis, pupillis, seu alijs miserabilibus personis, vt late tradit Grammat. *in decis. 20.* vbi in fine dicit, ita fuisse decisum per Magnam Curiam Vicariæ, & *Mattheus de Afflict. in constitut. statuimus num. 9.* vbi in fine dicit, ita vidisse pluries fuisse iudicatum, obseruatum, & tradit *Illustris dominus Vincentius de Franchis ad præsens dignissimus Præsidens Sacri Consilij in decision. 187.* vbi ait, ita fuisse per sacrum consilium decisum; & idem ait in *decisioni 192. & Antonius Tesaurus in decision. 177. numero 9.* vbi ait, per illum Senatum fuisse iudicatum.

Circa secundam, nota, quod quis non potest adire superiorem per viam querelæ omisso inferiore, sed debet coram illo inferiore litem primo mouere, & si grauauerit, poterit appellare ad superiorem *leg. nemo,*
4 *Cod. de iurisdict. omn. iudic.* Hoc fallit in istis miserabilibus personis, quæ possunt omissis ordinarijs iudicibus adire Principem per viam querelæ, & ibi trahere aduersarios suos, vel coram Principe, vel coram delegato ab eo, *d. l. vnica.*

5 Hæc conclusio procedit primo, etiam si conueniantur, vel coram iudicibus ordinarijs; nam tunc electio est ipsarum eligendi forum Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regis. *Afflict. in constitut. si quis in posterum sub numero 57.* vel si coram Principe conueniantur; nam ipsæ possunt declinare forum Principis, & dicere, quod debent conueniri coram eorum iudice ordinario in loco, vbi degunt, vbi est copia testium, & scripturarum. *Affl. in const. statuimus, n. 9.*

6 Secundò hoc procedit etiam, si vidua conueniatur ex contractu alicuius defuncti, vel paterno, vel tanquam hæres; nam adhuc dicitur habere priuilegium declinandi forum. *Grammat. in addit. ad constitut. Regni, statuimus numer. 12. in fin.* vbi ait, ita fuisse per Magnam Curiam Vicariæ determinatum. Hæc determinatio hodie in hoc Regno Neapolitano non habet locum virtute ritus Magnæ Curiæ Vicariæ: nam ex vi *dict. ritus 234. incip. item vbi pupillus, vel pupilla.* Pupillus non potest declinare forum, quando conuenitur, vt hæres patris, seu matris. & licet dictus ritus loquatur in pupillo; tamen locum habet etiam in vidua, & qualibet persona miserabili, & priuilegiata in electione fori; quia statutum in vno ex æquiparatis censetur etiam statutum in alio, *leg. si quis seruo, Cod. de furt. & leg. quod vero iuncta gloss. ff. de legib.* & ita per Magnam Curiam fuisse determinatum attestatur *Prosper. Caranita in commentar. super ritib. Magnæ Curiæ, in ritu 234. num. 3.* quæ conclusio secundum eum ibi habet locum, siue cum defuncto cœpta fuerit lis, siue non. Hoc est quoad pupillos viduas, & alias miserabiles personas, sed non quoad Ecclesiasticos; nam quoad eos per dictum ritum non censetur correctum ius commune, quo iure clericus vel hæres laici de nouo conuentus potest declinare forum, & causam ad suum iudicem trahere. *Bar. in leg. heres absens, ff. de iudic.* & ibi *Cyn. Albert. & Fulgos. Bald. in l. 2. Cod. vt in possess. legat. Iason. in authent. quas actiones, num. 39. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Cagnol. in l. 2. quæst. 92. num. 249. Cod. de pact. inter emptor. & vendit. & Couarruu. in lib. practic. quæst. capitul. 8. num. 4. versicul. tertia conclusio.*

7 Tertiò præfata conclusio, quod quando pupillus, vidua, seu alia miserabilis persona conuenitur, possit forum declinare, procedit etiam post litem contestatam, & post conclusum in causa, & etiam si iurasset non variare. *Sylua. nupt. lib. 6. num. 38.* vbi dicit, vidisse, quod post causam appunctuatam, vidua petijt se remitti, & remissa fuit; & idem concludit *Prosper. Caranita in commentar. super ritibus Magnæ Curiæ in ritu 231. incip. item si pupillus, vel vidua num. 3.* reprobando *Afflictum in constitut. statuimus in 7. not. quæst. 6. num. 12.* vbi tenet, quod post litem contestatam non potest declinare forum, nisi per errorem. Ego non recederem ab opinione *Caranitæ*, licet contrarium teneat, & etiam contra *Afflictum in casu erroris, Couarruu. in lib. practic. quæst. in cap. 8. col. fin. in versi. ul... ono, & opinionem Caranitæ* tenent etiam *Viuius in lib. 8. opin. in opin. 368. numer. 6. Thomas Parpalius in leg. pen. Cod. de pact. & Marcus Antonius Natta in consil. 590. num. 15. vol. 5. & Antonius Tessaurus in decis. 77. numer. 6.* vbi ait, ita per illum Senatum fuisse iudicatum. Hæc opinio limitatur non procedere, quando cum ipsa persona priuilegiata esset admixta alia non priuilegiata; nam tunc ratione connexitatis causæ, coram primo iudice deberent determinari; ita dicit notabiliter *Aret. in consil. 83. quia multa col. 4. num. 7. versic. vltimo dicebam Sylua. nupt. in loco præallegato* dicit videri sibi durum, & ideò, an vera sit hæc limitatio, videbis infra in quinta ampliatione.

8 Quartò habet locum etiam si pupillus, vel vidua existentes puta Capuæ conueniantur coram Rege existente tunc Capuæ, vel coram Magna Curia Vicariæ existente tunc Capuæ; nam possunt declinare forum Regis, vel Magnæ Curiæ, & eligere forum Capitanei Ciuitatis Capuæ, vel curiam baiulorum Capuæ, qui alias possent de illa causa cognoscere. *Matthæus de Afflict. in dict. constitut. statuimus, num. 23.* & ibi *And.* & ante eos ita tenuit *Odofr. in d. l. vnic.*

9 Quintò locum habet etiam, si vidua habeat causam communem cum alijs personis non miserabilibus; nam tunc omnes gaudent eodem priuilegio viduæ: ita tenet *Marcus Antonius Natta in consil. 590. numer. 16. vol. 3.* & ratio est: quia propter communionem, vel societatem inhabiles gaudent priuilegio habilium, *leg. si communem ff. quemadmod. seruit. amit. & leg. si is, qui duos, & ibi Bart. ff. de lib. leg.* Et hinc dicebat *Abbat. in capit. ad audientiam de præscription.* quod contra priuatum habentem rem communem cum Ecclesia Romana currit tantum præscriptio centenaria. Et hinc est, quod si plures simul sunt capti, & inquisiti, quorum vnus sit clericus, & ipse petat se remitti ad Ecclesiasticum iudicem iuxta *capitul. si iudex de sentent. excommunicat. in 6.* tunc omnes simul debent remitti, ne causæ continentia diuidatur: ita dixit *Anton. de Prato. in l. 1. §. fin. quæ sententia sine appellat. rescind.* quem sequitur *Marian. Soccin. in cap. 2. col. 16. versicul. 8. fallit. de demonis pete.* & inter consilia filij *in consil. 12. lib. 1. Felin. in cap. placuit, col. 5. de præscript. & Bartholom. Soccin. in leg. quum senatus in fine ff. de reb. dub.* vbi refert genitorem suum ita consuluisse, & ita etiam tenuisse *in capitul. 1. de for. competent. & Hippolyt. de Marsil. in sing. 280.* vbi etiam addit, quod immunis ab oneribus ob *numer. 12.* liberorum hanc immunitatem tribuebat fratribus, & simul habitantibus. Et per hanc ampliationem apparet non esse veram Aretini limitationem supra positam: & hanc ampliationem tenet etiam *Anton. Tessaurus in dict. decisio. 177. num. 5.*

10 Sextò habet locum etiam, si vidua, vel pupillus, vel alia miserabilis persona vult forum variare, vtputa si vidua egit, vel accusauit coram capitaneo terræ suæ quendam, & processit ad nullos actus, & demum videns, quod secretè capitaneus fauet parti accusatæ, dicta vidua vadit ad Magnam Curiam, & ibi vult prosequi causam, vtique potest, quia vbi electio datur à iure, licita est variatio *leg. eum qui certarum, §. 1. ff. de verbor. obligat.* tradit *Afflict. in dict. constitut. statuimus numer. 25.* & in practica obseruatur, quod hæc variatio etiam bis, & ter conceditur tam à Curia domicilij, quàm à Magna Curia, & Regia Audientia: sic dicit *Prosper. Caranit. in commentar. super ritibus Mag. Cur. in ritu 233. incipien. item clericus pupillus numer. 9. & 10.* vbi dicit, vidisse viduas elegisse Regiam Audientiam, & postmodum variasse ad Curiam Baronis, & a Curia Baronis variasse iterum ad Regiam Audientiam, & fuisse admissas. Et admittitur variatio etiam post litem contestatam, & post conclusum in causa. *Prosper. Caranita in dict. ritu 233. num. 9.* sed nota, quod post concordiam factam inter partes non admittitur variatio, *Vincentio de Franchis in decis. 100. num. 21.*

11 Septimò locum habet, quando vidua eligendo forum Magnæ Curiæ exponit querelam contra aliquem, demum ipsa vidua remittit, moritur, vel ducit virum; nam tunc ad instantiam Baronis, vel alterius partis causa ad proprios officiales remitti non debet. *Prosper. Caranita in d.*

in d. ritu 233. num. 13. & 18. vbi dicit ita in practica obseruari, licet putet de iure contrarium esse.

12 Octauò locum habet etiam si miserabiles personæ agant de iure cesso, siue cessio sit ex causa necessaria, siue ex causa lucratiua, dummodò sit facta bona fide, & sine fraude, & cum causa. *Matth. de Afflict. in dict. constitut. statuimus num. 18. & Prosper. Carauita in commentar. super ritibus Magnæ Curiæ, in ritu 228. incipien. item quod nullus priuilegiatus in 3. notabili.* Hæc conclusio non procedit quando cedens est priuilegiatus, cessionarius verò non; nam tunc cessionarius non gaudebit priuilegio cedentis. *Prosper. Carauita in dict. ritu 228. numero 14.*

13 Nonò locum habet etiam si pupillus, vidua, & miserabiles personæ delinquant; nam etiam in delictis, & sic causis criminalibus habent priuilegium *dict. leg. vnica Andr. & Matthaeus de Afflict. in dict. constitution. statuimus numer. 17. Prosper. Carauita in ritu 230. incip. item quod si qua mulier. numer. 1. & 2.* Verum ad allegandam hanc declinatoriam fori vidua, seu pupillus de persona comparere debet, & non per procuratorem. *Prosper. Carauita in dicto ritu 230.* & ibi probatur: & hoc est de iure Regni.

14 Istæ miserabiles personæ, quando vel in agendo, vel quando conueniuntur, vti volunt priuilegio *dict. lege vnica* de iure communi non tenentur iurare, se perhorrescere potentiam aduersarij in loco, vbi debebat conueniri aduersarius, vel ipsa persona miserabilis, sed de iure regni tenentur hoc iuramentum perhorrescentiæ præstare, vt probatur *in dict. constitutio statuimus, & in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 228. incipien. item quod nullus priuilegiatus*, & ideò in hoc Regno pupillis, viduis, & miserabilibus personis tunc competit priuilegium eligendi forum regis, vel Magnæ Curiæ Vicariæ, si iurant se perhorrescere potentiam aduersarij in foro aduersarij *Afflictus in dict. constitutione statuimus numer. 26.* Et sic ad probandam perhorrescentiam sufficit iuramentum; sed si pars vellet contrarium probare, ipsam viduam non perhorrescere ipsius partis potentiam, vtique non esset admittenda. *Matthaeus de Afflictis in dict. constitut. statuimus numer. 27. & Rota Romana in decision. 79. de rescript. in antiquis.* Et vidua, vel alia quæuis persona priuilegiata habens fori electionem, & proponens ipsam perhorrescentiam in foro, & iudice electo, posset in quacunque parte iudicij, ac etiam post sententiam in secunda instantia iurare se perhorrescere potentiam aduersarij, & acta, quæ præcesserunt valerent, & penitus subsisterent: sic ait *Vi-uius noster in opin. 368. numer. 6.* & acta facta in Magna Curia Vicariæ contra illum, qui poterat declinare forum Magnæ Curiæ valent, & tenent, etiam si facta forent per pupillum, seu viduam, antequam iurasset se perhorrescere aduersarij potentiam *Afflict. in dict. constitut. statuimus num. 29.* Et vti quando volunt eligere forum de iure Regni, tenentur iurare de perhorrescentia, ita etiam iurare tenentur, quando variare volunt *Prosper. Carauita in ritu Magnæ Curiæ, 228. numer. 18.* vbi ait vidisse ita pluries determinari, & quod ita in practica seruatur: quod intelligit verum esse, quando variatio fieret a Curia domicilij ad Curiam Regiam, non autem è conuerso. Et ad eligendum, seu variandum forum non admittitur procurator, nisi habeat speciale mandatum, vel generale cum libera. *Isern. & Afflict. in constitutione si quis in posterum, & Carauita in d. ritu 228. n. 19.* & quando procurator constitutus fuit per viduam ad comparendum in tali curia, ad eligendum, vel variandum forum eius nomine, nulla facta mentione, quod possit etiam iurare de perhorrescentia, vtique posset huiusmodi iuramentum præstare, vti sibi concessum in necessariam consequentiam. *Carauita in d. ritu 228. n. 20.* Dubitatur, si vidua conquesta est in Magna Curia, & coram iudice loci, & non reperitur scriptum in secunda querela, quod illam exponit variando a prima, sed solum reperiuntur duæ simplices querelæ, nec in prima, nec in secunda adest iuramentum perhorrescentiæ, vt requiritur de iure regni, quis eorum iudicum causam retinebit. Vtique de mente *Carauita in ritu 219. incipiente item clericus, pupillus in n. 1.* concludas, quod iudex causæ erit ille, qui est competens de iure communi: declarat tamen hoc non procedere, quando vidua ipsa prosequendo causam, suam querelam corrigeret, iurando perhorrescentiam, & variando, quoniam tunc is iudex esset coram quo ipsa vidua ageret.

15 Decimo locum habet etiam, si post litem cœptam coram supremo magistratu pupillus efficiatur maior, vel vidua nubat. *Carauita in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, in ritu 219. & Ant. Tessaur. in dec. 177. n. 4.*

Principalis conclusio supradictis modis ampliata in pluribus casibus non procedit.

16 Primò quando pupillus, seu vidua non est pauper, sed diues. Pro resolutione huius primæ declarationis, scias, quod duæ sunt Doctorum opiniones.

Prima est, quod ad hoc, vt vidua, vel pupillus possit gaudere beneficio *d. l. vnicæ*, requiritur, quod vidua, vel pupillus sit pauper, & non diues: & hanc opinionem tenent *Innocent. Abb. Imol. Cardin. Felin. & Barbat. in cap. significantibus de offic. delegat. Speculat. in titul. de instrum. edit. § nunc vero versicul. & scias el 2. Alexandr. in consil. 121. colum. fin. vol. 1. & in leg. 1. ff. solut. matrimon. Iason. in leg. Titia textores, ff. de leg. 1. Ripa in d. leg. 1. n. 48.* vbi attestatur hanc esse communem, *Tiraquellus in d. l. si vnquam in verbo, facultatem, col. 2. in princ. Cod. de reuocand. donat. Maranta in suo aur. Spec. in 4. parte, chart. 204. numer. 79. & seq. & in 6. parte, num. 132. & seq. & Roland. à Valle in consil. 20. vol. 2.* vbi attestatur hanc esse communem opinionem.

Secunda est opnio, quod pupillus diues, & vidua diues gaudent etiam priuilegio *d. l. vnicæ*: quam opinionem tenent *Abb. in cap. ex parte extr. de foro compet. Alexand. in l. Titia textores num. 7. ff. de legat. 1. Bald. Nouel. in tract. dotis, parte 9. priuileg. 12. Bulgar. in l. 1. num. 125. ff. solut. matrim. Nauizan. in lib. 6. Sylua nuptial. nu. 34. & 35. Ioannes Lupus in cap. per vestras in 2. notabili, nu. 12. de donat. inter vir. & vxor. Didacus in lib. practicar. quæst. in cap. 6. numer. 2. versicul. obtinet Rolandus à Valle in consil. 76. vol. 1. Parpalia in leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Innoc. in d. cap. ex parte Isern. in const. statuimus 1. col. versic. item vidua, & in constitut. leg. præsenti vers. satis bene dicitur Ioannes Faber. in d. l. 1. Azo in summa illius tituli Iacob. Menochius in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. casu 166. Marcus Antonius Natta in cons. 590. vol. 3. Alber. de Ros. in d. l. vnica, & in tractat. stat. quæst. 112. Illustris Dominus Vincentius de Franchis ad præsens Sacri Consilij præsidens in decis. 100. num. 19.* vbi ait ita iudicare Sacrum Consilium, & *Dominus Ant. Tessaurus in d. decis. 177. nu. 3.* vbi ait, ita per illum Senatum fuisse decisum.

Ab hac secunda opinione non est recedendum; tum quia indistinctè ita iudicat Sacrum Consilium; tum quia est de iure verior, vt optimè probat *Natta in d. cons. 590. per d. l. vnicam* cuius verba sunt ista (si pupilli, vel viduę, aliæque fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, cogantur aduersarij examini nostro sui copiam facere.) In primis consideranda sunt illa verba, *fortunæ iniuria miserabiles*; & sic vocat viduas, fortunæ iniuria miserabiles; quia vidua amisit virum, pupillus amisit patrem, seu exiuit patriam potestatem intra quartum decimum annum, & hæc est fortunæ iniuria; quia ex hoc fit, quod neuter sibi possit in causis opem ferre, vidua propter sexum, pupillus propter ætatem: hoc enim miseratione est dignum, vxores, & filios videre maritorum, & patrum subsidio orbatos. Quæ consideratio habet locum, etiam si vidua, seu pupillus sit diues, vt optimè elicitur etiam ex verbis dictæ legis, dum dicit, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescant; illa enim implicatiua, *præsertim*, ostendit idem esse in casu contrario, id est si non perhorrescant aduersarij potentiam ob diuitias; nam ostendit, quod respectu viduitatis, & pupillaris ætatis gaudent priuilegio fori; quia Imperator vult esse in eorum litibus specialis protector.

Hæc conclusio vti procedit in viduis, ita etiam procedit in virginibus *Andr. in constitution. statuimus 2. col. versicul. quid si vidua, vel virgo*, & ibi *Affl. in 8. quæst. Azo in summa C. quando Imp. inter pupill. & vid.* vbi eandem

dem opinionem tenent *Cyn. Oldr. Alberic. Bart. & Fulgos.* eandem opinionem sequuntur *Ioann. Lup. in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor. in 2. not. n. 12. Guid. Papa dec. 566. Rebuff. in leges regias 1. tomo tract. de sent. prouisio art. 3. gl. vlt. col. 2.* & secundum *Fulgos.* hæc est communis opinio, quam tenuerunt etiam *Ioan. Faber. in d. l. vnica Odofredus in rubr. tituli. Neuizanus in sua Sylua nupt. in ver. in dubio, quomodo iudicandum vers. 4. demum Belluga in speculo princ. rubr. 38. §. consequenter. vers. de vno vidi. fol. 173. & Vinc. de Franch. in dec. 100.* vbi ait, pluries ita fuisse iudicatum in sacro consilio, & in eo sacro consilio semper fuisse indistinctè seruatum, virgines fuisse admissas ad electionem fori. Et ab hac opinione indistinctè non est recedendum, licet contrarium teneat *Couarr. in lib. pract. quæst. in c. 7. n. 2.* licet cum aliqua modificatione, quę non placet *Petro Follerio in sua pract. crim. in vers. audiantur excusatores n. 85. vers. obiter enim,* & licet *Follerius* distinguat, tamen in sacro consilio, vt dicit *Vinc. de Franch.* indistinctè virgines admittuntur ad electionem fori. Hæc conclusio intelligitur etiam in virgine patrem habente. *Vinc. de Franch. in d. dec. 100.* vbi ait, sic fuisse decisum per Magnam Curia Vicariæ, ac per sacrum consilium. Procedit ipsa conclusio etiam in virgine per vim stuprata. *Carau. in ritu 19. n. 25.* Procedit etiam dicta conclusio in feminis, quæ maritum habent, si is sit eis inutilis, nempe, quia esset captus ab hostibus, exul, vel damnatus ad triremes regias. *Felin in c. significantibus n. 8. de offic. delegat. Rebuf. in d. gl. vlt. 2. col. Vinc. de Franch. in dec. 100. gloss. in l. vlt. C. ad l. Flau. de plag. Catell. Cotta in memorab. in verbo vidua, & Couar. in lib. pract. quæst. in c. 7. col. 3. in vers. est, & in hoc eodem tract.* & ideo *Carau. in ritu 19. sub n. 21.* dicit procedere etiam in muliere, quæ cum viro diuortium fecit. Hæc conclusio intelligitur in vidua, & virgine honesta; secus si sit inhonesta; nam vidua priuilegia iure viduitatis concessa statim amittit, si luxuriose, aut inhoneste viuat, vt in terminis nostris tradunt *Iser. & Afflict. in d. constit. statuimus Lucas de Penna in lege 3. col. 2. C. de priuil. schol. lib. 12. Felin. in c. significantib. extr. de offic. delegat. & Couarru. in d. c. 7. n. 1.* probatur *in l. his solis, C. de reuocand. donat. & ibi Bart. & Salyc. & in auth. iudex prius, C. de secund. nup.* Declara hoc non procedere, si vidua, quæ olim fuit in honesta tempore, quo agitur de electione fori, viuat honestè; nam tunc competit fori priuilegium, & si pars probet de inhonestate tempore præterito, ipsa vidua debet probare de honestate tempore præsenti: ita notabiliter concludit *Carau. in commentar. super ritib. Magna Curia, in ritu 19. incip. item quod procuratr. n. 26.* Intelligitur similiter in vidua, quæ maritum non occidisset; at secus est, si occidisset. *Couar. in lib. pract. qu. in c. 6. col. 3. in vers. quod si vidua.*

17 Secundo præfata principalis conclusio procedit; quando iudex electus per personam miserabilem habet iurisdictionem in ipsum conuentum; secus vero est, si iurisdictionem non habet, quia non datur electio fori dictis miserabilibus personis eligere iudicem incompetentem. *And. & Affl. in d. const. statuimus,* & idem *Afflict. in dec. 257.* vbi ait, ita fuisse per Sacrum Consilium decisum, & *Sylua nupt. lib. 6. n. 44.*

18 Tertio non procedit, quando vidua agit contra aliam viduam; nam tunc non gaudebit priuilegio *d. l. vnica,* quia viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ, de quibus *in d. l. vnic.* non possunt inuicem vti illo priuilegio, sed quilibet seruabit ius commune; cum vnus non sit potentior altero. *Andr. in d. const. statuimus,* & ibi *Affl. in 7. notab. Lucas de Penna in l. ne ad diuersa, C. de silentiar. lib. 12.* & ibi *Iacob. de Beluis. Ioan. And. Domin. Ancharan. & Francus in c. 1. §. & id ipsum de priuileg. in 6. Couarr. in d. c. 7. & Vinc. de Franch. in dec. 188.* vbi ait, sic per Sacrum Consilium fuisse decisum, & tradit *Carau. in ritu 228. nu. 3.* vbi ex illo ritu dicit, quod elicitur clara conclusio, quod siue actor sit priuilegiatus maiori priuilegio, quam reus, siue nonnunquam priuilegiatus eligit forum contra alium priuilegiatum: & declarationem *Matthæi de Affl. in d. const. statuimus n. 24.* reprobat *Couarru. in d. c. 7. colum. 5. in vers. primus etenim casus,* & per eius rationes puto eius opinionem veram. Hanc ampliationem tenet etiam *Antonius Tessaurus in dict. decis. 177. sub numer. 9. in vers. limitatur tamen.*

19 Quarto non procedit, quando personæ enumeratæ, *in d. l. vnica,* sunt Iudææ; nam illæ non gaudent priuilegio dictæ legis. *Isern. in constitutio. si quis in posterum, & Carauita in ritu 219. in princ.*

20 Quinto non procedit, quando miserabilis quis factus fuit ex culpa sua, vt si mutilatus, vel cæcus ex sua culpa propter delictum sit factus cæcus, vel mutilatus; nam talis non debet gaudere priuilegio, *d. l. vnica Andr. & Afflict. n. 19. in constit. statuimus n. 20. & in decis. 257.*

21 Sexto in Regno non procedit; quando loquimur in feudis, ex quo de feudis quaternatis non debet cognoscere, nisi Magna Curiæ Vicariæ: ita concludit *Afflict. in d. const. statuimus.*

22 Septimo declaratur non procedere, quando reus habet plures iudices de iure communi, & alium ex priuilegio sibi, & actori tributum, vt in miserabilibus personis; nam ille, qui eligit forum secundum ius commune præfertur eligenti forum secundum priuilegium; quia fortior est causa vtentis communi, quam eius, qui eligit forum secundum priuilegium, *l. fin. C. de edict. diui Had. toll. & in Auth. de consanguin. & vter. fratrib. §. fin.* ita de mente *Dominici* tradit *Affl. in dec. 257.* quem sequitur *Sylua nuptialis lib. 6. sub n. 4. in vers. item limitat.*

23 Octauo declaratur procedere in sponsa de futuro, sed non in sponsa de præsenti. *Afflict. in d. const. statuimus nu. 21.* & ibi *Isernia, sequitur Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis, q. 12. n. 8.*

24 Nono declaratur non procedere in terris vasallorum. Hæc declaratio reprobatur per *Anton. Tessaurum in d. dec. 177. nu. 10.* vbi ait, ita per Senatum illum fuisse decisum, sed necesse est, quod miserabilis persona sit, & quod aduersarius sit potens: & dicit etiam, quod vidua in terris vasalli non potest vti hoc priuilegio, quando non est pauper, etiam si litiget cum ipso vasallo, si tamen sint in eo loco alij condomini, & ita per illum senatum fuisse decisum affirmat.

Quænam sint miserabiles personæ, iudicis arbitrio relinquitur *Iac. Menoch. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. casu 66.* sed referamus aliquas de mente Doctorum.

25 Primo, miserabilis persona dicitur vidua honesta.

26 Secundo sponsa de futuro.

27 Tertio, virgo, & etiam si sit per vim stuprata.

28 Quarto mulier, quæ habet virum inutilem.

29 Quinto mulier, quæ cum viro diuortium fecit.

30 Sexto pupillus, & orphanus.

31 Septimo senes, & decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles & omnes, hi, de quibus natura mouetur ad miserendum. *Afflict. dec. 257. & Azo in rubr. eiusdem tituli, nu. 6.*

32 Octauo pauperes. *Didacus in lib. pract. quæst. in c. 6. col. 3. vers. sed si quis in paupertatem, Sylua nuptialis in lib. 6. n. 31. & Carau. in ritu 219. incip. item clericus, pupillus n. 4.* & hæc qualitas paupertatis probanda est per hunc, qui ratione paupertatis vult forum eligere. *Didacus in d. loco, & Carauita in antedicto loco.* Hæc conclusio declaratur non procedere, quando quis euasit pauper sua culpa, id est quando culpa fuit ordinata ad casum paupertatis; nam tunc illi non subuenitur, *l. pen. in fin. ff. de iure dot. l. si. §. fin. de his, quæ in fraud. cred. & l. etiam, §. 1. ff. solut. matrim.* & licet *Couarru. in d. c. 6.* teneat contrarium, tu non recedas ab hac opinione, quam tenent *Isern. & Matthæus de Afflict. in d. const. statuimus, & Rebuffus in leges regias, to. 1. tit. de sent. prouisional. gloss. vlt. col. 4.* cui conclusioni adstipulantur, quæ dixerunt *glos. Felin. n. 67. Dec. col. penul. num. 30.* & alij *in cap. quæ in Ecclesiarum extr. de constit.*

33 Nono mercatores dum sunt in mercimonijs, & peregrinantur, *Alex. in cons. 130. n. 9. vol. 7. & Sylua nupt. lib. 6. n. 29. & Felin. in c. significantib. extr. de offic. & potest. Iudic. de leg. n. 7.*

34 Decimo Ecclesia connumeratur inter personas, quibus competit priuilegium *d. l. vnica* Isern. & Afflict. *in d. const. statuimus.* vbi Isernia dicit, quod in consilio Regis Roberti, quando fuit Vicarius Regis Caroli II. sui patris, fuit determinatum, quod dictum priuilegium *d. leg. vnica,* transferatur etiam in Ecclesiam, & de dicta determinatione fuit factum capitulum in regno, quod incipit,

Robertus, idem tenet Couarr. *in lib.pract.quæst. in c.7.nu. 3.* vbi dicit in illo regno Castellæ ex diuturno vsu ita fuisse receptum, & obtentum; idem tenet Carauita *in ritu 219, incipien. item clericus nu, 1.* & Capycius *in dec. 160.* vbi ait, ita fuisse decisum per sacrum consilium: & idem est in Ecclesiastica persona, quæ pro bonis Ecclesiæ habet hoc priuilegium. Mattheus de Afflictis *in d.const. statuimus n.16. & in dec.257.* vbi ait, ita fuisse determinatum in Sacro Consilio: sed nota, quod Ecclesiastica persona pro suis contractibus, & non Ecclesiæ non habet hoc priuilegium, vt in d.loco determinat Afflictus.

35 Vndecimo dictum priuilegium competit etiam vniuersitati, tum quia sub se comprehendit viduas, pupillos, aliasque personas miserabiles, propter, quod eadem ratio censetur esse, quæ est in vnoquoque eorum, tum etiam per tex. *in l.rempublicam, C. de iure reipubl. lib.11. vnica glossa*, vbi vniuersitates pupillis æquiparantur: ita tradit Carauita *in d.ritu 219.sub n. 3.in vers.adde etiam*, vbi ait, in facti contingentia ita fuisse determinatum per Regiam audientiam principatus Citra, & Basilicatæ, & per Magnam Curiam Vicariæ.

36. Duodecimo, & vltimo alijs omissis, Iudæa nouiter baptizata dicitur miserabilis persona. Innoc. *in c. Iudæi de Iud.* & Felin. *in c.significantibus sub n.10.in vers. iepsius quod Iudea extr. de offic.& potest. Iudic.deleg.*

Animaduertendum est, quod licet, quæ nam sint miserabiles personæ, Iudicis arbitrio relinquatur; tamen hoc non procedit, quanto in iure reperitur expressum, quæ dicantur personæ miserabiles. Marian.Socin. *de foro compet. in c.ex tenore.*

37 Nota in hac materia, quod priuilegio *d. l.vnica*, personæ, quibus illud est concessum, non possunt etiam expresse renunciare *glossa ibi* in verbo *excedere*, & eam sequuntur Doctores omnes ibi, & etiam eam tenent Syluа nup. *lib.6.* Felin. *in c. si diligenti n.21. extr.de for. compet.* Rebuff. *in tract. de sent.prouisional. art.3.in glos.vlt.in fine, in vers.postremo singulariter*, & D.Vincentius de Franchis, *in dec.192. n. 7.* Et ratio est, quia talis renunciatio tolleret misericordiam, & sic esset contra bonos mores, & ideo non valeret *c.fin.de pact.cum similibus.*

Nota etiam, quod in causa miserabilium personarum, si leges variant à canonibus, debent seruari canones pro ipsis, etiam in foro sæculari. Anton. & Imol. *in cap. clerici de iudic.* & Felin. *in cap. significantibus numero nono extr. de offic. & potestat. Iudicis delegat.*

Finis Decisionum in Materia Electionis Fori, & totius Operis.

RERVM

RERVM VERBORVM

Atque Sententiarum, quæ singulæ hoc in Opere continentur Alphabetico ordine digestus

INDEX

Et compilatus, ac miro ordine dispositus

PER BERNARDINVM AVLARAM V. I. D. TRICARICENSEM.

A

I N D E X.

B

C

Casa-

I N D E X.

De

E

Ele-

INDEX.

F

Gem-

G

H

I

Iud-

INDEX.

Ius-

Menachus

INDEX.

INDEX.

Q

R

S

T

V a.

I N D E X.

V

X

F I N I S.